14
16-d
13

565.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
41 II
14

14-15.2.13

V B 67 b iv

INDEX
LIBRORVM OMNIVM,

qui in hoc Ariſtotelis, & Auerrois Opere in decem voluminibus diſtincto, continentur.

BIBLIOTECA N.C. ROMA VITTORIO EMANUELE

In quo compendioſe traditur, quid noui additum ſit, qui librorum fuerit ordo; quæ ue ſint Interpretum nomina.

IN PRIMO VOLVMINE IN TRES PARTES DIVISO HÆC HABENTVR.

PORPHYRII Phœnicei Introductio, Seuerino Boetho interprete. fol. 1

ARISTOTELIS Stagiritæ Prædicamenta, eodem Seuerino interprete. 22

GILBERTI Porretani Sex Principiorum Liber. 62

Ariſtotelis de Interpretatione, eodem Boetho interprete. 68

PRIORVM Reſolutoriorum Libri Duo. 1

Auerrois Cordubenſis in Porphyrium, in Prædicamẽta, & in Librum de Interpretatione Cõmentaria, a Iacob Mantino in Latinum conuerſa. 1.22.68

Media expoſitio in Libros Priorum Reſolutoriorum, a Io. Franciſco Burana Veronenſi, latinitate donata. 1

LEVI Gerſonidis in Porphyrium in Prędicamenta Ariſt. in Lib. de Interpretatione, & in Auer. Annotat. 1.22.68

In Secunda Primi Voluminis parte, hæc habentur.

Poſteriorum Reſolutoriorum Libri Duo. 11

Expoſitio Magna, ſiue Magna commentaria Auerrois, in

✠ ij eoſdem

eoſdem Libros,ab Abramo de Balmes,a Io.Frãciſco Burana Veronenſi, & à Iacob Mantino Hebræo Philoſopho in Latinum conuerſa. Quas interpretationes, in ſtudioſorum gratiam ita ſimul coniunximus, ac diuiſimus, vt ſi quis eas ad inuicẽ conſerat,quàm diligentiſſimè verbum verbo reſpondere videbit. ibidem

Expoſitio media in eoſdem Poſteriorũ Reſolutoriorum Libros,a Io.Franciſco Burana in latinum conuerſa. fol.1

Epitome in Libros Logicę Ariſtotelis,Abramo de Balmes verſore. 36

Quęſita varia in Logica, iuxta ordinem Librorum Logicæ, eodem interprete. 75

Epiſtola vna,eodem interprete. 120

Arabum nonnullorum Quæſita, ac Epiſtolæ, Abramo de Balmes interprete. 120

In Tertia Primi Voluminis parte, hæc continentur.

Topicorum Libri Octo. fol.3

Elenchorum Libri Duo. 139

Expoſitio in octo Libros Topicorum, Abramo de Balmes interprete, cui annexa eſt illa ſuper Quatuor primos Libros, a Mantino tranſlata, quam ſuper reliquos morte correptus explere non valuit. 3

Expoſitio in Libros Elenchorum, eodem Abramo verſore. 139

Ad hæc,in Volumine ſeorſum edito quaſdam Animaduerſiones,& Solutionum Cõtradictiones in Poſteriora Analytica,Bernardini Tomitani imprimendas curauimus,ne quid deeſſet,quod ſtudioſorum vtilitati conferret.

IN II. VOLVMINE.

Aristotelis Artis Rhetoricæ libri Tres, Marco Antonio Maioragio interprete. fol.1

Rhetorica ad Alexandrũ,Frãciſco Philelpho interprete. 158

De Poetica, Petro Victorio, patritio Florẽtino iterprete. 209
AVERROIS Paraphraſes in libros Tres Rhetoricorum, Abramo de Balmes interprete. 169
Paraphraſis in librum Poeticæ, a Iacob Mantino latinitate donata. 217
De Rhetorica demonſtratiua tractatus. 203
De Rhetorica perſuaſiua tractatus. 192

IN III. VOLVMINE.

ARISTOTELIS Moralium Nicomachiorũ libri Decem, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. fol. 1
Magnorum Moralium libri Duo, Georgio Valla Placentino interprete. 162
Moralium Eudemiorum libri Quatuor: Primus, Secundus, Tertius, & Septimus, incerto interprete. Quartum vero, Quintum, & Sextum in Quinto, Sexto, & Septimo Nicomachiorum reperies, cum idem ad verbum hi cum illis ſint. 194
De virtutib9 libellus, Alexãdro chamaillardo iterprete. 223
Politicorum libri Octo, Leonardo Aretino interprete. 226
Oeconomicorum libri Duo, ſeu vnus in duas diuiſus partes Aretino interprete. 309
Eorundem Oeconomicorum libri Duo, Bernardino Donato Veronenſi interprete. Primi quidẽ dimidium è Græco ab ipſo translatum, reliquum vero, cum Græcum codicem non haberet, paraphraſi expreſſum. 322
Secundus vero, qui in Latinis aliis codicibus non niſi paucis legebatur, è Græco translatus. 327
AVERROIS in libros Decẽ Moralium Nicomachiorum Expoſitio, diligentiſſime caſtigata, ac ſingulis ipſius textus capitibus aptiſſimé ſubordinata: cum prius tranſpoſitè multis in locis legeretur. fol. 1
Paraphraſis in libros Platonis de Republica, Iacob Mantino interprete. 335
LEONARDI Aretini in Libros Oeconomicorum explanatio. 311

Ante ſingula vero opera appoſitæ ſunt ipſorum translato-rum præfationes,& in Moralia Eudemia ipſius Aretini: doctiſſime quidem,ac non parum ad eorum,quæ in ipſis tractantur, intelligentiam conferentes.

IN IIII. VOLVMINE.

ARISTOTELIS de Phyſico auditu libri Octo, ex optimis codicibus caſtigati: ac in ſummas,& capita diuiſi. fol. 1
Quibus addita fuit Simplicij lectio in libro Septimo, a textu decimo, vſque ad vigeſimumprimum, diuerſa ab ea, quæ paſſim legitur. 313
AVERROIS in eos Procemium, antea quidem difficillimũ, ita vt maximam publice legentibus & ſcolaribus anguſtiam afferret, nunc autem ad maximam redactum facilitatem, tum ex Iacob Mantini noua translatione, tum ex antiqua caſtigatiſſima. fol. 1
Commentaria in eoſdem magna, ſimul cum ipſius textu, ex plurium antiquorum, doctiſsimorumq; virorũ collatione exemplarium emendata, ac non parum claritatis adepta. fol 5
Expoſitio media ſuper tres primos libros, Iacob Mantino interprete: ſuper reliquos vero Quinque morte præreptus eam intactam reliquit. 434
Quamplurimæ figuræ, proprijs inſertæ locis, mirabili confectæ artificio.

IN V. VOLVMINE.

ARISTOTELIS de Cœlo libri Quatuor. fol. 1
De Generatione,& Corruptione libri Duo. 345
Meteorologicorum libri Quatuor. 400
De Plantis libri Duo. 488
Omnes ex optimis exemplaribus recogniti, ac in ſummas & capita diuiſi.
AVERROIS in libros de Cœlo cum eius textu Commentarij. fol. 1

Para-

Paraphraſis in eoſdem, ſeorſum quidem poſita, iuxta tamen ipſius cõmentarios diuiſa, [redacted] interprete. 272
In lib. de Gñatione, & Corruptione media Expoſitio. 345
In eoſdem Paraphraſis, Vitale Niſſo interprete. 389
In libros Meteorologicorum Expoſitio media, ſuis collocata locis. 400

IN VI. VOLVMINE in duas partes diſtincto.

Aristotelis de Hiſtoria animalium libri Nouem, Theodoro Gaza interprete. fol. 1
Decimus vero à Ioanne Bernardo Feliciano tranſlatus. 111
De Partibus animalium libri Quatuor, Theodoro interprete. 117
De animalium Inceſſu, Nicolao Leonico Thomæo interprete. 204
De ordine librorum naturalium Ariſtotelis diſputatio ex lectionibus M. A. Paſſari Ianuæ excerpta. 135
De Anima libri Tres, Michaele Sophiano interprete. 136
Averrois Paraphraſis in libros Quatuor de Partibus animalium, in ſingulis eorum partibus inſerta Iacob Mantino interprete. 120
Commentarij in Tres libros de Anima. fol. 1
Commentum Quintum libri Tertij de Anima, vltra antiquam tranſlationem a Mantino latinitate donatũ, quod antea difficillimum erat. 138
Trigeſimum ſextum etiam cõmentum eiuſdem libri, ab eodem tranſlatum, quod prius vix intelligi poterat. 174

Sexti Voluminis Pars Secunda.

De Senſu, & Senſilibus. fol. 4
De Memoria, & Reminiſcentia. 17
De Somno & Vigilia. 23
De Somnijs. 27

De Diuinatione per ſomnum. 30
De animalium Motu. 38
De Generatione animalium libri Quinque, Gaza interprete. 43
De Longitudine & Breuitate vitæ. 144
De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Reſpiratione. 149
De Sanitate, & Morbo libri initium. 159
Paraphraſis in librum de Senſu, & Senſilibus. 13
In Librum de Memoria, & Reminiſcentia. 21
In librum de Somno, & Vigilia, de Somnijs, de Diuinatione per ſomnum. 31
In libros Quinque de Generatione animalium, ſuis quibuſque in locis collocata, Mantino interprete. 67
In librum de Longitudine, & Breuitate vitæ. 147

IN VII. VOLVMINE.

ARISTOTELIS problematum Sectiones duæ de quadraginta, Theodoro Gaza interprete, pleriſq; in locis ex collatione græcorum codicum emendatæ, quæ quidem problemata, cum prius eſſent confuſa, in ordinem redacta ſunt. fol.1
Quæſtiones Mechanicæ Nicolao Leonico Thomæo interprete, nuper recognitæ, ac variis figuris illuſtratæ. 98
De Mundo ad Alexandrum Liber, Gulielmo Budæo interprete. 110
De Admirandis Auditionibus Commentariolus, nuper a Dominico Monteſauro Veronenſi in latinum conuerſus. 121
Phyſiognomicorum liber, plurimis in locis diligẽter caſtigatus, atq; in capita diuiſus. 132
De Coloribus libellus, a Simone Portio Neapolitano latinitate donatus. 140
De Spiritu libellus, in capita diſtinctus. 148

De Xenophane, Zenone, & Gorgia, noua nuper Ioãnis Bernardi Feliciani translatione ad integritatem & cãdorem maximum reſtitutus. 151
De lineis inſecabilibus Liber, nunq̃ antea nec græce, nec latine impreſſus, vnà cum Georgii Pachymerii ea de re compendio, hactenus falſò Ariſtoteli aſcripto, fideliſsime in latinum conuerſo, Iulio Martiano Rota medico interprete. 153
Alexandri problematum libri duo, Theodoro Gaza interprete, nonnullis in locis ad exemplarium græcorum veritatem emendati. 169
De Cauſis proprietatum elementorum Libellus Ariſtoteli aſcriptus, nunq̃ antea impreſſus. 204
De Cauſis Libellus ex hebræo in latinum conuerſus, Ariſtoteli, ſeu Auempace, vel Alpharabio, aut Proclo aſcriptus. 211

IN VIII. VOLVMINE.

Aristotelis Metaphyſicorum libri Quatuordecim, a Beſſarione Cardinale Niceno latinitate donati: denuo vero caſtigati, ac in Summas & Capita diuiſi. fol.1
Averrois in eoſdem cum ipſius textu Commentarij, ex Antiquis, doctiſſimorumq; virorum exemplaribus caſtigati. fol.6
Procemium in Duodecimum librum, antea quidem à Paulo Iſraelita, nunc vero etiam à Iacob Mantino in Latinum conuerſum. 286
Epitome in eoſdem Metaphyſicorum libros, Mantino interprete: Ariſtotelis textibus, vt eis reſpondet, in margine citatis. 356
Theophrasti Metaphyſicorum liber. 396

IN IX. VOLVMINE.

Averrois Sermo de Subſtãtia orbis, caſtigatus, ac Duobus Capitulis auctus, ab Abramo de Balmes Hebræo latinitate

tinitate donatis. fol. 3
Deſtructio deſtructionum Philoſophiæ Algazelis, Calo Calonymos Hebræo interprete: in Metaphyſicis quidem in Sexdecim nunc diuiſa Diſputationes, duabus additis; cum prius ante hanc translationem non niſi Quatuordecim eſſent, præterquam, q; in earum quãplurimis plęraq; interiecta ſunt dubia, quæ prius non extabant: in Phyſicis autem in Quatuor, quas idem Latinis donauit. 15
Tractatus de Animæ beatitudine. 148
Cui addita eſt Epiſtola de intellectu, quæ idem eſt cum dicti libelli parte, eodem Calo Calonymos interprete. 155

IN X. VOLVMINE.

AVERROIS COLLIGET libri ſeptem, nuper diligentiſſime caſtigati. fol 1
Libri Quinti Colliget, Capita lvij. lviij, & lviiij. à Iacob Mantino ob rei difficultatem olim translata, cum antiqua translatione in lucem ſunt ædita. 120
Collectaneorum item ſectiones tres, tribus Colliget libris, Secundo ſcilicet, Sexto, & Septimo reſpondentes, à Ioanne Bruyerino Campegio elegantiſſime latinitatę donatę, poſt antiquam translationem ob ſtudioſorum commodum appoſitæ ſunt. 177
Commentaria in AVICENNÆ Cãtica diligentiſſime emendata, vnà cum eiuſdem Auicennæ textu in partes, tractatus, ac capita diſtincto, atq; caſtigationibus Andreæ Bellunenſis exornato. 220
Auerrois tractatus de Theriaca nunq; antea apud latinos viſus, nunc primum ex ſcriptis Andręæ à cruce Chyrurgi repertus. 305

Ariſtotelis

ARISTOTELIS VITA EX DIOGENE LAERTIO, LIBRO QVINTO DE VITA PHILOSOPHORVM.

ARiſtoteles Nicomachi Phæſtiadisq; filius Stagirites fuit. Porrò Nicomacus à Nicomacho Machaonis filio Aeſculapiiq; nepote originem duxit, vt Hermippus eo libro, quem de Ariſtotele ſcripſit tradit. Conuixit autem Amintæ Macedonum regi medicinæ, & amicitiæ gratia. Hic inter omnes Platonis diſcipulos maxime excelluit, voceq; gracili, vt Timotheus Athenienſis in libro de Vitis refert, & exilibus cruribus paruisq; oculis fuit, veſte inſigni, & annulis, ac tonſura utens. Natus eſt autem illi, & filius Nicomachus ex Herpylide concubina, ut Timotheus ait. Receſsit à Platone dū adhuc ſuperuiueret. Vnde dixiſſe illum tradunt, Ariſtoteles in nos recalcitrauit, non ſecus atq; in matrem pulli geniti. Refert Hermippus in uitis, cum Athenienſium legatus ad Philippum profectus eſſet Ariſtoteles, Academicæ ſcholæ præfectum fuiſſe Xenocratem. Cum uero reuerſus eſſet, ſcholamq; ſub alio uidiſſet, elegiſſe in Lyceo περὶπατον, illicq; uſq; ad vnctionem deambulando cum diſcipulis philoſophari ſolitum, atq; inde peripateticum appellatum eſſe. Alij idcirco ſic vocatum aſſerunt, quòd ex ægritudine conualeſcenti, ac deambulanti Alexandro aſsiſtens quædam diſſerere ſoleret. Vbi vero iā plures eſſe cœperāt, ſedens docebat, dicēs.

Silere turpe me, & Xenocratem loqui.

Ad propoſitam quæſtionem diſcipulos vnà exercebat ſimul & oratoriam docens. Deinde ad Hermiam eunuchum profectus eſt, Atarnenſium tyrannum, quem alij quidem delicias, ac luſus ipſius fuiſſe tradunt. alij vero ſibi affinitate iunctum tradita ei filia ſiue nepte, vt refert Demetrius Magneſius in libris de poetis, ac ſcriptoribus æquiuocis, qui & Eubuli ſeruum Hermiam fuiſſe ait, Bithynium genere, quem & dominum ſuum enecaſſe. Porrò Ariſtippus in primo de antiquis delicijs libro, Ariſtotelem ait Hermiæ concubinam adamaſſe, quam ille cum ſibi permiſiſſet, duxiſſe eam, & gaudio elatum im-

molaſſe mulieri, ut Athenięſes Eleuſinæ cereri, Hermiæq; pæana ſcripſiſſe, qui ἔνδον, hoc eſt, intus ſcriptus eſt. Hinc in Macedonia apud Philippum uixiſſe, atq; ab eo Alexandum filium erudiendū accepiſſe, petiſſeq; inſtaurari ſolum patrium à Pphilippo euerſum. Id ubi impetraſſet, dediſſe illis leges. In ſchola quoq; leges tulit imitando Xenocratem, ut decendialem principem facerent. Vbi uero Alexandro inſtituendo ſatis uiſus eſt nauaſſe operam, eumq; ſibi deuinxiſſe, commendato illi cognato Calliſthene Olynthio, Athenas conceſſit. Eum audacius quàm par erat alloquentem regem, & minime illi obſequentem, ab ipſo increpitum aſſerunt uerſu, admonente, ni talia loqui deſiſteret, mature periturum, quod & factum eſt: uerſus autem ſic habet,

Qualia mi loqueris, uereor ſis nate ſuperſtes.

Namq; Hermolao in Alexandrum inſidiarum ſocius fuiſſe deprehenſus, cauea ferrea circumduci, pædore atque ſqualore oblitus, leoni poſtremo obiectus eſt, ſicq; exceſſit è uita. Enimuero Ariſtoteles Athenas profectus, cum illic tredecim annis docuiſſet, clàm in Chalcidem conceſſit, quòd ab Eurymedonte hierophanta impietatis accuſatus eſſet, ſiue, ut Phauorinus ait, in omnimoda hiſtoria, à Demophilo, quòd hymnum in eum, quem prædiximus Hermia ſcripſerit, quodq; hoc epigramma ſtatuæ, quæ in Delphis eſt, incidi curauerit.

Impius hunc quondam Perſarum morte tyrannus
Mulctauit uiolans iusq; nefasq; uirum.
Nam neque collato oppreſſit certamine, uerum
Inſidioſe hominis uſus amicitia.

Hic uero, ut ait Eumolus in quinto hiſtoriarum, aconitum bibens, mortuus eſt ſeptuageſimo ætatis anno. In quem eſt noſtrum hoc epigramma,

Nuper Ariſtotelem, læſa ut pietate nocentem
Detulit Eurimedon ſacrificus Cereris.
Ille aconita bibens ſubterfugit. certe aconiti
Hoc erat iniuſtum uincere ſacrificum.

Idem uero refert ipſum Platoni trigenarium ſe in diſciplinam dediſſe, ſed profecto fallitur. Namq; ſeptimo decimo ætatis anno Platonem audire cœpit. Eſt autem hymnus huiuſmodi.

Virtus laborioſa generi mortalium, honeſtiſſimum uitæ humanæ incitamen-

citamentum. Pro tuo ſiquidem forma ò uirgo, expetenda eſt in Græcia mortis conditio, & grauium aſsiduorumq́ laborum tolerantia. Talem nimirum inſeris hominum animis fructum plane immortalem, & auro præſtantiorem, parentibusq́ ipſis, ſomnoq́ dulciſsimo. Nam in gratiam tuam Iouis Hercules, & Ledæ filij multa perpesſi ſunt, qui quid poſſent, opere declararunt. Quin & tui deſiderio Achilles, & Aiax ad inferos penetrarunt, tuæq́ formæ luculentisſimæ gratia Atarneæ ciuem Solis priuauit lumine. Quo enim clarus ſpectatusq́ rebus geſtis? Hunc immortales meæ auctiorem red dent muſæ, quæ Iouis hoſpitalis decus augere ſolent,

Primam hunc orationem iudicialem pro ſeipſo ſcripſiſſe, cum huius criminis argueretur, Phauorinus in omnimoda hiſtoria author eſt, ac dixiſſe Athenis,

Et pyra nata pyris, ficusq́ in ficubus extant.

Ait autem Apollodorus in chronicis, natum illũ anno primo, nonageſima nonæ olympiadis, perrexiſſeq́ ad Platonem decimoſeptimo ætatis anno, annosq́ viginti apud eum fuiſſe commoratum. Tum vero veniſſe Mitylenem principe Eubulo, quarto anno centeſimæ octauæ olympiadis. Verum Platone primo anno functo uita, ſub Theophilo profectum eſſe ad Hermiam, manſiſſeq́ annos tres. ſub Pythodoto autem ſe contuliſſe ad Philippum ſecundo anno centeſimæ nonæ olympiadis, Alexandrum quintumdecimum iam annum ætatis agente. Athenas vero conceſsiſſe ſecundo anno centeſimæ vndecimæ olympiadis, atq́ in Lyceo tredecim annos docuiſſe, ac demum perrexiſſe Chalcidem, ter tio anno centeſimæ quartædecimæ olympiadis, morboq́ periſſe, cùm eſſet annorum ferme ſexaginta trium. Quo etiam tempore Demoſthenes in Calabris defunctus ſit ſub Philocle. Fertur autem ob Caliſthenis inſidias in Alexandrum, infenſum fuiſſe regi, illumq́ ad eum con triſtandum Anaximenem extuliſſe, ac miſiſſe Xenocrati dona. Luſit in eum epigrammate Theocritus Chius, ut ait Ambryon in libro de Theocriti uita, in hunc ſenſum,

Hermiæ eunuchi ſimul Eubuliq́ ſepulchrum
Mente uacans, uacuum ſtruxit Ariſtoteles:

Timum quoque ſic illum agit,

Sed neque Ariſtotelis leuitas miſeranda loquacis,

Hæc uita philoſophi fuit. Cæterum nos ipſius quoque teſtamenta legimus

imus in hunc ferme modum. Bene quidem ac rite erit. Quod ſi quid contigerit ita legauit Ariſtoteles. Curatorem quidem omnium, & per omnia iuſſit eſſe Antipatrum. Quoad uero Nicanor adoleſcat, curatores ac tutores inſtituit Ariſtomenem, Timarchum, Hipparchum, Cliotelem, & Theophraſtum ſi uoluerit, ac ſi curam ſuſcipere uelit filiorum & Herpylidis, rerumq́ omnium. Cumq́ puella fuerit matura uiro tradi illam Nicanori. Sin uero puellæ quippiam contigerit, quod abſit, uitaq́ prius quàm connubio iungatur, ſiue etiam poſtquam nupſerit antequam filios procreet, exceſſerit, Nicanor dominus eſto, ut & de puero & de cæteris digna nobis ac ſeſe diſponat. Curet autem Nicanor & de puella, & de puero Nicomacho, nihil ut illis deſit, patris ac fratris una implens munus. Quod ſi Nicanori quidpiam contigerit, quod abſit, ſiue priuſquam puellam duxerit, ſiue poſtquam duxerit, nondum filiis natis, quæ quidem ille inſtituerit, ea rata ſunto. Sin autem uoluerit, & Theophraſtus puellæ curam habeat. Sin aliàs, curatores habito cum Antipatro conſilio, & de puella, & de puero diſponant, ut eis uidebitur optimum. Curam autem habeant tutores, & Nicanoris mei, & Herpylidis memores. Namque erga me ſtudioſa plurimum fuit, cæterorumq́ omnium: & ſi uirum accipere uoluerit, curent, ne indigne nobis locetur. Dentq́ illi præter ea quæ antea acceperat, de noſtra ſubſtantia, talentum argenti, tresq́, ſi uoluerit, famulas, & ancillam quam habet, & Pyrrhæum puerum. At ſiquidem in Chalcide habitare uoluerit, hoſpitium quod ad ortum eſt: ſin autem in Stagyris, paternam domum. Vtrum uero horum maluerit, ſtudeant procuratores domum ita neceſſaria ſupellectile inſtruere, ut & ſibi honeſte, & Herpylidi ſufficienter inſtructa uideatur. Curæ ſit autem Nicanori & Myrmecem puerum non indigne nobis ad ſuos referri, cùm eius, quas cepimus, facultatibus. Si autem & Ambracis libera, cumq́ puella uiro tradetur, quingentas illi drachmas, ancillamq́ quam habeat, dari iubeo. Sed & Thaleti præter ancillam quam habet emptam, drachmas mille, et ancillulam. Simo quoque abſque priore pecunia, in puerum alium, ſiue puerum emi, ſiue pecuniam dari. Tychonem eſſe liberum cum puella nupſerit, Philonemq́ & Olympium eiuſq́ filiorum. Porrò eorum qui mihi famulantur puerorum nullum uendi uolo, ſed hæredes eis uti. Cum uero adulti erunt, pro merito dimitti liberos uolo. Curent

rent

rent item, ut conſummentur, quæ Gryllioni ſunt traditæ exculpendæ imagines. Vbi uero perfecta erunt, ſuis imponantur locis. Nicanoris quoque ac Proxeni quàm ſculpendam cogitabam, matriſq; Nicanoris. Arimneſti uero quæ perfecta eſt, ſuo ſtatuatur loco, ut ſit ipſius monumentum, quia ſine liberis defunctus eſt. Matris quoque noſtræ Cererem in Nemea locet, aut ubicunque uidebitur. Vbi uero tumulum fecerit, ibi & Pythiadis ſublata oſſa condat, ſicut ipſa præcepit, ſiſtat, & ſeruari Nicanoris uotum, quod pro illo uouimus. Animalia lapidea cubitorum quatuor Ioui ſeruatori, ac Mineruæ ſeruatrici in Stagyris. Hæ teſtamentorum ipſius ſeries fuit. Fertur autem ollas plurimas repertas eſſe, Lyconemq; dicere, illum in pelui calentis olei lauari ſolitum, oleumq; uenundare. Quidam utrem calentis olei ſtomacho illum imponere conſueuiſſe tradunt, & cum ſe ad quieſcendum componeret, æream ſphæram tenere in manu pelui ſubiecta, eo conſilio, ut cum dormientis manu excuſſa ſphæra in ſubditum æreum uas incidiſſet, ſono illius excitus exurgeret. Eius eſſe præclaras iſtas ſententias legimus. Interrogatus quidnam mendaces lucrarentur, ut cum uera, inquit, dixerint, non illis credatur. Cum ſibi probro daretur, quòd flagitioſo homini miſericorditer tuliſſet opem, non, inquit, mores miſeratus ſum, ſed hominem. Amicis ac diſcipulis iſta conſueuerat dicere, ubicunque moraretur, Aſpectus quidem a circunfuſo aere lumen accipit, animus autem à diſciplinis liberalibus, Sæpe numero cum in Athenienſes inueheretur, aiebat illos frumenta & leges inueniſſe, uerũ frumentis quidem uti, non autem legibus. Studiorum liberalium amaras radices, fructus autem dulces eſſe aſſerebat. Rogatus quidnam cito cõſeneſceret, gratia, inquit. Quid ſit ſpes, uigilantis, ait, inſomnium. Diogene caricam porrigente, cogitans niſi acciperet, uſum eſſe, meditatus ſumens, Diogenem ait, caricam ſimul cum uſu perdidiſſe. Rurſus ab eo porrectam accipiens, atque puerili more in ſublime eleuans cum dixiſſet, magnus Diogenes, eam illi reddidit. Tria dicebat pueris eſſe neceſſaria, ingenium: exercitationem, diſciplinam. Audierat aliquando ſe à quodam maledictis eſſe laceſſitum. Tum ille, abſentem, inquit, etiam uerberet: Dicebat pulchritudinem plus, quàm epiſtolas omnes ualere ad commendationem. Plerique Diogenem ita ſtatuiſſe aſſerũt, ipſum autem donum formæ dixiſſe: Socratem uero modici temporis tyrannidem, Platonem naturæ priuilegium, Theophraſtum tacitam

deceptio-

deceptionem, Theocritum vero eburneum detrimentum, Carneadem regnum ſolitarium. Rogatus quo differrent docti ab indoctis, quo, inquit, viuentes à mortuis. Eruditionem dicebat inter proſpera eſſe ornamentum, inter aduerſa refugium. Parentes qui liberos erudiendos curaſſent, longe honorabiliores eſſe his, qui ſolum genuiſſent. Eos enim viuendi tantum, illos etiā bene beateq́ viuendi authores eſſe. Glorianti cuidam quòd magnæ eſſet vrbis ciuis, noli, inquit, hoc attendere, ſed an dignus ſis magna et illuſtri patria. Rogatus quid ſit amicus, vna, inquit, anima in duobus corporibus habitans. Homines pleroſq́ dicebat ita eſſe parcos, ac ſi ſemper victuri eſſent: alios tam prodigos, ac ſi continuo morituri. Percontanti cur honeſta forma præſtantibus diutius congredimur, cæci, inquit, huiuſce interrogatio eſt. Rogatus quid ex philoſophia lucratus fuiſſet, hoc, inquit, vt iniuſſus ea faciam, quæ pleriq́ per legum metum faciant. Interrogatus quo pacto diſcipuli egregie proficerent: Si excellentiores, ait, proſequentes tardiores nō morentur. Loquaci homini cum illum improbe probris multis obtudiſſet, dicenti, num te ſatis obtudi? Hercle, inquit, non tibi animum aduerti. Cauſanti cur ſtipem non bono homini dediſſet, nam & ita contigiſſe ferunt: Non, inquit, homini dedi, ſed humanitati. Rogatus erga amicos quales eſſe debeamus, quales, inquit, eos erga nos eſſe optamus. Iuſtitiam dicebat virtutem animi vnicuiq́ ſecundum dignitatem diſtribuentem. Diſciplinam optimum eſſe dicebat viaticū ad ſenectutem. Refert Phauorinus in ſecundo cōmentariorum illum crebro dicere ſolitum: O amici, amicus nemo. Et iſta quidem ad illum referuntur. Conſcripſit aūt et complura uolumina, quæ ut ſumma ingenij illius uis, ac præcipua circa omne orationis genus exercitatio clarius eluceat, ſubnectenda neceſſario exiſtimaui. De iuſtitia libros quatuor, de poetis tres, de philoſophia tres, de republica duo, de rhetorica Gryllus vnū, Nerinthus vnū, Sophiſta vnum, Menexenus vnum, Amatorius vnū, Conuiuium vnum, de diuitiis vnum, Exhortationum vnum, de anima vnum, de præcatione vnum, de nobilitate vnum, de voluptate unum, Alexander ſeu de colonis unum, de regno unum, de doctrina unum, de bono tres, de Platonis legibus tres, de eiuſdem reip. duos, Oeconomicus unum, de amicitia unum, Quid ſit tolerare ſiue tolerantia unum, de diſciplinis unum, de his, quæ in contentionem cadunt duos, Solutiones eorū quæ in contentionem ueniunt, quatuor, Diuiſiones ſophiſticæ quatuor,

tuor, de contrariis vnum, de ſpeciebus & generibus unum, de propriis unum. Commentaria, ἐπιχειρηματικοῦ tres. Propoſitiones de uirtute tres, Obiectiones unum, de his quæ quot modis dicuntur, ſiue ſecundum propoſitum, unum, de elementis tres, de ſcientia unum, de perturbationibus iræ unum, Moralium quatuor, de principio unum, Diuiſiones. xvij. Diuiſibilium unum, de interrogatione & reſponſione duo, de motu unum, Propoſitiones unum, Propoſitiones cōtentioſæ quatuor, Syllogiſmi unum, Priorum analyticorum nouem, Poſteriorum analyticorum maiorum duo, de quæſtionibus ad diſciplinam pertinentibus octo, de meliore unum, de idea unum, Termini Topicorum ſeptem, Syllogiſmorum duo, συλλογιςικὸν & diffinitiones unum, de eligibili & accidenti unum, de iis, quæ ante locos ſunt, unum, Topicorum ad diffinitiones duo, Perturbationum unum, Diuiſibiliū unum, Mathematicus unum, Diffinitiones. xiij. Epicherematum duo, de uoluptate unū, Propoſitionum unum, de uoluntario unum, de pulchro unum. Quæſtiones epicherematicæ. xxv. Quæſtiones de amicitia duo, Quæſtiones de anima unum, Politicorū duo, Politicæ auditionis, ſicut Theophraſti, octo, de iuſtis duo, Artiū introductio duo, Artis rhetoricæ duo, Ars unū, alia ars duo, Methodicū unum, Artis Theodecti introductionis unum, Artis poeticæ libros duos, Enthymemata rhetorica, de magnitudine unum, Enthymematum diuiſiones unum, de dictione duo, de conſilio unum, Collectionis duo, de natura tres, Phyſicon unum, de Architæ philoſophia tres, de Speuſippi Xenocratiſq; philoſophia unum, ex Timæi Archytæq; diſciplinis ſumpta unum, Aduerſus Meliſſi dicta unum, Aduerſus Alcmæonis dicta unum, Aduerſus Pythagoricos unum, Aduerſus Gorgiam unum, Aduerſus Xenocratem unum, Aduerſus Zenonis ſcita unum, de Pythagoricis unum, de animalibus nouem, Anatomorum octo, Electio anatomorum unum, de compoſitis animalibus unum, de fabuloſis animalibus unum, de non gignendo unum, de plantis duo, Phyſiognomicon unū, Medicinalia duos, de monade unum, Signa tempeſtatum unum, aſtronomicon ſpeculatiuus unum, de motu unum, de muſica unum, Memoriale unum, Homericarum ambiguitatum ſex, Poetica unum, Naturalium ſecundū elementa triginta octo, Inſpectorum problematum duos, Liberalium diſciplinarum duos, Mechanicus unum, Problematum ex Democrito ſex, de lapide unum, Parabolæ unum, Inordinata. xij. Expoſita generatim. xiiij. Iura unum,

Olympionicæ unum, Pythionicæ muſices unum, Pythicus unum, Pythio nicorum argumenta unum, Dionyſiacæ uictoriæ unum, de tragœdiis unum, Doctrinæ unum, Prouerbia unum, Lex commendatitia unum, Legum, quatuor, Prædicamentorum unum, de interpretatione unum. Reſpublicæ urbium. clviij. Scorſumq; ad Philippum de populari, paucorumq; & optimatum & tyrannorum rep. epiſtolæ. Selymbriorum epiſtolæ, ad Alexandrum quatuor, ad Antipatrum nouem, ad Mentorem unam, ad Ariſtonem unam, ad Olympiadem unā, ad Hephæſtionem unam, ad Themiſtagoram unam, ad Philoxenum unam, ad Democritum uerſus, quorum initiū eſt, Sancte deum, Elegiæ, quarum eſt initium, Formoſæ matris filia: Sunt in ſumma uerſus omnes plus minus quadrageſies quinquies mille, trecenti & triginta. Hæc librorum illius ſeries, hic numerus, in quibus quid agat ſummatim exponendum eſt, Duplicem eſſe philoſophiæ rationem, alteram uerſari circa actus, appellariq; πρακτικὴν, alteram in intelligentia & ſpeculatione conſiſtere, & θεωρητικὴν dici. Ad actionem pertinere ethicen & politicen, qua in parte tum de publica, tum de familiari re agi. Ad intelligentiam Phyſicen logicenq; referri. Porro logicen inſtrumentum eſſe exactiſſimum. Eius cùm geminam deſtinationem ac ſcopum ſubieciſſet, uериſimile ac uerum, ad utranq; duarum maxime rerum uiribus nititur. Nanq; ad uериſimile ſeu probabile, oratoria & dialectica, ad uerum autem analytica & philoſophia uſus eſt, nihil omnino omittens eorum, quæ uel ad inuētionem, uel ad iudicium, uel etiam ad uſum pertinerent. Enimuero ad inuentionis adminicula, atq; ad eas res, quæ ſpeculationi & arti inſeruiunt, propoſitionū multitudinem tradidit, ex quibus quæſtiones probabilium epicherematum elicere affatim licet. Porrò ad iudicandum analytica priora, & poſteriora conſcripſiſſe, prioribus aſſumptionum iudicia permittens, poſterioribus collectionis examen tradens. Cæterum ad iudicandum ea quæ ſub certamen cadunt, quæq; in interrogatione uerſantur, & contentione ſophiſticorum argumentorum, atq; ſyllogiſmis atque his ſimilibus. Veritatis uero iudicium earum quidem, quæ ſecundum imaginationem ſunt actionum, ſenſum definiuit. Moralium uero, ubi de re publica, ac domeſtica, ubi de legibus agitur mentem, finem autem unum expoſuit, uirtutis uſum in uita perfecta. Felicitatem ait plenitudinem ex tribus maxime bonis conſtantem, iis nimirū quæ in animo ſunt, quæ et priora

viribus

uiribus appellat, ijs quæ ad corpus attinent, ut ſunt bona ualetudo, fortitudo, pulchritudo, cæteraq; his ſimilia, atque ijs quæ extrinſecus ueniunt, diuitiis, nobilitate, & claritudine, atque in hunc modum cæteris, quibus tertium locum aſsignauit. Virtutem ad beatam uitam ſibi minime ſufficere dixit, quippe corporis bonis, exterioribusq; indigere. Miſerum atque infelicem fore ſapientem, ſiue doloribus afficiatur, ſiue inopia, & cæteris huiuſmodi incommodis prematur. Vitiū autem ad miſeriam atq; infelicem uitam ſufficere, quantumlibet corporis aſfluat bonis. Virtutes ait non ſe inuicem ſequi. Fieri enim poſſe, ut prudens quiſpiam, ac iuſtus, idemq; intemperans atque incontinens ſit. Sapientem quidem non omnino perturbationibus uacare, uerum perturbari modice dixit. Amicitiam æquitatem eſſe definiuit reciprocæ beneuolentiæ. Eius tres ſpecies eſſe tradidit. Eſſe quippe aliam cognationis, aliam amatoriam, tertiam hoſpitalem. Amorem non modo congreſsionis, uerum & philoſophiæ eſſe. Amaturum quoque ſapientem, atque acceſſurum ad rempublicam, ducturumq; uxorem, & cum rege unà uicturum. Tribus autem generibus uitæ conſtitutis, primo quod in ſpeculatione, ſequenti quod in actu, & tertio quod in uoluptate conſiſtit: ſpeculatiuum genus ſemper prætulit. Liberales diſciplinas ad apprehenſionem uirtutis multum conferre ſenſit. In deſcriptione rerum naturalium præter cæteros rationem maxime ſecutus eſt, adeo ut minimarum quarumq; rerum reddiderit cauſas. Vnde, et naturalium commentariorum complura ſcripſit uolumina. Deum ſicut & Plato incorporalem diffiniuit, eiuſq; prouidentiam ad cœleſtia uſq; pertingere, ipſum uero immobilem eſſe. Porro terrena omnia ad cœleſtium congruentiam, ordinemq; diſponit. Præter elementa iſta quatuor eſſe & quintum aliud, ex quo cœleſtia conſiſtant, eiuſq; motum orbicularem eſſe uarium. Animam item incorporeā, primamq; eſſe ἐντελέχειαν, corporis nempe naturalis & organici potentia uitam habentis. Eſt autem ea iuxta illum duplex. Entelechiam uero appellat, cuius ſit ſpecies quædam incorporea. Altera ex his quidem ſecundum potentiam, ut eſt Mercurius in cera, informis quidem, ſed idoneus ad percipienda lineamenta, ſicut item in ære ſtatua. Secundum uero habitum entelechia dicitur ea quæ eſt conſummata ac perfectæ Mercurii ſtatuæ. Naturalis autem corporis dixit, nam ſunt corpora alia quidem manu & arte elaborata, ut ſunt quæ ab artificibus fiunt, puta turris atq;

 nauis.

nauis. Alia uerò ſic à natura prodeunt ut arbores, & animaliũ corpora. Porro organici dixit, hoc eſt, ad aliquid parati & conditi, ut eſt ad uidendum oculus, aurisq́ ad audiendum. Virtute autem uitam habentis, utputa in ſeipſo. Virtute autem uel potentia minus eſt ſecundum efficaciam. Secundum actionem autem, ut uigilans habere animam dicitur. Secundum habitum autem, ut dormiens. Vt igitur & hic intelligatur, adiecit potentia. Multa igitur eiuſmodi & alia, & de aliis multis in hunc modum philoſophatus eſt, quæ perlongum eſſet numerare. Cunctis enim in rebus ſummo ſtudio atque induſtria fuit, inuentionisq́ incredibili copia uiguit, ut ex his quæ ſuprà annotauimus uoluminibus conſtat, quæ ad quadringentorum numerum fere perueniunt, de quibus nihil ambigitur. Nam ſunt & alia complura, quæ ipſi aſcribuntur uolumina atque ſententiæ. Verumenimuerò octo fuere Ariſtoteles. Primus hic ipſe. Secundus, qui Athenis rempub. adminiſtrauit, cuius etiam iudiciales leguntur orationes ſanè quam elegantes. Tertius, qui Iliadem Homeri ſcripſit. Quartus Siculus orator, qui ad Panegyricum Iſocratis reſcripſit. Quintus, qui cognominatus eſt Mythus, Aeſchinis Socratici neceſſarius. Sextus Cyrenaicus, qui de poetica ſcripſit. Septimus pædotriba cuius meminit Ariſtoxenus in Platonis uita. Octauus grammaticus obſcurus & ignobilis, cuius de pleonaſmo ars legitur. Huius autem Stagyritæ philoſophi complures quidem fuere diſcipuli, ſed omnibus maxime præcelluit Theophraſtus, de quo modo dicendum eſt.

Ariſtotelis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARISTOTELIS VITA EX MONIMENTIS IOANNIS GRAMMATICI PHILOPONI ALEXANDRINI.

FVIT Ariſtoteles genere Macedo, Stageiris, filius Nicomachi, qui Amyntæ Macedoniæ Regi medicam præſtitit operam, ob eamq; rem filium, quem ſuſcepit, ut patris memoriam renouaret, Nicomachũ appellauit, ad quem item Nicomacheia ſcripſit. Matre Phæſtide, qui ambo genus ab Aeſculapio trahebant: cuius quidem rei fidem facit epigramma in Ariſtotelem his uerbis factum.

Matre creatur Phæſtide, Nichomachoq; parente,
Stirpe Aſclepiadon Diuus Ariſtoteles.

Poſt parentũ obitum à quodam, qui publico Aternenſium nomine peregrinos hoſpitio excipiebat, educatur: cuius dein officii memor nõ modo filium eius Nicanora enutriuit, et omni liberali inſtituit doctrina, ſed etiam ut uerum, & germanum tractauit. Quinetiã, ante mortem teſtamento cauit, ut filia Pythais in matrimonium eidem Nicanori locaretur. Cùm adhuc adoleſcens eſſet, omni ingenuarum artium ſcientia excultus fuit, quod ſatis declarant commentarii, quibus res poeticas complexus eſt, & ſcripta, quæ in poetas edidit. Homericæ item quæſtiones, et libri artis Rhetoricæ. Annos. xvij. natus uoce Pythiæ, qua philoſophari iubebatur, Athenas mittitur, ubi cum Socrate treis annos coniunctiſſime uixit, quo extincto, ad amicitiam Platonis ſe contulit, qui cum. xx. annos magno familiaritatis uſu coniunctus fuit, eamq; diligentiam, & induſtriã ad diſciplinas percipiendas adhibuit, ut Plato illius ædeis non aliter appellarit, atq; ædeis lectoris. Neq; uero fides habenda iis, qui exiſtimant Ariſtotelem aperuiſſe Lyceũ contra Platonem adhuc ſuperſtitem. Qui enim hoc potuiſſet? cùm Chabrias, & Timotheus Atticarum copiarum duces opibus magnaq; potentia Athenis florerent, & Platoni arcta neceſsitudine coniuncti eſſent. Sed non deſunt, qui tradant ab Ariſtotele Lyceum conſtitutum in humanis adhuc agente Platone, ut multas hominis ſentẽtias conuelleret.

Ad

Ad quos reſpondere ſatis habemus, non ſimpliciter quicquam contra Platonem ſtatui, ſed contra eos, qui Platonica decreta minus perſpecta haberent. attamen ſi quid contra eum profertur, non abſurdum iudicari debet, cũ in hac ipſa philoſophandi ratione nihil diſcrepet ab iis, quæ Plato ſenſerit. illius enim uox eſt, magis conuenire nos de ueritate ſolicitos eſſe, quàm de quauis alia re. Quinetiam ad uerbum ita ſcribit. Amicus quidem Socrates, ſed ueritas amiciſsima. Et alibi. Socratis, inquit, parua cura agenda eſt, ueritatis autẽ magna.

Hoc idem inſtitutum Ariſtoteles tenuit, monimentaq; Platonica immutanda cenſuit, cum et in huiuſmodi conſilio ab illo non diſcrepet, quippe qui ueritatis decus non contempſerit, cum tamen mirifico ſtudio, egregiaq; uoluntate Ariſtotelem fuiſſe erga Platonem conſtet ex Ara, quam ei conſecrauit hac inſcriptione.

Ponit Ariſtoteles pius hoc altare Platoni.
Quem laudare nefas ora profana foret.

Cum Platone multis officiis, & magna familiaritate. xx. annos coniunctus fuit, poſt cuius obitum ita euenit, ut Speuſippus ſororis Potones filius ſcholam teneret, docendiq; munus ſuſciperet, Ariſtoteles autẽ in Macedoniæ Vrbem ſecederet, quo loci alumnum diſciplinæ ſuæ Alexandrum conditorem habuit, magnaq; authoritate in eius regno præſtitit. Nam apud Regem opibus, & gratia florentiſsimus fuit, plurimaq; opportune impetrauit. nam multa ſtudia, & officia in ſingulos priuatim, & in uniuerſos publice contulit. Declarant epiſtolæ commẽdatitiæ, quæ ad regem ſcriptæ ſub illius nomine feruntur, & patria Stageritæ, quæ cum euerſa eſſet, author fuit, ut ab eodem ipſo inſtauraretur. Quapropter Stageiritæ Ariſtoteli feſtũ celebrant, quod Ariſtoteleum nominant, & menſem, in quo dies feſto dicatus eſt, Stageiritem appellant. Ereſſus quoq; Theophraſti patria, quam cum Alexander grauiter uindicare cogitaret, periculo liberata eſt. Dein cum Speuſippus è uita exceſsiſſet, Athenienſes Ariſtotelem ad ſe inuitant, ac unà cum Xenocrate ſcholæ Platonis præficitur. Xenocrates igitur in Academia docebat: Ariſtoteles in Lyceo. Ac non longo interuallo cũ Athenæ defeciſſent, Ariſtoteles in Chalcida nauigauit, illud uſurpans. Non patiar Athenienſes in philoſophiam ſemel, ac iterum uos peccare. Iam enim Socratem è medio ſuſtulerant. Nec diſsimulauit iudicium ſuũ apud Antipatrũ, quàm difficile, & multi operis eſſet,

Athe-

Athenis agere, carmen illud Homeri referens.

Inq; piris pira, ficis fici molle ſeneſcunt.

Ita peruerſitatem morum Athenienſium indicabat. Macedoniam repetiit, ubi gratia, & authoritate apud Reges, qui prouinciam illam tenebant, plurimum ualuit, apud Alexandrum, & matrem Olympiada, apud Antipatrum, apud Philippum. Ad Alexandrum de regno librum ſcripſit, in quo præcepta de regno adminiſtrando ei dat. Quinetiam ſe comitem Regi adiunxit in intimos Brachmanas proficiſcenti, ubi etiam opus confecit, in quo memoriam CCLV. rerumpu. colligauit. Illum quoq; ſecutus eſt contra Perſas mouentem. ubi cum bellum exortum eſſet, & Alexander mortem obiiſſet, in patriam reuertitur. Morum ſummam coluit moderationem, in Philoſophia captũ exceſſit humanum, cum nullam partem eius diſciplinæ imperfectam explicatione reliquerit ſua. immo propria fretus ſolertià, cum pleraq; adieciſſet, uniuerſam philoſophiam caſtigauit, optimisq; inſtruxit præceptis. Magnam item acceſſionem fecit ad artem diſſerendi, quandoquidem ab ipſis rebus normas, præceptaq; ſecreuit, & demonſtrandi rationem cum uia inſtituit, nam ſuperioris memoriæ Philoſophi demõſtrare quidem, ac euidentibus probationibus uti ſciebant, ſed demonſtrare, ac euidentes probationes conficere ignorabãt, atq; idem illis uſu ueniebat, quod Sutoribus, qui coria ſecare nõ queunt, calceis autem uti probe queunt. Rerum naturalium indagationi quintam addidit naturam. Diuinarum contemplationi, quamuis nihil eiuſmodi adiecerit, attamen ita docuit, ut nihil, quatenus cauſa ferret, prætermiſerit. Siquidem tantum abeſt, ut duntaxat, quæ intra orbem continentur, quẽadmodum nonnulli exiſtimant, comperta habuerit, Vt etiam quæ ſupra orbem habentur, probe tenuiſſe affirmemus. quod quidem idem ipſe Ariſtoteles probat VIII. naturalis auſcultationis libro. Princeps, inquit, cauſa neq; per ſe, neq; ex accidenti motu cietur. Atq; ex hoc nimirum planum facit Deum neq; corpus, neq; patibilem eſſe. Vniuerſum uitæ tempus, quod uixit. lxiij. annorum numero deſcribitur. cum enim. xvij. ageret annum Socrati operam dare cœpit, quo præceptore uſus eſt triennio. in intimis, & neceſſariis Platonis. xx. annos fuit, à cuius obitu. xxiij. annos uixit.

DE

DE VITA AVERROIS EX LIBRIS CHRONICORVM A MVNDI ORIGINE EXCERPTA.

AVerrois quoque medicus cognomento Commentator, philoſophus quidem & ipſe apud Cordubam Hiſpaniæ vrbem hoc tempore floruit, vt ex Secundo libro eius, qui de Cœlo tractat, Commento 110. & 111. habetur. Fuit enim à natiuitate Chriſti anno MCL. vt aſſerit Conciliator, & Aegidius Romanus in ſuis quolibetis Libro Secundo, quæſtione de vnitate intellectus. Vbi verba hæc habentur. Nam Commentator ſummus Auerroes, non eſt diu, quòd fuit. Nam dicitur filios ſuos in curia Federici primi cognomento Barbaroſſa Imperatoris fuiſſe, qui temporibus noſtris obijt. Fuit ergo dictus Auerrois tempore, quo fides chriſtiana erat valde dilatata. Conſtat autẽ ꝙ apud chriſtianos erat ſolennis mentio de ſtatu animarum ſeparatarum. Et ideo Auerrois, qui fuit iſto tempore, potiſſimum debuit videre hoc inconueniens. Multa autem compoſuit, & adeo excellenter in omnes Ariſtotelis libros ſcripſit, vt Commentatoris cognomentum promeruerit: deinde de Subſtantia orbis, de Theriaca, librum quoq; pulchrum de medicina Colliget appellatum, ac alia multa edidit. Auicennæ tamen ac medicorum æmulus dictus fuit, vt palàm in eius libris manifeſtum eſt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

MARCIANTONII ZIMARAE

PHILOSOPHI CONSVMMATISSIMI

Tabula dilucidationum, in dictis Ariſtotelis, & Auerrois.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

VENETIIS APVD IVNCTAS

M. D. LXII.

TABVLA CVM DILVCIDATIONIBVS IN DICTIS ARIST. ET AVER.

A D. M. ANTONIO ZIMARA COMPILATA.

Qua, digreſſionibus paſſim ab eo inſertis, via Peripateticæ veritatis, edocetur.

De litera A.

AB, præpoſitio ĩ idiomate Arabico notat, tã cãm agentẽ, q̃ ſubiectũ, & oppoſitũ. primo phyſic. com. 58. Vide quõ importet ſubiectũ. primo cęli. cõ. 20. vbi litera trãſlationis Arabicę habet in tex. ꝙ corpus glorioſum nõ eſt gñatũ ab aliquo. Qđ Cõm. põderans in cõ. dicit. Et dixit: neq; gñabile ab aliquo. & nõ dixit: neq; gñabile ſimplr̃. qm̃ hæc ẽ dña inter dicẽtes, ꝙ hoc corpus ẽ creatũ à prima cã: & opinãtes ipſũ primã cã; .ſ. ꝙ dicẽtes ipſũ eẽ primã cã; opinanť ipſum nõ eẽ gñabile ſimplr̃. Et dicẽtes, ꝙ ẽ cãtum à prima cã, opinanť, ꝙ nõ ẽ gñabile ab alio .i. ex alio. Et ꝙ ſi diceretť eſſe gñabile à nullo, & ĩ nullo tpe, poſſet hoc inſtitui ſm vocẽ, & ſm trãſumptionẽ. Gñabile vere, eſt terſatũ tpe, & gñabile ab aliquo. Et hoc nomen gñonis eſt vulgariter, qđ Ariſt. intẽdit remouere à cęlo. Vbi patet, ꝙ ly ab aliquo, dicit cã; mãlem. Ari. .n. ibi demõſtrat, ꝙ cęlũ nõ ẽ gñabile, qa nõ habet ſubiectũ, neq; cõtrariũ. Et ex illo loco patet quãtũ deuiauerũt à veritate Io. de Bac. & Greg. Arim. in. 2. ſnĩarũ. di. 1. q. 1. q tenẽt ex mẽte Ariſ. & Auer. cęlũ & ſubſtãtias ęternas nõ hr̃e cã; ęternã effectricẽ. Et licet iſta qõ in via Peripateticorũ ardua ſit, & ambigua. Eudemius. n. & Alex. (vt recitat Simpl. ĩ principio phyſicæ auſcultationis) tenuerũt Deũ ſm mẽtẽ Ariſt. nõ eſſe cãm efficiẽtem, ſed finalẽ; tñ & formalẽ ęternorum.

Digreſſio de cã efficiẽte ĩ ſubiectis æternis contra Ioã. de Bacco, & Greg. Ari.

Opi. Eudemi & Alex. ꝓ vna politione.

Ammo. tñ, Simp. & Io. Gram. oppoſitũ tenuerũt, & multi ſapiẽtes. Verũtñ quidquid ſit de Ari. vnum ſcio indubitãter, Auer. tenuiſſe de mẽte Philoſophi, ęterna eẽ cãta in triplici gñe cãę. etenim hic aperte teſtatť cęlũ eſſe cãtum à prima cã. Et ꝙ Ari. in. 1. cęli demſat cęlũ nõ eẽ gñabile, illo mõ gñonis quo generanť iſta tpalia: quia hoc ſonat nomẽ gñõnis, vere & non trãſumptiue ſumptũ. Ariſ. n. abhorret metaphoras & trãſumptiones ĩ doctrina demõſtratiua: vt ipſe pcepit in 2. poſter. analit. Et iõ Ariſt. nomẽ gñonis vere & ĩ ꝓpria ſignatione intẽdit remouere à corporib' cęleſtib'. Et hoc apparet manifeſte ex ſnĩa eiuſdẽ Auer. ĩ lib. deſtr. deſtr. in diſp. 3. in ſol. 18. dubij, vbi dicit, ꝙ Philoſophi aſcẽderũt gradatim inueſtigare de ſupcęleſtibus corporibus, & apparuit eis ꝙ ſunt ingñabilia, & nõ ſunt ſicut inferiora corpora. Gñabile. n. inquantũ gñabile, eſt pars hui' mũdi ſenſibilis: cuius gño non ſequereť niſi ꝓut eſt eius pars, eo qđ oẽ gñabile gñatur ſine dubio de re, ex re, & pro re, & in loco, & ĩ tpe. Et inuenerũt ꝙ orbiũ corpa ſunt neceſſaria ĩ gñone inferiorũ corporũ, prout ſunt agẽ-

Pro opin. contraria fuerunt Amm. Simplic. Philoponus, & alij.

Quæ ad mentem Auer.

Tex. c. 22.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

ꝫia remota. Vñ ſi corpa cęleſtia generabilia eſſēt mō iſtius gñonis: īdigerēt aliis corpibus ꝓcedētib' ea: q̄ ſiſt eſſēt ptes alteri' mūdi. & ita eſſēt alia corpa supcęleſtia. Et talia ēt īdigerēt aliis: & ſic ī infinitū. Ecce igit̃, ꝙ vult demr̄onē intelligi de vera gñone ī ꝓpria ſignatione ſūpta: q̄ indiget cā agēte mãli, & finali, tpe, & loco. Cōfirmat̃ authoritate eiuſdē in. 1. cęli. cō. 105. vbi habet. Defendētes aūt Platonē dicūt, ꝙ aſſimilatio gñonis mūdi ex ſuis eſñtis, gñoni figuratū ex lineis, & ſupficieb' à Platone, ſignat ꝙ mūdus ſemp fuit apud Platonē, & ꝙ ipſe nō intēdebat p hūc ſermonē, niſi ꝙ ptes ei' ſunt priores nã toto: nō ꝙ ipſe fuit gñat' vere. Et ſi hoc intēdebat nihil differt ab Ariſ. Sed tñ male fecit in hoc qđ dixit mundū eē gñatum, & nō corruptibilē. Hoc. n. nō intelligit̃ ex gñone, niſi cū difficultate. Et maxīe cū dixit, ꝙ efficit̃ ex nō ordine in ordinē. Nã Plato dixit deū, eſñta q̄ ante mūdi gñonē mouebant̃ motu inordinato, deduxiſſe ex nō ordine in ordinē. Mō talis gño q̄ fit ex priuatiōe ad habitū, vr̄ eſſe vera gño, q̄ eſt tēporalis: & ita cū difficultate pt intelligi gño illa apud Platonē fuiſſe ęternā. Aut igit̃ male ſēſit: aut male docuit: quia abutebat̃ vocabulo gñonis (vt dicit ꝓfatus Cōm. ēt. 1. cęli. cō. 106.) Tenet igit̃ Cōm. cœlū & intelligētias eē cãtas ab æterno à prima intelligētia: ſed non p gñonem verã, q̄ fit cū trãſmutatione & tpe. ſed nobiliori mō. Sciētia. n. Dei glorioſi eſt cã entitatis & veritatis oīum entiū: vt ſcribit Cōm. in. 2. primę philoſophię. cō. 4. Et ī 12. primę philoſophię. cō. 51. De hoc vide notabilē authoritatē in lib. deſtruc. diſp. 3. in ſol. 18. dubij. vbi ſcribit. Amplius declaratū eſt à Philoſophis, ꝙ illud qđ dat entib' ſeparatis à materia finē, ē illud qđ dat eis eſſe. Forma. n. & finis ſunt vnū & idē in hac ſpecie entiū. Ergo illud qđ dat finē entibus, illudmet dat formam, & illud qđ dat formã eſt agēs. ergo qđ dat finē huic etiam eſt agens. Apparet igitur ꝙ primum principiū eſt oīum iſtorum principium. ſ. forma, & agēs, & finis. Quid clarius? In fine.

Ab antiquo nō prouenit nouū abſolute, ſm Philoſophos. ex diſputatione. 12. in ſol. tertij dubij.

Ab oībus excellētib' Philoſophis hodie exiſtimat̃, ꝙ ab vno primo ꝓcedūt pricipalr̄ oīa entia mutabilia. Ex lib. deſtr. diſp. 3. ī ſol. 12. dubij. In medio.

Ab vno verū multitudo ꝓuenir̄ poſſit. vide diffuſe in lib. deſtruc. in diſput. 3 in ſol. 12. dubij.

Ab vno agēte nō ꝓuenire niſi vnū effectū tm̄, propō falſiſſima ē, qua vtebat̃ Auic. & Alpharab. Ex diſp. 3. in lib. deſtr. in ſol. 23. dubij.

Ab vno ſimplici numero non poſſe ꝓuenir̄ niſi vnū ſimplex numero, nō quodammō vnū in numero & quodãmō plā. Et q̄ illi' vnitas ſit cã eē pluralitatis: ſi iſto mō intelligāt nō pōt hō euadere à dubijs Algazelis. Ibidē in ſol. 26. dubij.

Ab vno eſſentialiter nō inuenit̃ niſi vnum motum: ſed intrant plura ipſum per accidens. 8. phyſic. com. 51. & elicitur ex textu.

Abſtinētes, appetētes, & cōcupiſcentes, nō operant̃ ea quorū habēt appetitum: ſed ſequunt̃ intellectum. 3 de aīa. tex. cōm. 48.

Abſtrahētium nō eſt mendaciū. 2. phy.

phy. tex. cõ. 18. idẽ. 3. de aĩa. 35. Abſtractione mathematica plerũq; vtiẽ ſcĩa nãlis. Alex. ſnĩa eſt in pleriſq; locis: & ſignãter in principio libri prior. anal. Eſtq; dcm notabile & aureũ. Ex cuiꝰ ignorãtia doctores nři Latini ĩ pleriſq; qõnibꝰ ĩ philoſophia allucinati ſunt. Sciæ .n. ſibiĩuicẽ ſubſeruiũt, ſicut ẽ in artibꝰ. Certũ ẽ, ꝙ nãlis Phs qñq; ꝯcipit for㋐ naturalẽ ſine materia. nã & Cõm. dicit in 12. primę philoſophię ĩ cõ. 39. Intellẽ ĩnatꝰ ẽ diuidere ꝯiũcta ĩ eẽ, ſicut diuidit materiã à for㋐, & for㋐ à cõgregato ex mã & for㋐. Hoc ẽt. d. lucidiſſ. Themiſ.

Tu. 6. in 4. phy. ĩ digreſſione ꝯtra Gal. de ſpatio ſeparato: vbi mouet qõnem

„ cõtra ſe dicẽs. Sed dices, vñ nã ſpa-
„ ciũ illud ſi nõ eſt ſeparatũ à corpe:
„ intelligiẽ tñ quoquo mõ ſeorſum
„ à corpore? Et ſoluẽs inqt. Tu vero
„ (inq̃) vñ albedinẽ? vñ nigritiẽ? ea
„ tñ & ſi in cõtẽplatione veniũt ſine
„ corpore: nec tñ p ſe ſunt, nec à cor
„ poribꝰ redẽpta, abſoluta, pciſa: ſed
„ ſola eſt cogitatio q̃ id cõminiſciẽ.
„ Nõ. n. idẽ eſt huic aquę eſſentia, &
„ ipſius aquę dimẽſiones. pariter in
„ hoc vino, & ĩ hoc aere. ſed qualita
„ tes tñ aĩo ſequeſtratæ, atq; adeo
„ abiũctę corporibus, nõ quidẽ ſeor-
„ ſum hñtur, ſed ſeorſũ intelligunẽ à

nobis. Sed tñ in tali cõſiderõne naturalis nõ vtiẽ abſtractione ſibi ꝓpria, qa ipſe à materia ſenſibili nõ abſtrahit vt patet in. 6. meta. tex. c.

Te. c. 12. 2. & 1. de aĩa. tex. cõ. 16. Et tñ Ari. ĩ. 2. phy. definiẽs naturã q̃ eſt for㋐. inqt. Alio aũt mõ natura vtriq; erit habẽnũ in ſeipſis principiũ motꝰ.

„ For㋐ & ſpẽs ñ ſepabilis ens: ſed aut
„ ſm rõne㋐. Hoc aũt. vt Alex. d. eſt,

& ſpecies albi, & ſpecies nigri. Nō fuit igitur opinio Ariſt. vt ſpecies contrariorū ſint contrarię: ſed ſermo eius eſt conditionalis. Et iō bene intulit iuxta illam ſolutionem. Et impoſſe eſt albū & nigrū ſimul eſſe, quia neq; ſpecies pati ipſorū, ſi hmōi eſt ſenſus & intelligentia. Ecce φ ſub cōditione concluſit. q. d. ſi ſenſus & ītellectus ſint hmōi qui habeāt vnitatē & indiuiſionē, ex pte qua ſunt ſubiectū recipiens, & habent diuiſionem ex parte formarum receptarū, in hoc, idē erit de receptione materiæ, & de receptione ipſorū. materia. n. vt d. Cōmen. 12. Meta. cō. 14. eſt vna numero priuatiue: & non fit plures numero niſi per multitudinē formarum quas recipit. materię. n. diuerſantur pp diuerſitatē formarū & nō econtra 2. Phyſi. com. 87. & 1. de Ani. com. 52. & 2. de Ani. cō. 60. Et propterea dicit Commēta. animaduertens ad id qđ mō dixi, φ Ariſto. opinatur φ virtus primi ſentientis melius eſt vt dicaē vna forma, & multa inſtrumentis copulatis cum ea: per quę tranſeant motus ſenſibilium quouſq; copulentur cum ea: q̄ dicere ipſam eſſe vnā ſubiecto, & multa ſm formas quę deſcribuntur in ea. Illud. n. eſt dignius ei ſm qđ eſt iudicās, iſtud aūt ſm qđ eſt recipiens. Sed tñ cū nō ponimus illic eandem intētionem pp formam, nō poſſemus inuenire aliquid per quod iudicet diuerſa eſſe diuerſa. Iudicium enim dignius eſt attribui huic potentiæ ſm φ eſt actus, q̄ ſecundum φ eſt potentia. quemadmodum motio eius paſſiua a ſenſibus dignior eſt ei attribui ſecūdū φ ē ſubiectum recipiens, eſt. n. vt videtur, recipiēs ſm ſenſus, & agens ſm iudicium, recipere. n. aliquid eſt aliud a iudicare illud. Et hęc duo debent inueniri in aliquo duobus modis diuerſis. Et ad hoc tēdūt verba Themiſtij aſſerentis ſenſum cōmunē non recipere contraria, ſed iudiciū de contrarijs afferre. quia obiecta contraria relucentia in ſpeciebus offeruntur illi tanq̄ iudici, & ſunt comparata ad ipſum, nō tanq̄ ad materiā, ſed tanq̄ ad formam & iudicem: quia ſunt ſicut cognitum in cognoſcente, & non ſunt in eſſe materiali cum contrarietate, ſicut afficiunt materiā extra animam. Et iſto pacto ſoluitur qō completa introducta per medicos. Ad illud qđ adducunt diuini, Subtilis Doctor poſt longā perſcrutationē hoc argumentū dimiſit inſolutū, videns rei difficultatē. Alij vero dixerūt in anima Chriſti ſm diuerſas portiones habuiſſe cōtraria ſimul: quia triſtitia erat ſm portionem inferiorem ſenſuum, & delectatio erat in portiōe ſuperiori intellectiua. Sed dato qđ in eadē portione fuiſſent, adhuc non procedit argumentum: vt mihi datur cernere, quia triſtitia non erat contraria delectationi, quia ſicut dixit bene Alexan. non quælibet triſtitia cuilibet letitiæ & delectationi eſt contraria, ſed quando ſunt circa idem obiectum. Patet autem φ obiectum contriſtans voluntatem Chriſti tunc, non erat illud quo fruebatur illa voluntas. Et ſic optimæ veritas Philoſophiæ non contradicit fidei noſtræ. Sed hæc altioribus relinquantur, quia ſermones fiunt ſm materiā ſubiectā.

Conueniens dicere a cõuenienti fieri, nõ eſt ꝙ cõueniens agat ꝑ ſe & ꝑ ſuã formã ſibi cõuenientis: ſed eſt dicere ꝙ extrahit formam ſibi cõuenîetis de potẽtia ad actum, & nõ eſt agens, quia addit in illã materiã aliquid extrinſecũ, & ſic eſt ĩ hoc de ſubſtãtia ſicut de alijs accidẽtibus. Calidum. n. nõ inducit in corpus calidũ calorẽ extrinſecũ: ſed facit calidũ in potentia eſſe calidũ in actu. Et ſic eſt de magnitudine cõſequente generationẽ, & ſimiliter eſt de motu locali. motus. n. localis nõ prouenit ab extrinſeco motore 12. Met. cõ. 18. parum poſt mediũ. & eſt ſñia ſumpta ab Ariſt. formaliter in 4. Ph. te. c. 84.

Conueniens ſit a conueniẽti. Propõ iſta verificatur tribus condõnibꝰ. v3. vt ſit in agente & nõ inſtrumẽto: vt ſit in propinquo, & nõ remoto & vt ſit eſſentialiter & nõ accidẽtaliter 12. Meta. c. 42. auct. Ale.

Cor eſt primũ per ſe motũ in aïali, quia nõ mouet ſe, quia pars mouet ſe & mouet totũ 7. Ph. c. 1. & 4

Cor, venarum eſt principium 3. de partibus Animalium cap. 4.

Cor animalium carentiũ pulmone nõ habet vẽtriculum dextrũ: & tñ in illis animalibus inueniť illa vena q̃ eſt inter epar & cor, & iõ Gale. d. iſtam nõ oriri ex dextro vẽtriculo cordis 3. de partib. ca. de corde. Vide ibi ſolutionẽ Auer. dicẽtis illam de neceſſitate oriri a cordis ſubſtantia inquantum cor, nõ inquantum dextrum aut ſiniſtrũ.

Cordis temperãtia principaliter cognoſcitur ex pulſu, & ſecundario ex anhelitu 4. Col. i. cap. 2. vbi vide etiam alia ſigna.

Cor ſm Ariſt. eſt principiũ ſanguinis, ſed ſm Gale. cor nõ eſt principium niſi ſanguinis arterialis, ſed ſanguinis venalis principiũ ẽ epar 3. de partib. Auer. in cap. de corde. Vbi videas tres rõnes Ariſt. ꝓ ſua opinione. Vbi aduerte ꝙ, vt ibi dicit Auer. Ariſt. nõ opinatur cor eẽ pricipiũ ſpecierum ſanguinis, ſed primi qui eſt verum nutrimẽtum & vltimum nutrimentum.

Cor animalium magnorum inuenitur habere os, & vide cauſam in 3. de partibus cap. de corde.

Cor magnorũ aïaliũ ſm Ariſ. inueniť triplicẽ habere vẽtriculũ: paruorũ vero duplicẽ. ibid. vbi d. Gal. negaſſe aliqd aïal habere triplicẽ vẽtriculũ ĩ corde, ſ3 d. aïalia hñtia pulmonẽ habere duos vẽtriculos: carẽtia vero pulmone hře vnũ tñ.

Cordi accidentia ſupueuentia ſunt ſinopis, cardiaca, & tremor 3. Colliget cap. 25.

Cordis ventriculus dexter calidior eſt ſiniſtro ſm Ari. & iõ pars dextra calidior ẽ ſiniſtra. Et iõ oẽ animal ſm Ariſ. habet iſtã duplicem naturã dextri & ſiniſtri vẽtriculi: quia iſta eſt cã diuerſitatis partis dextrę a ſiniſtra: contra Gale. qui voluit animalia carentia pulmone non habere duplicem ventriculum, ſed vnum tantum ibidem.

Cordis ſitus eſt in medio pectore in alijs animalibus: ſed in homine vergit ad ſiniſtrũ. & vide cauſam in 3. de partibus Animal. cap. 4.

Cordis propriũ eſt nõ tollerare apoſtema, & alias ægritudines, ſicut alia membra ibidem. Vide tamẽ Auer. 3. Collig. ca. 25. vbi d. ꝙ medici dicunt ꝙ põt contingere apoſtema in panniculo cordis.

Cor eſt principiũ motus letitię, triſtitiæ,

ſtitiæ,& oīum ſenſuū. ex 3. de ptibus ca. 4. idē in lib. de Sēſu & ſen.

Cor & iecur oībus animalibus neceſſaria ſunt: alterum pp caloris originem, alterum pp concoquendum cibum, ſupra cap. 7.

Cor eſt primū qd in formatiōe fœtus actu ſecernitur, qd nō mō ſenſu ita fieri cōſtat, verūetiā ratione Ariſt. 2. de Gener. Animaliū. ca. 4.

Cor eſt primum quod viuit, & vltimum quod moritur. s. cap. 4.

Corde carens nullum vnq̄ aīal ortum eſt. Ariſt. in 4. de Gener. Animalium cap. 4. Ex hoc poterit cordis principatus oſtendi.

Cor triplicē habet ſinum, dextrum maiorē, ſiniſtrū minorē, et mediū magnitudine inter dextrū & ſiniſtrum 1. de natura Animaliū ca. 17. Et 3. de natura cap. 3.

Cor ſolum ſanguinem extra venas continet ibidem.

Cor in alijs animalibus eſt ī medio pectore, in quibus ſpectus ineſt, ſed in hoīe tn̄ ad partē potius ſiniſtram vergit. ibid. & infra ca. 16.

Cor eſt in medio, quia hic eſt locus regis, ad hoc vt ſit regimen huius proportionatū omnib' mēbris & circunferentijs, & ēt vt melius cuſtodiatur 2. Coll. cap. 9. de iuuamē to membrorum officialium.

Cor poſſe eſt vt ſit bonæ cōplexiōis & bonę cōpoſitionis, & tn̄ cōpoſitio aliorū membrorū erit lęſa: ſed hoc prouenit a materia. Et iō tēpe rātia in cōpōne & cōplexione mē brorū adiacētiū cordi, vt pectoris, & aliorū propinquorū, eſt ſignum certū tēperamēti cordis, quia virt' informatiua nō format alia membra niſi mediāte calore cordis, ſed non conuertitur hæc ſignificatio. Auerr. 4. Collig. cap. 2.

Cor ē vltimū mēbrū qd refrigerat ī morte 2. Coll. ca. 2. & de sōno &c.

Cor eſt calidū de neceſſitate pp ſpiritū, & pp partem carnoſam, & pp ſanguinem. & eſt ſicut clibanus. Auerr. 2. Collig. cap. de complexionibus membrorum officialium.

Cor vr̄ mihi q ſit declinans ad humiditatē propter ſpiritū in eo exiſtētem. s. in ca. proprio de corde.

Cor eſt mēbrū cuius cōplexio cōicat toti corpori, quia qn̄ cōplexio cordis e ſt tēperata, mēbra p maiori parte ſunt temperata in caliditate, quia cor dat complexionem omnibus membris qua agunt & patiuntur 4 Colli cap. 1.

Cor in ſiniſtro vētriculo per paruū foramen cōtinuatur pulmoni, p maius vero oībus arterijs corporis, & iſtū ventriculū medici ſpiritualē appellāt Gal. 6. de vtilita. parti. ca. 7. Et iō eſt magis pīcipalis q̄ dexter vētricul', quē ſāguificū vocāt. ſed nota q Ariſ. oppoſitum ſentit.

Cor & iecur oīb' aīalib' neceſſaria ſunt, alterū pp caloris originē, locū. n. adeſſe aliquē, quaſi lares foruq; oportet: quo naæ fomites & primordia ignis natiui cōtineantur & ſeruentē. eūdeq; tutū eē, velu ti arcā corporis totius neceſſe eſt. Alterū iecur dico, cibi cōcoquēdi grā adeſt. Et quidem nullū ſanguine præditū ijs duobus carere pōt. Ariſt. ſnīa in 3. de partib. Animal. cap. 7. Ex iſta authoritate, aliqui ſummunt de mente Ariſt. ſanguinem qui eſt verus humor & nutrimentū verū in habētibus ſanguinem generari in epate. & q ī corde non accipit niſi quandam ſubtiliationē & diſpoſitionē accidentalem. Digreſſio pulchra d' gñatione ſanguinis apd̄ Ariſt. & Peripa.

talem. Et aſtruūt hoc authoritate Auer. in 2. Colli. in ca. de iuuamēto epatis, vbi d. qđ epar eſt mutatiuum cibi ad cōuertēdū ipſum in ſanguinē: & poſtea mittit ipſū ad oīa mēbra. Et parū infra ī eodē loco d. ꝙ epar habet quinq; virtutes ꝑdictas, hoc ē digeſtiuā ꝗ facit ſāguinē, retētiuā tpe digeſtiōis, attractiuā, qñ trahit chilū ex īteſtinis, diſcretiuā, qñ diuidit & diſcernit tres ſupfluitates, hoc eſt ſupfluitatē aquoſam quā attrahunt renes, cholericā quā trahit burſa fellis, & melā cholica, quā trahit ſplē. Vbi clare patet Auerr. dicere ſanguinē generari in epate. Et cōfirmať, qa ibi ē generatio veri ſanguinis vbi generantur ſuperfluitates & excremēta eius, qa a qualibet digeſtione reſecať aliqua ſuperfluitas. Sed ſm Ari. & Auer. in habentibus ſanguinē, ſanguis ē vltimū nutrimentū, flegma āt & vtraq; cholera ſm Ariſ. ſunt ſuperfluitates, igiť ſi ſm ſuīam Auer. preallegatā, epar per virtutē ſuā diſcretiuam diſcernit iſtas ſuperfluitates & ſanguine: ſequiť ꝙ epar eſt mēbrū ſanguinis veri generatiuū. Et ita quidā indubitanter tenent tpe meo Paduę, dū in circulis diſputarē. Sed iſta opinio ſtare non pōt in via Peripateticorū, licet Gale. dicat illud. Nam Ariſt. exprēſſe in 3. de partib. Animal. cap. 4. & eſt in cap. de corde, determinat cor eſſe principiū omniū virtutū, quia vbi fieri pōt vnū multitudini eſt ꝓferendū. Iſtud eſt maximum fundamētū in via Ariſto. quia natura & deus nihil fruſtra faciunt. 1. Cœ. te. cō. 32. vnde multæ poſitiōes Ariſt. ſunt fundatæ ſuper iſto principio. vnde. 1. Phy. præpoſuit opinionē Empedoclis opinioni Anaxago. qui poſuit principia finita, & in 12. Meta. cōcluſit vnum eſſe principē vniuerſi, quia multitudo pricipatuū mala: vt teſtatur ēt doctus Home. Et ideo Ariſt. vim nutritiuam & ſenſitiuā in corde locauit. Et quia tenuit cor eſſe principiū virtutis talis, & ſm ipſum ſanguis in habentibus ſanguinē eſt vltimum nutrimentū: in non habētibus vero eſt aliquid proportiōale ſanguini. poſuit ſanguinē qui eſt verꝰ humor, & qui vere nutrit, generari in corde. argumēto ꝙ in nulla parte corporis reperiť extra venā, niſi ī corde. Amplꝰ lucidiſſimus Them. in com. ſuper lib. de Som. & Vigi. ca. 13. inquit, deuoratus. n. & īgeſtus per os, cibus, indeq; in locos ſuos i. in inteſtina & vētriculū collatus, euaporať & ſurſum ſpirat per venas, per quas deinde permanat ad iecur: in iecinore mutatur & natura ſanguinis tingitur, a iecinore īfluit & ſubit ad cor, in corde vincitur & cōficiť pleniſſime: inibiq; in ſanguinē ꝑfecte ↄuertiť. & idē ſubdit. Et venę quidē alię cor adeunt: alię a corde prouenīūt. Venę quæ adeūt cor, tanꝗ miniſtrę & gerulę ſunt: vt ꝗ a iecinore ad cor īcoctū & imperfectum ſanguinē conuehāt: quē cor ſuſceptum ſua vi meracum & abſolutū ſanguinē reddit. At venę ꝗ a corde pertinēt, cōparatæ ad alium vſum ſunt. v3. vt ſuccus p eas cōcoctꝰ, iā, ꝑfectuſq;, in totū corpus diſtribuať atq; dedatur. Idē d. Alexan. in Paraph. de Anima ca. vltimo. vbi agit de animæ principatu, in qua parte corporis conſiſtat. Auer. etiā 2. Colli.

cap.

cap. 11. d. ꝙ epar ſeruit cordi, & hoc eſt quia ꝑparat ei ſuum nutrimẽtum. & ideo oportet declarare viam per quã cerebrũ ſeruit cordi. Amplius quia generatio veri humoris non niſi per digeſtionẽ perficitur, & iſta a calore procedit, cũ cor ſit principiũ & fons caloris. ſequiť igiť cor habere hmõi principatũ. Epar vero eſt neceſſariũ in ſanguinis generatione, pro quãto decoquit cibũ. nã licet cibus ĩ ſtomacho conuertať in chilum, & ꝑ venas meſaraicas attrahatur ad epar, non ꝑpea ibi materia eſt ſufficienter preparata, vt forma ſubſtãtialis veri ſanguinis inducatur, & iõ indiget vlteriori decoctiõe, quã decoctione epatis, per quã generatur non verus ſanguis, ſed aliqua ſpecies ſanguinis. i. modus quidã. & in tali decoctione celebrata in epate ſequeſtrať pituita. i. flegma: & ſi quid aliud eiuſmodi eſt, vt dixit Ariſto. in 1. de Gener. Animalium ca. 18. vbi d. ꝙ pituita eſt excrementum primi alimenti. vbi per primũ alimentum intelligit cibum, qui iam in chilum cõuerſus, attractus fuit ad epar. Nam (vt notat Philopo. in illo loco) alimentũ vtile duplex eſt. ſ. primum & vltimum, primũ eſt cibus, puta panis, aut vinũ. ſcd́m aũt ſeu nouiſſimus eſt ſanguis, quia tale vbiq; ab Ariſto. appellať vltimũ alimẽtũ. & ſic duplex eſt excrementũ, primũ qđ ẽ reſpectu primi, & tale eſt pituita, aut aliquid hmõi, ſiquid eſt. qđ d. ꝑp vtraq; colerã, & ꝑp aquoſitatẽ vrinalẽ. Talia. n. ſequeſtranť ab illa decoctione, ꝙ fit in epate, in generatione ſanguinis qui nõ eſt verus humor ſm Ariſt. ſed ẽ aliqua ſpecies eius, i. modus, quia eſt ſanguis in potẽtia propinqua, ſed nõ eſt verus ſanguis qui ẽ humor, de quo Ariſt. dicit ipſum eſſe vltimũ nutrimentũ. Et iſto mõ intelligiť dictũ Auer. in 2. colľ. ſupra allegatũ per iſtos viros oppoſitũ tenẽtes. Et ne videamur dicere iſta gratis adducamus verba Auer. ĩ eodem cap. de iuuamẽto epatis, vbi poſtꝙ multa intulit cõtra Gale. opinantẽ epar habere principatũ ĩ nutritione, tandẽ dicit finaliter concludendo. Et eſt cõfirmat⁹ iſte ſermo vt cor ſit neceſſitate princeps virtutis nutritiuę, quia nec Gale. nec alius ex anathomicis dixerũt nec crediderunt, ꝙ cordi veniret calor ab alio mẽbro, ſed eſt ſufficiens ꝑ ſe ſicut cõueniens eſt principi. Et ego iã probaui tibi virtutẽ à calore ꝑ modũ doctrinę reſolutiuę. Et ſi tu vides ꝙ indiget cor epate propter ꝑparationẽ nutrimenti: non propterea epar indiget vocari princeps, ſicut nõ eſt conueniens ſtomacho propter pręparationem cibi vt vocetur princeps epatis. Nec bubulcus qui pręparat cibum alijs bubulcis vocatur princeps.

Pro hoc faciũt etiam verba Auer. in 2. colľ. in cap. 8. de iuuamentis membrorum conſimilium vbi d. ꝙ flegma eſt ſanguis ĩdigeſtus, & propter hoc debet dici ſuperfluitas ſanguinea, hoc ẽ diminuta ſuperfluitas vt fit ſanguis: non ſupfluitas cuius ſeparatiõe remaneat ſanguis completus, ſicut a colera & melancolia. ergo ſi ita eſt, tũc eẽ flegmatis in corpore eſt de neceſſitate, hoc eſt ꝙ impoſſe eſt cibũ cõuerti, niſi ex eo generenť ſuperfluitates flegmaticæ. Præterea Auerr.

in eodē ca.d.ꝙ Ariſt. vult ꝙ nutrimētū oīum mēbrorū fiat ex duobus ſanguinibus mixtis inſimul: &ꝙ ſanguis, qui eſt in epate & in venis nō pulſatilibus,eſt ſicut mā ſanguinis miſſi in arterijs cordis. & ꝙ ſanguis arteriarū eſt ſicut forma ſanguinis. & hoc ē quia dat ei dē cōplementum,& coctionem,& facit ipſum cibum propinquum actui. Conſimilē ſnīam inuenies in cō.73.ſuper 1.Canticę canticorū ab ipſo,vbi d.iſtā fuiſſe opinionē Hyppocra.Plat. & Gal. ꝙ ſunt tres virtutes & d. ꝙ iſta opinio eſt falſa in duobus. Amplius Auerr. 14.Colli.ca.2.d.ꝙ epar & cerebrū nō habēt calorem propriū in eorū eſſe niſi illū,qui eſt ī membris conſimilibus ex quibus cōponuntur.ſed calor mediāte quo iſta mēbra operanť artes ſuas, ē calor trāſmiſſus eis a corde: & iſte calor a corde tranſmiſſus ē ſicut forma reſpectu caloris ꝓprij ſibi debiti merito partiū conſimiliū.Talis.n.eſt ſicut mā, & ideo epar concurrit vt inſtrm. Alexan.ēt in Paraphr. de Ani.cap.vlti.vbi agit in qua parte corporis cōſiſtat aīę principat' expreſſe d.ꝙ cor eſt maxime ſanguinoſum,& iō maxime ſenſuale. & iō oſſa,capilli,& vngues,quia exāguia ſunt,non ſentiunt. Et ſubdit ꝙ ſanguis in iecinore generať, indigeſtus atq; nō coctus ē,neq; ꝓpria appellatiōe ſanguis nūcupari debet. Amplius adducamus ī cōfirmationē noſtrę declaratiōis v̓ba Auer.in cō.ſup lib.3.de partib. Animal. in ca.de corde. vbi in digreſſione de hoc q̄ſito ſoluēs argumenta Galeni d.Et totū hoc qđ viſum ē ex anathomia ipſi Galeno non contradicit rōne dictorū Ariſto. Ex his.n.propoſitiōibus nihil aliud ſequiť niſi ꝙ illud mēbrum qđ eſt principiū venarū & in quo eſt virtus nutritiua prima, in eodē eſt ſanguis primus ſm naturā. Nā ſanguis exiſtēs in epate eſt prim' in generatiōe,& vltimus ſm naturā. Ariſt.n.non dicit cor eſſe principiū ſpecierū ſanguinis, vel oīum ſpecierū ſanguinis. ſed dicit eē prīcipiū primi ſanguinis,qui eſt vere vltimū nutrimētū, quē ſanguinē dicit exire a corde & tranſire p venas.ſ.pulſatiles ad omnia mēbra: adeo ꝙ ſanguis nō venit ad cor ex alio mēbro. Ipſe igiť nō opinatur cor mittere ſanguinē ad epar, eo mō quo ſtomach' trāſmittit ſuccū chiloſum ad epar,aliter āt epar nō iuuaret. Arbitrari tandē debemus ꝙ proportio ſanguinis generati in corde ad ſanguinē generatū ī epate eſt proportio formę ad materiā. Quid clarius dici potuit in hoc negocio? Et ꝙ iſta fuerit opinio Ariſto. clariſſime patet ex 3.de partib. Animal. in cap.de corde. & eſt cap.4.vbi formaliter ita ſcribit. Iecur aūt oīb' ſanguine ꝑditis ineſt, ſed nemo id cēſuerit eē prīcipiū vel corporis totius, vel ſanguinis: ſitū.n. nequaq̄ obtinet prīcipalē. Lienem vero ſibi habet aduerſum in ijs quę exquiſitius conſtēt. Nec vero ſanguinis cōceptaculū intra ſe cōtinet modo orbis, ſed vt reliquæ partes ſanguinē in venis incluſum habet. Ad hæc vena per iecur tendit, nec vlla ex eo prouenit. venę.n. oēs ex corde ſua initia trahūt. Itaq; cū alterū iſtorum principiū eē neceſſe ſit, iecur aūt n̄ ſit: cor ēt prīcipiū ſanguinis eſſe

eſſe neceſſe eſt. animal. n. ſenſu de
finitur: vis aūt illa ſentiendi illi tri
buitur quod primum ſanguine ꝑ-
ditum eſt. Tale aūt eſt cor, quippe
quod & origo ſanguinis ſit, & pri-
mum quod ſanguinē habet. Hæc
ſunt verba eius. Ex quibus facile
pȝ erroris cā opinantium oppoſi-
tum ſm Ariſt. ꝑp inductam aucto
ritatem in principio iſtius digreſ-
ſionis ex cap. 7. 3. de part. animal.
vbi Ariſt. d. cor & epar eſſe duo mē
bra neceſſaria oībus ſanguine prę
ditis, alterum ꝑp calorem, alterum
ꝑp concoctionem cibi: nam equi-
uocatio decipit eos. Cibus. n. apud
Ariſto. duplex eſt (vt colligitur ex
mente eius aperte in 1. de Gñatio.
animal. cap. 18.) primus & vltim⁹.
Decoctio cibi primi apud Ariſtot.
fit primo in ventre, deinde in epa-
te, ſed decoctio vltimi cibi. i. eius
gñatio fit in corde. nam ſanguis q̃
gñatur in epate (vt d. Auer. in loco
prællegato in 3. de part. aīalium)
comparatur ad ſanguinem gñatū
in corde, ſicut materia ad formā:
quia Ariſt. non opinat̃ cor eſſe prī
cipiū ſpērū ſanguinis, aut omniū
ſpērum ſanguinis, ſed veri ſangui
nis, qui eſt vltimum nutrimentū.
Verus igitur ſanguis, qui eſt verus
humor, & habet nutrire, generatur
ſubaliter in corde, & ibi recipit oīa
accidentia neceſſaria conſequētia
formam ſanguinis, quia nō eſt a-
liud agens, quod largitur formam
ſubſtantialem, & aliud qđ largitur
accidentia neceſſario conſequētia
illā, vt eſt declaratū in naturali phi
loſophia. Epar igitur apud Ariſto.
præparat cibū modo prædicto de-
coquendo & tranſmutando, ſed qđ
per talem tranſmutationem indu
citur non eſt verus ſanguis, ſed ſpe
cies aliqua. i. modus quidam ſan-
guinis, quia eſt ſanguis in potētia,
loquendo de vero ſanguine. Vnde
credo ꝙ ſicut panis & vinum ī ſto
macho ſubſtantialiter tranſmutā-
tur in chilum, ita chilus, ſubſtan-
tialiter tranſmutatur in hepate, in
qua trāſmutatione gñatur illa ſu-
perfluitas. i. pituita, & ſi quid aliud
hmōi eſt, vt teſtat̃ Ariſt. in 1. de ge
nerat. aīal. Vbi no. ꝙ flegma, vt d.
Auer. equiuoce dr̃ ſupfluitas reſpe
ctu choleræ & melancholiæ. nam
flegma eſt ſanguis diminute deco
ctus, & eſt ſuperfluitas ſanguinea,
. i. diminuta ſuperfluitas, vt ſit ſan-
guis. & iſtud generatur ī illa dige-
ſtione, quæ fit in hepate. Sed ſan-
guis ille in epate generatus non eſt
verus ſanguis, qui eſt vltimum nu
trimentum, ſed eſt neceſſarium ꝙ
tranſmittatur ad cor, & cor trāſmu
tat ipſum ad verum ſanguinem, q̃
eſt humor vere nutriens. Sed dices:
Iſtius ſanguinis, qui eſt vltimum
nutrimentum, q̃ eſt ſupfluitas ei⁹?
Ariſt. in 1. de generatio. aīal. d. eſſe
ſemen in adultis. Iſtud aūt ī his, q̃
creſcunt conuertit̃ in ſubam cor-
pis, vnde non dȝ hō mirari de tot
trāſmutationib⁹, quia nā ordina-
te procedit, & non facit ſaltum in
ſuis operationibus (vt teſtatur Ari
ſto. in 9. de natura animalium.)
Nam & medici dicunt etiam vltra
quatuor hūores dari quatuor hu-
miditates ex ſecundis: & nos vide-
mus etiam in tranſmutationi bus
factis beneficio artis, & naturæ, per
diuerſas decoctiones diuerſa fieri,
& diuerſos liquores emanare: vt
patet in ſublimationibus numera
lium & mixtorum, vt patet exerci-
tatis.

tatis. Et immorari in hoc amplius eſt ſuperfluum. Nota tamen ſecundum Ariſto. ꝙ vbiq; locorum inuenitur bilis, aut pituita, ſemper excrementum dici dꝫ: & ita ēt de felle exiſtimandum eſt. nā quædā aīalia hñt fel iuxta iecur: quędam vero hñt fel iuxta inteſtina, vt piſces. Talia autem locis differūt, tñ vbiq; ſint, ſemp excrementa ſunt iudicanda. vñ Ariſt. in 4. de parti. aīal. ca. 2. ſcribit. Abſurdum aūt ſit niſi vbicunq; pituitam aut alui ſedimen videris, excrementum id eē putes, pariq; mō de bile, felle ve cēſeas, ſed locis diſcrimen elicere velis. Et ibi nota apud Ariſt. ꝙ bilis ī qualibet parte corporis gñari pōt, & eſt excrementum. vñ lꝫ Auer. & Ariſt. dicant ꝙ burſa fellis eſt data ad attrahendam choľam in hepate gñatam: hoc eſt intelligendum in animalibus habētibus fel: quia multa animalia felle vacant, vt d. Ariſt. ibi. ſ. equus, mulus, aſinus, & id genus. & Ariſto. ibi reddit cām. Nā in aīalibus quorum iecoris cōſtitutio ſana eſt, & ſanguis qui eſt in eo dulcis eſt, talia fel non hñt, aut ſi hñt, venulis quibuſdam incluſum continent: ſed illa quæ ſanguine minus puro conſiſtunt, tūc iecur talium ſegregat hmōi ſuperfluitatem, quia excrementum eſt contrarium alimento, & amarum dulci, & ſanguis integer dulcis eſt. Auer enim in 2. Colliget cap. 1. d. ꝙ duæ choleræ ſunt potentia in ipſo ſanguine. Et ideo Ariſto. decernit iſtas eſſe ſuperfluitates, in quacunque parte corpis gñentur. Nā non negat Ariſtote. quin ſanguis poſſit in choleram conuerti, vel in melancholiam. Vnde in problematibus de proprietatibus animaliū quæſinit pp quid febres, & acuti morbi potius in æſtate q̄ in alijs tēporibus contingunt. Reſpōdet, qa putredo a calore continentis exoritur, qui calor magis æſtate dominatur. Ex hoc pꝫ error Iſach, qui voluit iſtas ſuperfluitates in corde gñari. argumento quia ſanguis generatur in corde. immo Ariſto. in 4. de part. animal. fel aſſerit hepatis eſſe excrementum, & non cordis: quia cordi nullus hmōi humor appropinquare pōt, qñ illud affectum nullum violentum pati poteſt. Cæterorum vero nullū neceſſarium animalib⁹ eſt niſi iecur. Et iō concludit Ariſt. ibi fel eſſe excrementum ſolius iecoris, & nulli⁹ alterius. nā .n. đ nobiliorib⁹ magis ſolicita eſt. & (vt dixi) in hñtib⁹ fel hoc eſt intelligendum. Vñ no. ꝙ humor ille cholericus quem attrahit chiſtis fellis, ſegregatur ab hepate, in digeſtione ſanguinis illi⁹, qui non eſt verus ſanguis, vt ſupra dixi. & humor melancholicus attrahitur a ſplene, & aquoſitas vrinalis a renibus, pituita .i. flegma ē hñs hoc priuilegium, ꝙ permixta cum cibo puro .i. cum vero ſanguine alere pōt, & laborē abſumere. & iſta eſt ſententia Ariſto. in 1. de generа. animal. cap. 18. Vide pro iſta ſententia Auer. 2. coll. cap. 8. de iuuamentis membrorum conſimilium, vbi loquitur de iuuamento choleræ & melācholię. & d. ꝙ ſunt pp neceſſitatem, quia cibus chiloſus, qui vadit a ſtomacho ad hepar, non poſſet digeri, nec eſſe ſanguis, niſi ſepararentur ab eo illæ duæ ſuperfluitates, vna groſſa terreſtris, & alia ſubtilis. & ideo natura præparauit

parauit illis propria membra, qđ non facit flegmati. & iſtæ duæ ſuperfluitates non hñt aptitudinem, vt poſſint fieri pars membri aliquo mõ, quod in flegmate bene eſſe poteſt. Idem tenet in 3. Coll. cap. 4 de gñatione febris cholericæ ſcſtariç. vbi d. ꝙ chol'a nõ hȝ partẽ ex quo poſſint membra aliquo modo nutriri. & dico hoc de naturali, quanto magis de non nãli, ſi ſic eſt de nãli. Sed dices, quare chol'a non poteſt nutrire? Rñdetur, quia hẽt diſpõnes contrarias nutrimento, quia nutrimẽtum eſt dulce, & cholera eſt amara. Sed quare melãcholia? Quia eſt frigida & ſicca, & non eſt dulcis ſicut ſanguis: & ideo vtraque cholera, ſuperfluitas apud Ariſt. iudicatur. Iſta (ni fallor) fuit ſñia & opĩo Ariſt. & Auer. & ſiqs melius ĩtelligit, melius dicat: quia non eſt obſtruſa poſteris ad philoſophandum via. Vnum ſcio ꝙ opinio illa quæ tenet in via Ariſto. hepar eſſe illud quod largitur formã ſubſtantialem ſanguinis, qui eſt vltimum nutrimentum, eſt impoſſibilis, & rõ demſatiua apud me eſt iſta. Quãdo ſunt duo agentia quorum alterũ concurrit, vt diſponẽs & alterum vt agẽs: effectus ſimpł attribuitur agenti, & non diſponẽti: quia effectus inſequitur agens, & non inſtrumentum. Iſto mõ Ariſt. inuehit contra antiquos in 2. de aĩa t. c. 41 & infra, qui attribuebant nutritionem & augmentum igni. Sed hepar, ſm Ariſt. & Auer. in præallegatis locis, concurrit vt præparans, & cor vt agens: igiť ſequitur ꝙ forma ſubſtantialis ſanguinis eſt a corde, & nõ ab hepate. Sed dices: Contra, idem eſt agens diſponens & inducens formam, vt aſſerit Commen. in 7. Meta. com. 31. contra Auic. ſi igitur hepar eſt præparans, erit etiam inducens formam ſanguinis. Soluiť, intelligiť đ vltimate præparãte. vñ dico ꝙ ſanguis gñatus in hepate eſt diminute ſanguis, & non eſt ver⁹, quia eſt diminute decoctus, ſed decoquitur vltima & perfecta decoctione ĩ corde: & ibi vere tranſmutatur in uerum ſanguinem. vnde nõ quodlȝ præparans eſt inducens formam, ſed vltimate præparãs. Nã ſtomachus etiã apud medicos præparat mãm ad gñationem humorum, & tñ ipſi non dicũt hũores gñari ĩ ſtomacho, ſed ĩ hepate. Ita dicim⁹ nos in uia Peripateticorum.

In circulis autem ille excellẽs doctor tenens illam opinionem ſuã ex mente Auer. in uia Ariſtot. iſto modo gloſabat dictum Ariſtot. in 3. de part. animal. aſſerentis hepar nõ eſſe principium ſanguinis. Nã duplex eſt ſanguis, uenalis, & arterialis, & tunc gloſabat hepar non eſſe principium ſanguinis arterialis, ſed uenalis. Secundo gloſabat, ꝙ illud dictum intelligebať in prima corporis gñatione, quia primũ quod uiuit eſt cor. & cum uita ſanguine conſtet in ſanguineis: ſequitur, ꝙ cor eſt principiũ ſanguinis tunc. Tertio d. ꝙ in aĩali completo ſanguis gñať in hepate quo ad formam ſuƀalem ſm Ariſto. & Auer. ſed uirtute cordis: in corde autẽ recipit quandam diſpoſitionem acc̃ntalem. Et dicit diſcordiam inter medicos & philoſophos cõſiſtere ĩ hoc, quia lȝ ambo conueniant in hoc ꝙ uerus ſanguis gñeť in hepate, tñ diſcordia ẽ penes hoc, qa me

dici dicunt ꝙ hepar facit hoc virtu te propria, ſed philoſophi, & Auer. dicunt hoc fieri virtute cordis. Contra iſtas tres vias, & modos arguitur nullum ex iſtis modis ſtare poſſe. Primus quidē ſtare non pōt quia Gal. ēt confitetur illud, ꝙ ſanguis arterialis gñatur in corde. ſi igitur venalis ēt ſm Ariſt. & Gale. gñatur in hepate, in quo eſt diſcordia? Vñ Auer. contra iſtam primā ſol. directe d. ꝙ in 3. de part. anim. in cap. de corde Ariſt. d. cor eſſe principium ſanguinis, ſed Gal. d. cor eſſe ſolum principium ſanguinis arterialis. Alex. ēt in ſua abbreuiatione de anima in vlti. cap. ſcribit, ꝙ ſanguis qui in iecinore redundat, indigeſtus & non coctus eſt: neq; ꝓpria appellatione ſanguis appellari d3. & ibi per longū proceſſum probat cor eſſe principium ſanguinis & ſenſus ex conſequenti: & ꝙ nihil eſt ſanguinoſius corde. Cōfirmatur auctoritate Ariſto. in lib. de Somno, & vig. vbi d. oīs aūt ſanguinis principium, ſicut dictum ē hic & in alijs, eſt cor. horum autē qui in cordis vtriſq; thalamis, cōmunis qui medius, quorum vterq; ſuſcipit ex vtraq; vena, & ex ea, q̄ vocatur magna, & q̄ adorti. in medio vero fit diſcretio. Et ſubdit, qa vero fit maxime ſanguis poſt nutrimenti oblationem indiſcretus, donec ſecernat ſanguis, ſonus fit quouſq; ſecernatur ſanguis, hoc quidem puriſſimum ſurſum: illud vero turbidū deorſum. vbi patet omnem ſanguinem, & puriſſimum, vt eſt arterialis, & turbidū & groſſum vt eſt venalis, ſm Ariſt. in corde generari. Secunda ēt ſolō minime ſtare pōt, quia tunc Ariſtot. nimis inepte locutus fuiſſet & pueriliꝰ, ꝙ iecur nō eſt principium ſanguinis in prima gñatione: quia ſi iecur in prima gñatione non eſt: non entis nullæ ſunt actiones. operatio. n. eſt operatio entis in actu, vt patet in naturali philoſophia. Imo ſermo Ariſt. eſt in animalibus hñtibꝰ iecur, ſicut ſunt ſanguinea, vbi ꝓbat ꝙ in talibꝰ alterū iſtorum duorum membrorū neceſſe eſt vt ſit principium ſanguinis. v3. vel iecur, vel cor. & ꝓbat ꝙ iecur eſſe nō pōt ꝓp tres cās, tum quia nō h3 ſitum cōuenientem, vt poſſit demādare ſanguinē ad totum corpus, quia non eſt in medio totius ſicut cor: tū ēt quia non habet concauitatem, & receptaculum ſanguinis ſicut cor: quia ſanguis qui inuenitur in hepate, inuenitur intra venas, ſicut ī reliquis membris: ſed in corde ubi ſunt tres ventriculi in animalibus magnis īuenitur extra venas, quia ibi eſt fons & origo ſanguinis. 3. rō eſt, quia hepar non eſt principium venarū q̄ deferūt ſanguinē ad totū corpus, quia ſuba hepatis eſt carnoſa: eſt. n. ſicut ſanguis coagulatus, ſed ſubſtātia cordis eſt venoſa. Mō, nā vbi dat nutrimētū, ibi etiā dat originē vaſis deferētis illd: alr nā eſſet māca in neceſſarijs. Patet aūt ꝙ rōnes iſtæ ꝓcedūt in aīalibꝰ nō ſolum in fieri, ſed in facto eſſe exñtibus. Tertia ſolō ēt ſtare non pōt, quia Auer. in 2. Colliget ca. 9. vbi loquit de inuamētis mēbrorū officialium, qñ loquitur de hepate, expreſſe d. ꝙ Gal. opinatꝰ eſt ꝙ epar ſit princeps virtutis nutritiuę: & ignorauit Gale. ꝙ vltimum nutrimentum fit in corde. Et in eodem cap. verſus finē illius digreſſionis

d. Et ſi tu vides, ꝙ cor in hoc indiget hepate. i. in ſanguinis gñatiõe: igitur hepar eſt prĩceps. Soluit, hoc non ſequi, ſicut nõ ſequitur de hepate, quod in ſua actione indiget ſtomacho, nõ ꝑpea ſequitur, vt ſtomachus ſit princeps in illa actiõe: & ſicut bubulcus, qui præparat cibum alijs bubulcis, non ſequit̃, vt ſit princeps aliorum bubulcorum. Vbi patet manifeſte ſm Auer. ĩ via Ariſt. ſanguinem formam ſubſtãtialem recipere in corde, tanquam ab agente immediato & principali: & ꝙ hepar non concurrit, niſi vt miniſter.

Sed illud qđ ẽ inquirendũ diligẽter apud viam Ariſt. eſt, in qua digõne reſecent̃ illæ ſupfluitates. v3. choľa & melancholia. nam Auer. ĩ prędictis locis lib. Coll. vr̃ dicere ꝙ in hepate, ex aduerſo aũt vr̃ eẽ ipſemet ibid. cap. 8. vbi loquitur đ flegmate. d. n ꝙ flegma alr̃ dr̃ ſupfluitas ſanguinis, & alr̃ cholera, & melãcholia. flegma. n. eſt ſupfluitas ſanguinea . i. diminuta ſuperfluitas, vt fiat ſanguis: ſed choľa & melancholia dñr ſuperfluitates, quia ex ſeparatione earũ remanet complet' ſanguis. Eſt igitur vtraq; cholera ſupfluitas ſanguĩs, quia a ſanguine ſequeſtrata in generatione eius. ſed generatio ſanguinis compleci eſt in corde, igitur ibi ſequeſtrantur & generantur. Pro hoc facit authoritas Iſaach, & ſtat ratio, quia in qualibet dıgõne aliqua ſuperfluitas generatur. Pro hoc facit auctoritas Auer. in tract. de corde, vbi vult ꝙ hepar mundificat cor, & non econtra, & tunc ſecundum iſtam viam dicere poſſumus, ꝙ in veri & completi ſanguinis gñatione duplex ſuperfluitas reſecat̃: vtilis, & eſt ſemen: & inutilis, & eſt, vtraq; choľa. Quia aũt cor nullum hr̃ õi humorẽ pati põt, iõ ordinauit natura hepar, vt mundificaret ipm cor ab iſtis ſupfluitatib', & ita tranſmittit choleram ad chiſtim fellis, & melancholiam ad ſplen. & tunc qñ Ariſt. d. fel eſſe excrementum iecoris, intelligendum eſt im mediate, ſed mediate eſt cordis. & Ariſt. ibi ſumit fel ꝓ mẽbro continente choleram. Tale. n. membrũ bñ põt eẽ vnitũ iecori, & nõ cordi, ꝑp eius excellentiam. Si aũt teneat̃ alia via, op3 dicere ꝙ in hepate generat̃ flegma, qui eſt ſanguis diminute decoctus, & ibi ſequeſtrantur duæ choleræ in hñtib' mẽbra illa, quæ ſunt receptacula earũ: poſtea ſanguis ille indigeſtus digeritur & complet̃ in corde, & ſupfluitas ei' vtilis ſemen eſt. Et iſta via vr̃ magis Ariſt. eſſe. Et illo mõ gloſa auctoritates in oppoſitum.

Cor eſt quaſi animal in animali ob ſeptum, concluſumq;. Alexander in paraphraſi libri de anima, cap. vltimo.

Cor eſt colligatum cum alijs membris principalibus: ideo quia cor ẽ omnibus his membris in potentia quamuis ſit vnum in actu. Auer. 7. Coll. cap. 2.

Cor ꝑp quid non attrahit immediate aerem per guttur, ſed mediante pulmone. vide Gale. 6. de vtili. parti. cap. 2.

Cordis caliditatẽ ſequitur caliditas oĩum membrorum, excepto ꝙ nõ ſit reſiſtentia accñtalis, ex mẽbris hñtibus dominium in toto, vt eſt hepar, & cerebrum 4. Col. ca. 2.

Corda aĩalium calidorum & humidorum

dorum ſunt maiora cæteris, ſicut animalia naſcentia in locis humidis, ſupra.

Cor oīum viſcerum ſanguinem extra venas continet: cæteræ partes ſanguinem hn̄t venis contentum 3.de part.animal.ca.4.

Cor hēt oēm modū attractionis, ſiue a vacuo, ſiue a calido, ſiue a virtute fiat. Gal. 6.de vtili.partic.cap. 1.15.de auriculis cordis.

Cordi nihil eſt familiarius ad refrigerationē ſpū: & ad nutritionem ſanguine. Gale.ibid. Inde p3 aerem maxime cōferre in regimine ſanitatis & ægritudinis.

Cor cum ſit pricipium virtutis ſenſualis & nutricis, iō ex ptib⁹ ſimilarib⁹, & diſſimilarib⁹ ꝯſtat: ſimilares ſenſui, diſſimilares motui ꝯgruūt. Alexā.in paraph.de aīa cap.vlt.

Inde collige alr̄ cor eſſe pricipiū ſenſus, alr̄ motus: quod Themiſt. non videtur intellexiſſe in 2.de anima ca.40. vbi digreditur contra Alexan. ponentem carnem eſſe organum tactus: nam ſi caro nō ſit, quid aliud afferri poteſt? Sed meminerit, inquit Themiſtius, Ariſtotelem ſenſorium tactus cordi mādaſſe: quaſi Alex. neget cor eſſe pricipium tactus. Sed animaduertat virtutes paſſiuas appropriari membris ſimilaribus, virtutes aūt actiuas membris organicis, ſeu diſſimilaribus: vt teſtat̄ Ariſt. in 1.de nat. animal.cap.4. Quia igitur ipſum cor vtriuſq; virtutis princeps eſt, & ſenſualis & motiuę, quarum altera actiua, altera in paſſione quadam conſiſtit, ideo diuerſimode iſtarū virtutum cor princeps eſt. nam ratione ſimplicium eſt princeps ſenſilis, ratione organicorum eſt princeps motus. Et nec hoc Ariſto. contradicit, qn̄ Ariſt. carnem ſenſoriū conſtituit in tactu, in loco præallegato de natura animalium. & intelligitur de carne cordis. quando autem in 2.de anima dicit, carnē eſſe medium, & non organum, loquitur de carne extrinſeca, quæ eſt in reliquo corpe: illa.n. eſt vt medium, ſed caro cordis, quæ eſt int⁹, eſt ſenſoriū. Iſta diffuſe magis inuenies in contradict. noſtris nuper editis, qđ nullus vſq; ad noſtra tpa vidit poſt Alex. vnde Alex. ibid. d. Cor rōne carnis eſſe principiū virtutis ſenſilis, rōne neruorum eſſe principium virtutis motiuæ.

Cordis membrana qua inuoluitur, dura adeo eſt & denſa, vt vix ferro incidi queat. & dr̄ pericardiū, ſiue præcordium. Alex. in paraphr. de anima.cap.vlt. No. tamen ꝙ antiqui præcordium os ſtomachi appellare etiam conſueuerunt, vt notat Gale. in 1. particula ſeparatorū ſermonum.

Corde ablato ab aīali poteſt moueri & viuere, velut teſtudo & cameleo, & pari ratione ablato capite. Alex. 5. in fine. vbi d. argumēta de principatu aīæ vtrū in corde, vl̄ in capite cōſiſtat eſſe cōia. Idē Auer. 7. Phy. com. 4.

Cordis vētriculi omnes participant ſangnine & ſpiritu, ſed non equantur: dexter. n. plus ſanguinis, ſiniſter verò plus ſpiritus particeps eſt. Sunt. n. in omnibus omnia, vt d. Hippocrates. Gale. 6. de vtilit. parti. cap. 16.

Cor habet copiam neruorum 3. de partibus animalium cap. 4. vide in contradict. nuper editis.

Cor ſine oſſe, exceptus qūibuſdā ma

gr:is

gnis animalibus,quib' datum eſt gratia filamenti 3.de partibus animalium cap.4.idem Gale.6.de vtili.parti.ca. 19. vbi approbat dictum Ariſt.

Corduba eſt ciuitas temperatior oĩbus ciuitatibus Andalugiæ,& alijs remotioribus,Et huius ciuitatis tẽperamentum oſtenditur ex virtutibus hominum eius, & bonitate intellectus, hñtq; naturalr optimos mores,præſertim virtutes,quæ paci & bonæ opinioni tribuuntur. Auer.in 4.de Gener.animal. cap.de varietate pilorum.

Cornua adhęrent potius cuti q̃ oſſi. vñ fit, vt in phrigia, & alibi boues ſint qui cornua perinde, vt auriculas moueant 3.de nat. aĩal.cap.9.

Corporeitas quæ conſtat longitudine,latitudine,& profunditate ſm aliquos notificat indiuiduũ ſubſtãtiæ quidditatem.Et ideo iſti appellauerunt dimenſiones ſubſtantias. & ſilr qui credunt eſſentiam indiuidui conſtare ex partibus indiuiſibilibus,appellant illas ſubſtãtias vt audiuimus loquẽtes noſtri æui, appellare athomum ſubſtantiam indiuiſibilẽ. & ſilr qui imaginant̃ mãm & formam eſſe principia in diuidui,exiſtimant conuenientius appellari noĩe ſubæ q̃ ip̄m indiuiduum.Conueniunt aũt oẽs hoc iudicio,quia id quod notificat quidditatem huius indiuidui,d3 magis appellari ſubſtantia, quia propter quod vnumquodq; tale & illđ magis.Et iõ nemo ipſorum poſuit accñs inquantum accñs eſſe partem ſubæ,ſed inquantũ ip̄m exiſtimat̃ notificare eſſentiã indiuidui ſubſtantiæ: vt qui poſuit dimenſiones eſſe ſubſtãtias. Auer.in paraphraſi Meta.tract.1.cap.de ſubſtãtia. De ipſa opĩone ponentium dimenſiones eſſe ſubſtantias meminit Cõ. in 4.Cœ.com. 40.

Corpora cœleſtia non hñt mãm oĩno,quia eſſent gñabilia, & corruptibilia 1.Ph.c.79.63.1. cœ.t. cõ. 20.8.Meta.t.c.12.& 12.Met.t.cõ. 10.& in lib.de ſubſt.or.

Corpus cœleſte caret potentia ad aliquam diſpoſitionem, niſi ĩ vbi 1. phy.com.63.1.cœ.cõ.20.8.meta. com.12.12.meta.tex. cõ.10.& 2. cap de ſubſt.orb.

Corpora cœleſtia nõ mouent̃ab illis,q̃ mouent 3.phy.com. 16.& 1. de Gñat.tex.com.43.

Corpus cœleſte eſt ſenſibile viſu, & non eſt tangibile omnino 3. phy. commen.48.

Corpora cœleſtia non continentur a tpe:tamen habent coexiſtẽtiam cum tempore:coexiſtentia quantitatis cum quantitate 4.Phy.commen.117.

Corpora cœleſtia ſm ꝙ motus illorum eſt voluntarius poſſũt moueri velocius.authoritate Alexan. Licet Auer.dicat de hoc eſſe conſiderandum 6.phyſi.commen.15.

Quod ideo dixit meo iudicio,qa ſi ĩtelligatur de aliqua potẽtia reali,& phyloſophica, illđ veritatẽ habere nõ põt: quia in ęternis nõ differt eẽ a poſſe,vt dĩ ĩ 3.ph. poſe.n. tale in æternis eſt neceſſarium 2. Cœ.com.32. Nam ſi iſta potentia nunq̃ reducitur ad actum,eſſet igitur fruſtra in nã : Deus autẽ & nã nihil fruſtra faciunt 1. Cœ.32.ſic arguit in ſimili Commen.1. Cœli com.20. Si vero potentia illa ſit logica, quæ non ponit aliquid in re, ſed dicit ſolum non repugnãtiam ter-

terminorum, inquantum non repugnãt, ſic illud dictũ ſaluari pōt.

Corpus cœleſte pōt quieſcere inquã tum corpus, nõ aũt inquãtum eſt tale corpus, q̃d.v3. non eſt neque graue, neq; leue 7.ph.com.2.

Ex illo loco elicitur ꝙ aliqđ prædicatum pōt alicui nõ repugnare rõne gñis, qđ tñ ſm rationẽ ſpecialem ipſi repugnat. Conſimile elicitur de velocitate motus in ĩfinitũ ĩquãtũ mot⁹. ex 6.ph.c.15. & de regulrita. & irregulrita. ex 5.ph.c.45. & de gñatione terræ 2.Cœ.c.104

Corporis cœleſtis ꝓpinquitas ad q̃dam qñq;, & remotio ei⁹ a quibuſdam qñq; eſt cã tertiæ diuiſionis. v3. vt quædam moueantur qñq;, & quędã quieſcãt qñq; 8.ph.c.21.

Corporis cœleſtis motus ſimplr eſt naturalis. v3. tam ex parte animæ q̃ ex parte corporis, cum nullũ ſit ibi principium contrarium 8.phy. commen.27.

Corpora cœleſtia ſunt materiæ ſimplices, & formæ eorum ſunt formę abſtractæ a materia 8.Phy.cõ.78.

Contra illos qui aſſerunt in via Auer. orbem eſcluſa intelligentia eſſe ſubſtãtiã quandã, quæ eſt forma ſimplex: immo dr̃ mã ſimplex aut materia in actu, & rectius adhuc dr̃ ſubiectũ in via ei⁹, vt p3 ex 8.met.com.12. & 2.ca.lib.de ſub. orbis. & 9.metaph.com.17. Cõtra Grego. Ariminen. & Burlæum.

Corpus cœleſte caret materia, & forma eius non habet ſubſiſtere per ipſum 8.phy.com 79.1.ph 63.8. meta.4. & 12.1.Cœ.tex.com.20. 12.met.t.com.10. & in lib. de ſubſtan.or. fere per totum.

Corpus cœleſte ſm Ariſto. non pōt ex ſe ſm ſuam naturam recipere trãſmutationem. Et cauſa eſt, quia non eſt compoſitum ex materia, & forma, & eſt neceſſãriũ ex ſe nõ ex alio. vt Auic. dixit: verũ tñ neceſſitas eſt in ipſo mõ recipiẽdi, ĩ motore vero mõ agẽdi 8.ph.com.83. vide in concordantijs.

Corpus cœleſte eſt ingenerabile, & incorruptibile, & ſm partes, & ſecundum totum: alia vero corpora gñabilia & corruptibilia ſunt, aut ſm partes, aut ſm totum 1. Cœli, com.13. idem 2.Cœ.t.c.3.

Corpora cœleſtia ita ſunt ordinata in nobilitate ſicut ſunt ordinata ĩ ſitu, ſeu loco 1.Cœ.t.com.15. idẽ 12.Met.com.44. Ex opõne Ariſt. contra Ptolomęum & aſtrologos.

Corpus cœleſte nulli eſt elementũ, ſicut ex nullo eſt elemento 1. cœ. commen.57. vide in concordãtijs.

Corporis cœleſtis eſſe, neceſſãrio requirit eſſe corporis quieſcentis circa quod reuoluitur 1.cœ.97. idẽ 8. phy.com.84.

Corpus cœleſte ita ſe habet, ꝙ forma & formatũ in eo ſunt idem numero, ſed ſecundum diſpoſitionẽ magis diminutam, quàm ſit adunatio recipientis, & recepti in forma abſtracta 2.Cœ.com.3.

Aduerte tamen ꝙ Petrus Pompona. legit aliter locum iſtum: dicit enim, in forma nõ abſtracta, quia vult ꝙ fiat minus vnum ex intelligentia & orbe, q̃ ex materia & forma. Qui ab ipſa tandem veritate coactus in ſenio mutauit ſententiam. Tenet enim ipſam non dare eſſe formaliter orbi. Sed nos literam iſtam affirmatiue inuenimus in multis antiquis codicib⁹, & quo modo ſaluetur vide in tractatu noſtro de intelligentijs, quæſtione pro- Lapſus Pe. Pompo.

propria de hoc, vtrum ex intelligẽ
tia & orbe fiat verius vnũ q̃ ex ma
teria & forma.

Corporis cęleſtis forma non cohe-
ret ſuæ materiæ mediantibus dimẽ
ſionibus, ſicut formæ materiales 2.
cęli cõ. 3. idẽ in 1. cap. de ſuƀa orb.

Corpora cęleſtia ſunt intelligẽtia &
aĩata ſm vniuerſum 2. cœ. cõ. 3. idẽ
8. met. cõ. 12. & 12. met. cõm. 36. &
cap. 1. & 2. libri de ſubſtan. orbis.

Corporis cęleſtis motus non eſt ab
aĩa cogente manere ſempiternum
2. cę. tex. cõ. 6. Iſte locus fuit cau-
Aduerſus Ioan.Grã. ſa erroris Ioan. Gram. qui videns
Ariſt. cõtradicere antiquis in hoc,
tenuit Ariſt. tenuiſſe cęlũ non eſſe
animatũ. vt recitat Simpli. in 1. cę.
Sed nõ animaduertit ꝙ antiqui po
nebant cęlum habere contrariũ, &
de ſe eſſe corruptibile, ſed aĩa erat
cauſa ſuę permanentiæ. Et ad hũc
ſenſum Ariſto. negat cęlum eſſe ab
aĩa cogente ipm manere ſempiter-
num. Et hoc etiã hr̃ ex textu, quia
tũc illa anima nõ eſſet beata, quia
eſſet cum labore & triſtitia. vñ Cõ
menta in cõmen. 6. inquit. Et hæc
contradictio intrat eos qui ponunt
hoc corpus habere contrarium mo
tui animę. Sed ꝙ Ariſto. tenuerit
corpora cæleſtia animata aĩa intel-
lectuali, quę nõ mouet cum labore
& pena, demonſtratum eſt 8. phy.
& 2. cęli eſt authoritas expreſſa phi
loſophi in tex. cõ. 60.

Corpora cęleſtia oĩa habent figurã
ſphericam eſſentialiter, & elemẽta
accñtaliter 2. cę. cõ. 22. & 26. & 3.
cęli cõmen. 67.

Corp⁹ cęleſte ſupremũ eſt maxime
perfectũ in rotũditate & alia diffe-
rũt ad inuicẽ ĩ participãdo illã, ſm
ꝙ sũt magis illi ꝓpĩqua 2. cę. c, 32.

Corpora cęleſtia nõ hñt loca diuer-
ſa, ſed vnũ locũ numero circa quẽ
reuoluunt̃ oĩa, & ẽ mediũ mundi.
Elñta vero hñt loca diuerſa. vide
cõm in 2. cęli cõ. 35.

Corpora cęleſtia nõ hñt phãtaſiã, vt
putauit Auic. quia haberent inſtru
mẽtũ ſenſus, & tũc ſenſus eis eẽt da
tus ad ſalutẽ: & ſi propter ſalutẽ: tũc
eis poſſent accidere occaſiones, ſeu
impedimenta 2. cęli cõm. 37. vide
idem 12. met. cõ. 36. & 1. & 3. cap.
de ſubſtantia orbis. & 3. de anima
cõ. 60. & 61. idem tenet luciđiſſi-
mus. Themiſt in 2. de aĩa in expoſi
tione tex. 15. vide verba eius.

Corpus cęleſte non eſt ſenſibile, ſed
rõne cõprehenditur. 2. cęli cõ. 41.

Et animaduerte ꝓ complemẽto
eorum quæ ſcripſi in contradictio
nib⁹ in pñti loco dũ eſſem iunior,
ꝙ intentio Cõmenta. eſt ꝙ cęlum
nullo ſenſu sẽtitur, niſi ſenſu viſ⁹:
ſed viſus per ſe terminatur ad ſtel-
las, quæ ſunt partes eius. vnde pro-
prie loquendo ſtellæ ſunt per ſe sẽ
ſibiles ſenſu viſus, ſed eſſe totius cę-
li non eſt ſenſibile, ſed rõne cõpre-
henditur. nã cũ ſtellæ ſint partes cę
li, & videmus ꝙ mouentur motu
circulari, & cum non poſſint per ſe
moueri, rõ demõſtrat ꝙ ſunt ĩ cor-
pore quod circulariter mouetur:
quod nõ eſt neq; graue neq; leue.
Et iſta eſt reſoluta intentio eius; &
ſic volo dicta mea deberi ſuppleri.
vnde Cõmen. 2. cęli. cõm. 43 ſuper
verbis Ariſt. ibi dum dicit Qm̃ au
tem videntur & aſtra tranſlata, &
totũ cęlum: inquit, & debes intelli
gere per hoc quod dicit, videntur,
in ſtellis ꝑ ſenſum, & in cęlo ꝑ exi-
ſtimationẽ. & forte dicit hoc, in cę
lo, ꝑꝑ hoc qđ apparet in Aſtrol. &c.

Corpus cęleſte hẽt eſſe mediũ inter purum actũ, & res quæ partim ſũt in potentia & partim in actu. aſſimilatur.n. rebus exñtibus in actu pp ſempiternitatem quã habet per ſe: & quia nullam habet põam ad corruptionem, ſed aſſimilatur reb⁹ quæ partim ſunt in actu, & partim in potentia pp varietatem ſituum quæ ſibi accidit, & tandem ratione mot⁹ localis. Et animaduerte quo mõ nã diuina colligauit illa duo eſſe, ſcilicet æternũ cum corruptibili, ponẽdo inter actum purum & puram potentiam huiuſmodi potentiam quæ eſt in loco. ex 3. tractatu met. vide idẽ ĩ 8. phy. cõ. 15.

Corpora cęleſtia licet ſint neutra, tñ inq̃tum ſunt corpora hñt conuenientiam in diaphanitate, illuminatione, obſcuritate 2. cęli cõ. 42. idẽ in 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Corpora cęleſtia in veritate non generant frigiditates, ſed calores ſimiles vnicuiq; eľntorum 2. cęli. 42.

Corpora cęleſtia ſunt eiuſdem ſpẽi, non aũt ſunt eadẽ gñe, & ſpẽ dña, vt putauit Auic 2. cęli. cõ. 49. quia tunc eſſent cõpoſita ex mã & foř a.

Vide cauſã iſtius deductionis ex 10. met. tex. cõ. 12. Nota tñ (vt glo ſat Cõmet. cõ. 49. ſecundi de cęlo) ꝙ hmõi conuenientia ſm ſpẽm in corporibus cęleſtibus non eſt ſm vniuocationem, ſed ſecũdum pri⁹ & poſterius.

Corpora cęleſtia non ſunt corpora tñ, imo ſunt participantia actione & vita 2. cęli tex. cõ. 61. Et eſt locus diuulgatus & notabilis, vt notãt græci expoſitores, & Cõmẽ. ꝙ cęlum ſit animatum. Et aduerte ꝙ Cõmen. in cõmen. 61. ibi adducit tres demonſtrationes ad hanc concluſionem. duę ſunt a poſteriori, & tertia eſt demonſtratio ſimpliciter, confecta ex propoſitionibus acceptis ex ſciẽtia naturali & diuina. Et bene conſidera circa hoc quomodo vna demonſtratio põt confici ex propoſitionibus duarum ſciẽtiaꝝ non ſubalternatim ſe hẽntiũ.

Corpora cęleſtia in quibus ſunt pauciores actiones & motus, ſunt nobiliora illis in quibus ſunt plẽs. Secus eſt in gñabilibus, quia quęcũq; hñt plures actiones nobiliora ſunt, & ideo nobiliſſimum eſt hõ, & viliſſimum eľnta 2. cœli cõ. 63.

Corporũ cęleſtium quædam acquirunt nobilitatem vno motu ſimplici, & quædam vno motu cõpoſito 2. cęli. cõ 64. vide. in cõcordãt.

Corpora cęleſtia hñt potentias finitas in qualitate, infinitas in tempore 2. cę cõ 71 idem in 3. cap. de ſubſtantia orbis, & 8. phy. cõ. 79. & in paraphraſi primi de cęlo in fine, idẽ 12. meta. cõ. 41. & 2. cęli cõmẽ. 63. & 38. & 39.

Corpora cęleſtia manifeſte videntur intelligere & moueri, ſed non nutriri, neq; ſentire 2. de Aĩa. cõ. 15. idem 2. cę. cõ. 61. & 37 & 3. de Aĩa 61. & 1. cęli 21. & 12. meta. cõ. 36. & 1. & 3. cap. de ſubſtantia orbis. contra Auicennam.

Corpora cęleſtia de virtutibus animæ non habent niſi concupiſcentiam & intellectum 2. de aĩa cõ. 32. & 12. meta. co 36. & 1. cęli. cõ. 90. & 2. cęli 38. & 61.

Corporum cęleſtium virtutes conſeruant eſſe ſm omnes diſpoſitiones & omnes partes eodem modo. 2. de aĩa. cõ 48. idem 1. cęli 22. & 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Corpora cęleſtia ita ſe hñt, ꝙ vnuſquiſq;

quiſq; orbiũ ſtellarũ erraticarum vr̃ moueri per appetitũ orbis ſtellarum fixarum motu diurno, licet cum ſuo appetitu proprio moueãtur motu proprio 3.de Aĩa.cõ.57. idem 2.cęli cõ.58.& 12. meta. 37. & 44. Et ſic ĩtelligere potes,an motus planetarũ a primo orbe, ſit motus raptus, aut ſit motus deſiderij contra mathematicos.

Corpora cęleſtia non hñt, ſenſum quia non eſſet neq; propter melius animæ,neq; pp melius corporis 3. de aĩa.tex.cõ.6.contra Auic.

Corpora cęleſtia quia non nutriuntur,neq; fatigantur,iõ nõ indigent ſomno. ex libro de ſomno & vig.

Corpora cęleſtia ſm Ariſt.non calefaciunt quia ſint calida, ſed ſm velocitatem motus 2.cap. de ſubſtantia orbis.& 2.cęli 42.& 1.metheor.

Corpus cęleſte eſt indiuiduũ demõſtratũ,& ens demõſtratũ in actu 2. cap.de ſuƀa orbis & 2.cęli cõ.3.

Corpus cęleſte eſt mã aĩalium cęleſtiũ,quę mouent̃ circulariter ex ſe: & eſt perfectius cæteris modis materiæ: non n eſt in eo de potentiis niſi potentia in loco tm̃. 2. cap. de ſubſtantia orbis,& cap. vltimo. & 1.phy.cõ.63.

Corporis cęleſtis,& præcipue corporis vltimi forma quodãmodo eſt, aĩa,& quodãmodo intellẽus 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Corpus cęleſte non indiget in ſuo eſſe forma, ſicut eſt diſpoſitio corporum animaliũ quæ ſunt hic 2.cap. de ſubſtantia orbis.

Corpus cęleſte non indiget anima ſenſibili, neq; imaginatiua,ſed ſolum indiget virtute mouente ipm in loco ſemper, & virtute quæ non ſit corpus, neq; virtus in corpore, ad largiendum ſibi permanẽtiam æternam & motum æternũ. ibidẽ.

Corpori cęleſti non datur ſubiectũ niſi propter motum localem tm̃. corporibus autem generabilib⁹ & corruptibilibus datur materia pp generationem & corruptionẽ. forma autẽ datur eis pp actionem 3. cap.de ſubſtantia orbis.

Corpora cęleſtia ſunt corpora abſoluta a materia.vlt. cap.de ſuƀa or.

Corpus cęleſte eſt vnum p continuationem,& formã totalẽ,& per motum vnum continuũ 5.met.cõ.11. Vide pro hoc 2.cęli cõ. 42. & 12. meta.44.& in 2.cap.de ſuƀa orbis. & in lib.deſtruc.diſpu.tertia in ſolutione.18.dubij.

Corporibus cęleſtibus attributę qualitates quæ poſſunt eſſe & non eẽ, vt illuminatio lunæ & obſcuritas, ſunt aliæ a qualitatibus quibus attribuitur alteratio.9.met.cõm.17. Intelligas de alteratione paſſiua. vide pro hoc 1.cęli cõ.21.& 2.cap. de ſubſtantia orbis.

Criſis dies a principio ægritudinis enumerantur: & eſt qñ manifeſte leſio in operationibus apparet: excepto in pariente, quia ab ipſo partu incipere debemus, quāuis ægritudo poſt partum per. 30. dies ſenſibilr̃ extitiſſet. 4. Coll. ca. 40.

Criſium laudabiliū, & illaudabiliū cauſas, require in. 3. Coll. ca. 9.

Criſis bona quinq; cauſis iudicatur vna vt fiat in ſtatu ægritudinis, itē poſt bonam digeſtionem: & vt humor qui euacuat̃ ſit ſimilis humori ægritudinem facienti: & vt fiat ī die laudabili, & vt ſit bonis iudicāte diebus. 4. Colli. ca. 41.

Crocum eſſe calidum in. 2. & vinū, equiuoce dñr. 5. Coll. ca 3. vbi vr̃ dicitur de cibo & medicina, dum dicuntur eſſe talia in caliditate, frigiditate, humiditate, & ſiccitate, iſta equiuoce dñr, & vide ibi cām.

Crocodillus fluuiatilis lingua caret, & ex ouiparis ſolus maxillam ſuperiorem mouet. Et vide cām in. 4. de parti. animal. ca. 10.

Crocodillus fluuiatilis ouū nō maius quam anſeris parit, minimaq; hac origine maximū aīal euadit. Creſcit. n. ad quindecim cubita. Sunt qui eum tandiu augeri: quādiu viuat confirmant. Ariſt. in. 5. de natura animal. ca. 33.

Crurium natura, & penis, neruoſa ē. 1. de genera. animal. ca. 5.

Cruribus carentia animalia, carent etiam pene. ſupra. ca. 5. & 6.

Cvbo poſito in aqua, tantum diſtabit aqua, quantus eſt cubus. 4. phyſi. tex. cōm. 76.

Cuculi prudentia in procreanda ꝓle requiratur. 9. de natura aīal. ca. 29. Vbi dr̃, ſatis prudenter ſe gerere: cum. n. ſe ignauū, minimeq; opitulari potētē nouerit, facit quaſi ſuppoſititios ſuos pullos, quo ſeruari poſſint.

Cuius cauſa, potiſſimum eſt: & finis aliorum voluit eſſe. 2. phyſic. tex. commen. 31.

Cum fuerit aliqđ cōpoſitū ex duobus, neceſſe eſt vt diffinitio illi' cōpoſiti ſit compoſita ex diffinitionibus illorum duorum. 3. phyſi. c. 43 & 2. de anima. cō. 158.

Cum fuerint duo conſequētia ſe cōplete, & poſuerimus aliqđ eē præcedens, aut diſponi, vt diſponeret̃ ꝑcedēs, neceſſario ſequet̃ cōſequēs licet ſit impoſſe illud diſponi ꝑ præcedens: vt ſi quis poneret lapidem volare, neceſſario ſequeret̃ lapidē habere alas. Cō. 4. phy. cō. 93. & 7. phy. cō 2. & 8. phyſi. com. 78.

Cum fuerint duo quorum alterum eſt cā alterius, & habuerint idem nomen, & vnū habet illud nomen ꝓp aliud, illud aliud eſt digni' illo noīe. 8. met. c. 7. Et hr̃ ab Ariſt.

2.meta.t.c.4.vnũquodq; eſt maxime tale pp quod aliis ineſt vniuocatio. Et in.1.Poſter. pp qđ vnunquodq; tale,& illud magis. idẽ hr̃. 8.phy.cõ.77.&.7.meta.com.7.

Cutis videtur eſſe pp defendere, & abſcondere,& ſtat foris ſicut coop turæ.2.Coll.ca.8.in fine.

Cutis ẽ illud quod fit a natura poſt carnis generationẽ, & cutis eſt ſiccior carne.5.Colli.ca.11.de medicinis cicatrizantibus.

De litera D.

De fabuloſe ſophiſticantibus non eſt dignũ cũ ſtudio intendere.3. meta.tex.com.15.

De Deo omnium qõnum nobiliſſima & ab omnibus naturaliter deſiderata.ſ.ſcire quid ĩtelligit.12. meta.tex.com.51.

De Dei ſcientia formatę propoſitiones,& de ſcientia humana ſine dubio dicuntur equiuoce. Ex diſput. 10.in ſolu 3.dub.

De apparentibus dicentibus accidit non conſentanea dicere, pp nõ bñ ſumere principia.3.cœl.t.c.61.

Decem p̃dicamenta ſunt diuerſa ad inuicem.5.met.t.c.33.

Deceptio non accidit in ſubſtantiis ſimplicibus ex ſuis naturis:& ſi ſr ẽ in ſubſtantiis cõpoſitis, cũ quibus non admiſcetur potẽtia,& ſunt in actu.ſed deceptio in hoc eſt ex nobis.9.met.cõ.22. Et elicitur ex tex. Sed conſidera quia verba Cõmẽ. vñr implicare.v3.ꝙ ſint ſubæ cõpoſitæ,cum quibus nõ ſit admixta potentia.vide in concor.

Declaratio propria,eſt magis manifeſta quã vniuerſalis.8.phy.cõ.65. Vide in concordan.

Declaratio circularis,licet per ſe nõ det fidem ſimpliciter,dat tamen aliquam fidem.auctoritate Alex.1. de genera.com.50.

Deinde præpoſitio,& poſt, quandoque dicunt ordinem temporis, & quãdoq; ordinem naturæ, ſeu cauſæ. Colligitur ex mente Cõmẽ. 4. cęli.com.25. vbi philoſophus dicit ꝙ aqua cõuertitur in aerem,& deinde mouetur ſuperius. Vbi notat ꝙ ly deinde,non intelligitur ſm tẽpus,& ſm cauſam & cauſatum. Cõſimile.d.in.1.ca.de ſubſtan.orbis. ꝙ prius vnitur orbi intelligẽtia, & poſtea accidẽtia terminata. vbi notat ꝙ ly poſt,intelligitur ſm eſſe,& non ſecundum tempus.

Delectamur per rememorationem, qnando imaginati fuerimus illud rememoratum, quaſi iã exiſteret ĩ actu. Et ſimiliter eſt de ſperato, Omnia igitur pẽdent a ſenſu.7.phy. tex.comm.19.

Delectabile præſens, vr̃ ſimpliciter delectabile,& bonum ſimpliciter, propterea ꝙ non videtur quid futurum.3.de anima.t.c.53.

Delectatio ſm ꝙ delectatio, non eſt cã permanentiæ alicuius rei.3.meta.tex.comm.15.

Delectationis cauſa eſt comprehenſio.12.meta.t.c.39.

Delectatio quæ eſt in nobis eſt paruo tempore.delectatio vero quæ ẽ in corpore cęleſti eſt ſempiterna. 12.met.t.com.39.

Delectatio quæ eſt in intellectu Dei non eſt paſſio,neq; habet oppoſitã ipſam triſtitiam, quia iſta cõprehenſio nõ opponitur ignorãtię.ſ.

Delectatio,ita conſequitur comprehenſionem,ſicut vmbra conſequitur corpus.ſupra.

Delecta-

Delectatio quæ eſt contraria dolori eſt comprehenſio obiecti tempera ti.3.Colli.ca.31.

Delphinus eſt animal partim com municans cũ aquatilibus, partim cum terreſtribus. Ex.4.de partib. animalium.ca.11.prope finem.

Et ibi vide quõ reſpiret.vide etiã Auer.ibidem.in ca.de piſcibus, & 6.de natura animal.ca.15.&. 8. de natura animal.ca.2.

Delphinus dormire viſus eſt, & roſtro emerſo ſtertere. Viuitq; viginti & etiam triginta annis,& in ortu canis ſideris tricenis diebus latitat. Et adultos fetus diu comitať. Magna.n.eſt in hac aĩali erga gnatos charitas.6.de part.aĩal.ca.13.

Delphini celeritas,atq; edendi facultas mira eſſe videtur. 8. de natura animalium.ca.2.

Delphinus oĩum velociſſimum aĩalium eſſe creditur, tum aquatiliũ, tum terreſtrium.9. de natura aĩal. ca.47.Et ibi vide de miſericordia delphinorum erga defunctos.

Democritus dixit impoſſibile eſſe omnia eſſe generata, quia tempus non poteſt generari.8.phyſic.tex. commen.10.

Democritus non diſtinxit inter mẽtem & animã, prohinc ſenſus veri nuntios eſſe aſſerebat,& omnia q̃ ſenſibus viderentur vera eſſe defendebat.1.de anima.tex.com. 24. & Themiſt.ibidem.

Democritus ait,aut nihil eſſe verũ, aut nobis non eſſe manifeſtum.4. met.tex.com.21.

Democritus opinabatur cauſam ſterilitatis mulorum eſſe,quia meatꝰ mulorum in vteris ſunt corrupti. Cuius impugnationem. vide in.2. de genera.animal.ca.6.

Democritus poſuit tres dñias in partibus indiuiſibilibus,figuram, poſitionem,& ordinem.1.phy.t.c.41. &.8. meta.t.com.5.

Democritus ex antiquis fuit de propinquis ad inſpiciendã nãm materiæ.Com.12.met.c.9.& hř in tex.

Democritus opinabať primũ exteriora aĩalis mẽbra diſcerni, poſtea vero quę ſunt intus.& malę. Ariſt. in.2.de genera.animal.ca.4.

Democritus opinabaťaĩal in vtero manere vt mẽbra eius formentur ſm membra parẽtis,ſed fallitur, & vide quare.2.de gene.aĩal.ca.4.

Democritus abderitanus opinabať nullius ſempiterni, principiũ aut cauſam eſſe quærendã,& male,accideret.n.eorũ quæ ſem p fiũt, aut ſunt,nullam eſſe poſſe demonſtrationẽ:quod totũ falſum eſt.Triangulꝰ.n.ſemp hẽt tres angulos ęquales duobus rectis. Ariſt.in.2. de genera.anima.ca.4.idem.8.phy.tex. com.7.contra eundem.

Democritus opinabatur a corporibus decidi ſimulachra & imagines quaſdam, quæ dormiẽtiũ animos pulſant. Peripatetici vero motiões quaſdam,non ſimulachra,aut deciſiones a corporibus decidi volunt. Vide lib.de diuinatione, & Themiſtium ibi ca.7.

Democriti opinio fuit ꝙ cauſa maris & fœminæ ſit quia ſemen maris & fœminæ ex omnibus membris corporis fluit, & quando ſemẽ maris vice.i.,tũc primo venitꝰmás, quando vero fœminæ, tunc primo venit fœmina.4.de generatio. animalium.cap.1. vbi ponitur impugnatio eiuſdem.

Democritus non bene diſſeruit de dentium generatione.5.de gñone

animalium.ca.vlti.

Democritus vnam eſſe animæ poteſtatem aſſeuerabat, duntaxat: quã immutationes functionesq; ſecus ad alia & per alia diſiunctæ, plures eſſe videri faciat. Et fuit plurimũ aliorum opinio Philoſophorum. Alex. in paraph. de anima. ca. 8. vbi agit quot & quæ ſint partes animę. Et ibi vide impugnationẽ pulchre ab Alexã. Et nota ꝙ iſtius opinionis fuit etiam Gal. in lib. de ſequela potentiarum animæ ad corporis complexionem.

Demonſtrationis cauſæ & eſſe, procedunt ex notioribus naturæ & nobis. 1. phy. com. 2. idem in. 2. cœli. cõ. 55. &. 1. poſter. Eſt tamen in hoc altercatio pp Them. auctoritatem, qui in. 1. poſter. ca. 4. in expoſitione diffinitionis demonſtrationis ſimpliciter (nam demonſtratio ſimpliciter, & demonſtratio dans cauſam & eſſe, ſeu demõſtratio potiſſima, ſunt nomina ſynonima apud Peripateticos, & eſt vt dixi ſæpe, quando per demonſtrationem ſimul & ſemel, vtraq; qõ compoſita abſoluitur, & quia eſt, & ꝓpter quid eſt.) Dicit igitur Them. ꝙ demonſtratio talis, vt etiam teſtatur Ariſt. in tex. procedit ex notiorib⁹ quantum ad naturam, & non quo ad nos, & huius rõnem reddit dicens. Non. n. demonſtratio ad mẽſurã ſe ĩgenij noſtri ſubmittit, ſed rectam tenet ad veritatem viam. Nec quid ipſi poſſimus attẽdit, ſed in ſolam rei naturam i ncumbit, illam veſtigat, illam explorat, etiam ſi nobis ignota inconſpectaq; ſit. Vide igitur in contradictionibus.

Videat inſuper diligens lector differentiam inter demõſtrationem eſſe, & cauſæ. Auer. in. 5. Collig. ca. 24. pulchre & copioſe.

Demõſtratio facta ĩ. 7. fuit iterata ĩ 8. q̃a q̃d maxime facit dubitare, vtrũ oẽ motũ hẽat motorẽ, sũt corpora ſimplicia. & iõ oportuit cõſiderare ſermõe ꝓprio, & voluit iterare a prin. iſtã qõnẽ: q̃a oẽ q̃d fuit declaratũ de eo, fuit deciſum in locis diuerſis, & mõ vult cõgregarĩ illud, & cõplere pſcrutationẽ de eo. Cõ. ĩ. 8. phy. c. 28. vide ẽt ibidẽ. cõ. 27. &. 33. Demõſtratio ẽt illa ſeptimi ẽ ĩpfecta, q̃a nõ fuit ibi declaratũ, vtrũ motũ ex ſe cõponatur ex motore q̃ nõ mouet, aut nõ. & iõ neceſſe fuit eẽ iterare in. 8. vt pficeret, vt. d. Cõ 8. phy. c. 45. Vide etiã 4. cœli & mundi. com. 25.

Demõſtratiões differẽtes, quarũ alteri atteſtat̃ ſenſus & alteri nõ atteſtat̃: vel q̃a nõ ẽ ĩnata ſentiri: vl̃ q̃a nõ eſt poſſis vt ſentiat̃. Fides primę d̃mõſtratiõis ẽ pfectior 1. cęli. cõ. 22. vide ẽt. 8. phy. c. 22. & 3. de anima. c. 7. Vide in concordantiis.

Demõſtratio logica ẽ q̃ ꝓcedit ex ꝓpõnib. veris & vl̃ib⁹, nõ ꝓpriis. 1. cœli. c. 70. &. 8. phy. 70. &. 4. phyſi. 87. vide diſtincte. Commen. in paraphraſi primi de cœlo. in ſumma. 7. prope finem.

Demonſtrationes ducentes ad impoſſibile ſunt generis ſignorum. 1. cœli. commen. 95.

Demonſtratione, plura conuincimus quæ cogitatione, aut imaginatione capere non poſſumus, vt ꝙ extra cęlum nõ ſit vacuum, aut tempus. Auer. in. 1. cœl. in paraph. ſumma. 9.

Demonſtrationes ſunt in q̃bus itur ex notiori, ad latẽtius. Si igit̃ noti⁹ fuerit poſterius demonſtrationes erunt

erunt quia:& ſi notius fuerit prius, erit demonſtratio abſoluta, q̄ dat cām & eſſe,& ſi latentius fuerit cauſa rei q̄ ſuum eſſe: erit demonſtratio pp quid tm̄ 2.cœli.cōmen. 35.

Vbi aduerte ꝙ lr̄a quæ cōiter inuenitur, eſt corrupta, & ſic dēt ſtare ſicut nos caſtigauimus. Et ſcias ꝙ nullibi Auer. ita clare & diſtincte loquutus eſt in philoſophia de hoc triplici gn̄e demſtrōnis, quod via doctrinæ nuncupatur ab ipſo, in ꝓlogo primi phy. ſicut hic. Scias igitur demſtrōnem ſigni, ſeu quia fieri qn̄ procedimus ab effectu qui eſt notior apud nos, q̄ ſit ſua cauſa. Et ad hoc genus reducuntur etiam (licet Auer. de hoc non meminerit in pręſenti loco) demonſtrationes quæ fiunt a ſigno ſupra effectum. vt qn̄ demonſtrať eclipſis lunę, ex priuatione vmbræ. Reducuntur ēt demonſtrationes quæ fiunt per cām remotā. vt. d. Ariſt. in 1. poſteriorꝝ. dū ponit dr̄iam inter demonſtrationes quia, & pp quid. Demōſtrationes ēt ducentes ad impoſſe, ſicut ſcribit Cōmē. in 1. cœli & mūdi. cōmč. 95. ſunt gn̄is ſignoꝝ. Demōſtrationes ēt datæ p cām efficiē tem, ſūt de numero ſignorum ſm viam Auer. 1. poſte. in cō. magno. cō. 34. Qn̄ vero eſſe effectus, & pp quid eiuſdem latuerit, ita ꝙ effect' ſeu paſſio demonſtranda (quæ ſūt natura poſteriora ſubiecto & ſua cauſa) ſunt ignota, tam quo ad quęſtioně quia eſt, q̄ quo ad quæſtionem propter quid, & cauſa fuerit notior, tunc per illam cauſam notiorem ſimul & ſemel demonſtratur vtraq; quæſtio de effectu. videlicet, & quo ad quia eſt, quę quærit de inherentia ſimplici eius in ſubiecto, & quo ad propter quid eſt, quę eſt quæſtio de cauſa illius inherentiæ. Et iſta eſt demſtrō abſoluta, ſeu demonſtratio ſimpl̄r, ſeu demonſtratio dans cauſam & eſſe, & a modernioribus dicitur demr̄atio potiſſima. Et iſta eſt quæ principaliter intenditur in lib. poſt. ſicut. d. Cōmen. in cō. magno, & oēs græci expoſitores. Et lucidiſſim' Themi. „ in 2. poſte. eandem ſententiam ſcribit cap. 2. dicēs. Hoc. n. demſtrōnis „ illius potiſſimę ingeniū eſt, vt cōi „ examine vtranq; abſoluat cognitionem, & vt ſit, & quāobrem ſit. „

Demonſtratio aūt cauſæ tm̄, ſeu demſtrō pp quid, eſt qn̄ pp quid ipſius effectus eſt ignotum: licet quo ad quia eſt, pateat. Tunc quando per cām notiorem demonſtratum fuerit effectus ille, quo ad tale pp quid, iſta eſt demōſtratio pp quid, ſeu cauſę tm̄. Et ideo his noībus nū cupatur, quia p tale genns demonſtrationis non vtraq; quæſtio ex illis qōnibus cōpoſitis abſoluiť, ſed vna tm̄. videlicet quæſtio pp quid tm̄. Nam ex quo effectus, quia eſt, ante demſtrōnem, vt ſupponitur, erat notus quo ad quia eſt: ad nullum notū ad ſenſum quatenus notū eſt, erigi pōt demonſtratio. hoc enim vt ſcribit Ariſt. in 8. phy. tex. cō. 26. eſt hoīs male iudicantis q̄d melius, & quid peius, & q̄d credibile & non credibile, & principiū, & nō principiū. Et cōſimilem ſn̄iam hēt in 2. phyſi. tex. cō. 6. ubi Cōmē. commento d. ꝙ iſtud genus hominum qui non diſtinguunt inter ea quę ſunt per ſe manifeſta, & ea quę ſunt dubia & naturaliter ignota, ſunt cæci corde: & hoc genus hominum nunquā potuit philoſophari,

ri, nec poterit. Et ex hoc ſcire poteris frater mi, quantum hallucinentur moderni aſſerentes non eſſe differentiam inter demõnem p̄p q̄d, & inter demõnem ſimplr̃ niſi accñtalem tm̃: cum hoc repugnet veritati, cũ procedãt variis viis & intentionibus. Et aperte ẽt contradicit opinioni Auerr. in cõmentariis magnis, præſertim in 1. poſt. ca 95. vbi vult ꝙ iſte ſint ſpecie differentes, & vult ꝙ demõnes cauſæ tãtũ, ſint quæ cõponuntur ex cauſis quę inferunt neceſſario cãm eſſe: & nõ inferuntur a cauſatis. Demõnes vero ſimplr̃, quæ dant cauſam & eſſe reciproce ſe hñt: quia inferũt neceſſario ſua cãta, & inferunt ab eis.

Demõnes mathematicæ nõ ſunt innatæ poni in ſcientia naturali 2. cœli cõ. 59. Vide cãm 3. cęli cõ. 61. & 1. meta. 19. 21. 22. 25. & 26. & 1. poſte. a Philoſopho. Sed dum adducuntur, hoc fit ad confirmandũ 2. cęli cõ. 109. & 50.

Demõnes naturales debent eſſe ex cauſis naturalibus 4. cęli. cõ. 20. idem in paraphraſi tertij de cœlo, in ſumma 8. cap. 2. vbi ſcribit ꝙ rerum naturalium principia conuenit eſſe res naturales, & diuinarum rerũ principia eſſe res diuinas, mathematicaliumque principia eſſe mathematica.

Demonſtrationis cuiuſlibet principium eſt quodquideſt. 1. de anima tex. cõmen. 11.

Demõnibus neceſſariis hæc eſt cõditio neceſſaria vt apparentia ſenſui non differant ab eo quod vr̃ p rõnem. 3. de aĩa. cõ. 7. idem 8. phy. cõ. 22. & 26. & 1. cœli cõ 22.

Demões de oĩbus eſſe impoſſe eſt 3. meta. tex. cõ. 4.

Demõſtrationes quædam dãt quia, & quædam propter quid 3. meta. cõ. 5. idem. 1. poſteriorum.

Demõſtrationes quædam ſunt ſimplices, & quædam ſunt compoſitæ ex ſimplicibus. 5. meta. cõm. 4.

Demõnes quæ componũtur ex primis propoſitionibus ſunt reſpectu aliarum propoſitionum, ſicut elementa de compoſitis & reſoluũtur in eas, ſupra.

Demõſtrationes in ſcientia quæ naſcuntur a cauſis remotis vel ſint affirmatiuæ, vel negatiuę, ſunt demõſtrationes eſſe, & non cauſæ demõſtrationis: quia demonſtratio cauſæ eſt per cauſam primã & propinquam. 5. Coll. cap 24.

Demonſtratio non eſt ſubſtantię 6. meta. tex cõ. primi.

Demõſtratio nõ eſt ad genus ipſius artis, neque ad ſpecies eius 6. meta. cõ. 1. idem 2. de anima. cõ. 27. Vide quæ ſcripſi in Theorematibus, in illo Theoremate, ſubiectum in ſcientia eſt notiſſimum.

Demonſtratio non eſt de particularibus, licet particulare ſolum ſit ens in rei veritate 12, meta. cõ. 28.

Demõſtrationes vl̃es ſumptæ a propõnibus nãlib' primis & vl̃ibus atque eſſentialibus, hñt hanc proprietatẽ quod nullus ſenſus eis contradicit. Cõmẽ. in 2. de partibus aĩaliũ cap. de cerebro. vide de hoc 1. cœli & in 8. phy. vtrobiq; cõm. 22.

Demonſtratiua oppoſitio nõ eſt cõtenta vna cõtradictione, ſed duab'. nam debemus contradicere p̃miſſis, & ẽt concl̃onibus. Auer. 1. de generatione aĩalium cap. 1. vbi ponit improbatio antiquorũ de ſemine.

Demonſtrationẽ logicã appello, q̃ a quo vl̃ior eſt, eo remotior a propriis

priis principiis eſt. Ariſt. in 2. de generatione anim. cap. 6.

Demſtrõ qñoꝗ cũ ſit ex neceſſariis, & ſemper veris põt eſſe de rebus quæ quãdoq; ſunt, & qñque non ſunt. Vide pulchre Auer. in paraph. met. tract. 3. ibi. Et dicamus ꝙ oratio vera neceſſario eſt. vbi cõcludit ꝙ actus & perpetuitas in talibus eſt ſm ꝙ ſunt intelligibilia, & non ſm ꝙ ſunt. aliter. n. vĩa eſſent ſeparata. Et inde patet error illorũ qui volũt demſtrões eſſe de rebus cõcernentibus actualem exiſtentiam.

Demõſtrationes naturales quæ adducunt in ſcĩa diuina, inducuntur vꝟiori modo 2. met. c. 6. & 12. met. cõ. 5. Nota ẽt ꝙ qñq; inducunt ad rememorationem 12. meta. cõ. 53.

Demonſtrare manifeſta per ĩmanifeſta, nõ potentis eſt iudicare per ipſum: & non pp ipſum cognitum 2. phy. tex. cõ. 6. idẽ. 8. phy. t. cõ. 22. & 26. 4. met tex. cõ. 9.

Demõſtrationes mathematicę ſunt in primo gradu certitudinis, & naturales ſequũtur eas 2. met. cõ. 16. Vide in concordantiis.

Denominatio fit ab actu 2. phy. tex. cõmẽ. 11. & 12. & 9. metaphy. tex. cõ. 7. vbi dr. Venit aũt actus nomẽ ad endelechiam compoſitus.

Denominatiua noĩa ſignificant ſubſtantiam & accidens 4. meta. cõ. 3. idem 3. meta. cõ. 16.

Denoĩationes q̃ denoĩant ſubꝛa, nõ ẽ neceſſariũ ꝙ oẽs ſignificẽt diſpõnes additas, ſupra rẽ ſubꝛam extra animã exñtes in actu. hoc. n. fallit in priuationibus, & reſonibꝰ. Et ideo quidã opinati ſunt ꝙ prædicamentum reſonis non debet computari cũ entibus. Ex libro deſtruct. diſp. 3. in ſol. 14. Vide pro vltimo dicto ẽt 12. meta. cõ. 19.

Denominationes ſubſtantiales dr̃nt a denominationibus accñtalibus. Ex diſp. 6. in ſol. 6. dubij.

Denominationes ſubſtãtiales ex quibus conſtituitur ſubꝛa, entibus ſeparatis a materia conuenire non poſſunt, quanto magis denominationes additę ſupra ſubſtantiam. Ex diſpu. 5. in ſol. 4. dubii.

Denominationes ſubſtantiales verificant de denominato, dicimus. n. ꝙ homo eſt aĩal. Sed denominationes additæ ſubſtãtiæ, nõ verificant de denominato, niſi denominatiuę, dicimus. n. ꝙ hõ non eſt ſapientia, ſed ſapiens. ſ.

Denominationes quibus aĩa denoĩatur prudẽs, volẽs, & mouẽs, ſm Philoſophos nõ ſunt denoĩationes additæ. ſ. ſubꝛam aĩæ, ſed ſunt denominationes ſubſtantiales. ſ.

Denominationũ ſubſtãtialium nã talis eſt, ꝙ ſubꝛum earum nõ multiplicat in actu, ſed ſolũ illo modo quo multiplicatur diffinitũ ex partibus diffinitionis, ita. ſ. ꝙ eſt multiplicatio mentalis non realis. ſ.

Denominatio inuenta in aliquo ente mõ defectibili, neceſſario & ſine dubio inuenitur in eo rõne alicuius entis illam denominationẽ perfecte poſſidẽtis, vt dicamus ꝙ quicquid habet defectibilem calorem, habet eum talem reſpectu cuiuſdã perfecti calidi. Ex libro deſtruc. diſput. 6. in ſol. primi dubii. Et elicitur ex ſecundo meta. tex. cõ. 4. & erat ꝓpoſitio qua ſæpe vtit Plato.

Denominationũ ſubꝛum eſſe non põt niſi cõpoſitũ ex duabus naturis. ſ. agente & patiente, & ideo prima cauſa cum ſit denudata a ſubiecto, eſt etiam a denominationibus denu-

denudata. Diſpu. 6. in ſol. 6. dubii.
Denominatio magis fit in rebus factis ab arte, a re a qua fit permutatio, q̄ ab illa ad quam terminatur, ſecus in rebus naturalibus. Et vide cauſam 2. phy. cō. 14. & 4. Coll. c. 1.
Dentes nulli eidem & ſerrati & exerti ſunt, quia natura nihil fruſtra facit 3. de partibus anim. cap. 1. Vide ibi de dentium natura & vtilitate.
Dentes maxillares ſunt ad molendū, conficiendumq; cibum accōmodātur, q̄obrē quibus deſunt maxillares dentes, his deeſt motus maxillę in latus, ſed talia ſolū maxillā ſurſum deorſumq; mouēt, vt piſces, & aues, & ouiparę quadrupedes. Ex 4. de partibus anim. cap. 10.
Dentes anteriores ſunt ad incidendum cibum, maxillares vt frangāt, molares vero vt molant 2. Collig. cap. 9. de iuuamentis membrorum officialium.
Dētes ſoli oīum oſſium tota vita accreſcunt. quod patet in ijs dentibus qui mutuum tactum declināt. Cauſa autem incrementi eſt quo ad ptinet ad id cuius gratia vt fungi officio poſſint. Breui. n. tempore attritu conſumerentur, niſi ſubinde repararentur. Ariſt. 2. de generatione anim. cap. 4. prope finem.
Dentes, & ſi vita decies milies, aut decies centies annis ſeruaretur, & prægrandes primos oriri oporteret, & ſępius renaſci. Quamuis. n. aſſidue reciperent incrementum: tñ detriti plusq̄ accreſcerent, inutiles demū ad cibum cōficiendum euaderent, ſupra. Vbi nota ex hoc loco Auic. ſumpſiſſe illam vulgatam & celebrem authoritatem in primo canonis. Fen prima, in cap. de complexionibus ętatum. vbi dicit. Amplius ſi virtus infinita foret.
Dentes ex eo gignunt alimento qd in oſſa adminiſtratur, quapropter eandem quam oſſa hñt naturā. ſ.
Hinc collige contra Gale. quia ſi eadem eſt materia generationis dētium & oſſium, tamen dentes reparari pñt, non aūt oſſa: ſi illa eſt rō, quia materia iſtorū membrorum quæ reſtaurari non poſſunt vbi inciſa fuerint, eſt ipſum ſperma ſm Galenum. Hoc. n. maximū eſt contra opinionem eius argumētum.
Dentes anteriores quare prius oriantur q̄ maxillares. Vide duas cauſas in. 5. de generatione anim. in fine.
Dētes vltimi vigeſimo anno exeūt. Nonnullis etiam ſeneſcentibus oīno prodierūt. ſ. Et in 2. de natura animalium cap. 4. d. quibuſdā mulieribus anno etiam octuageſimo, ac ēt viris non ſine dolore exierūt.
Dentes priores homo mutat, maxillares nullū animal mutat. 2. de natura anim. cap. 1. in fine.
Dentes plures maribus q̄ feminis inſunt, vt in genere hominum, ſuū, caprarum patet. in cęteris nōdum exploratū eſt 2. de natura animalium cap. 3.
Dentes quibus plures, hæc viuaciora: quibus rariores & pauciores hęc magna ex pte breuioris vitæ ſūt. ſ.
Dentes omnium piſcium genera habent ſerratos pectinatimq; coeuntes, excepto ſcaro 2. de natura animalium cap. 13.
Dentes naturam oſſium ſequuntur: quamobrē hominum nigrorū & æthiopum dentes vt oſſa cādent 3. de natura aīalium cap. 9.
Dentes ſunt in vnaquaq; mandibula viginti ſex. Auer. 1. Colli. cap. de anathomia dentium.

Denſum ſpectat vt graue ſit & dux: ratum vero vt leue & molle, non tamen hoc perpetuum eſt; nec vt quicq̃ eſt durius, ſic etiã ſit grauius. nã diſſonat ea ratio in ferro & plũbo. Themiſt. 4. phy. 85. & Cõmen. ibidem. d. ꝙ plumbum eſt grauius ferro, licet ferrum ſit durius.

Denſum non alteratur niſi ſm ꝙ eſt ſenſibile, & ſm ꝙ eſt ĩ capitulo qualitatis, & non poſitionis, & cum eſt ĩn cap. qualitatis, tunc principium motus eius eſt, aut a caliditate, aut á frigiditate 7. phyſico. cõmen. 11.

Digreſſio. quæ den ſum & rarum ſunt principia alteratio nis.

Vbi aduerte ꝙ ponit tres cõditiões ad hoc ꝙ dẽſum & rarum ſint principia alterationis, primo ĩquãtũ ſunt ſenſibilia: quia ſi mathematice cõſiderẽtur tales qualitates, nõ sũt principia alicui⁹ alterationis sẽſibilis. licet. n. vt dicitur in prædicamentis quadratum circumpoſito gnomone creuit, & quodãmodo etiam aliqua alteratio ſit in mathematicis, non tamen ſenſibilis, ſed imaginaria. Secunda conditio eſt ꝙ rarum & denſum quodammodo pertinent ad prædicamentũ poſitionis, & quodãmodo ad prædicamentum qualitatis. Si enim fuerint conſiderata inquantum dicũt partium diſtantiam aut appropinquationem adinuicem, ſic ſunt poſitiones, & non ſunt principia alicuius alterationis ſenſibilis. nõn. n. ſic dicunt aliquam actiuitatem. Si autẽ fuerint qualitates, ſic poſſunt terminare motum, inquantum inſequuntur caliditatem & frigiditatem. Sunt enim rerum qualitates raritas & denſitas in gñabilibus inuentæ, inſequẽtes aut caliditatem, aut frigiditatem. Secus autem de illis quæ ſunt in corpore cœleſti, quę equiuoce dñr cum iſtis quæ ſunt hic, vt recitat Cõmen. in 2. cap. lib. de ſubſtantia orbis. Sed tunc eſt difficultas quia pariformiter videtur ꝙ ad relationem ſit per ſe motus, contra Ariſt. in. 5. phyſi. tex. cõ. 10. & ad ſitum erit per ſe motus contra Auer. in 6. phy. cõ. 85. Nã quẽadmodũ raritas & denſitas non acquiruntur per ſe primo ꝑ motũ alterationis, ſed ratione primarũ qualitatum, quæ ſunt caliditas & frigiditas. inquãtum enim aliquid mouetur per ſe primo ad calorem, ſecundario dicitur moueri ad raritatem, & inquantum mouetur ad frigiditatem primo, dicitur ſecundario moueri ad denſitatem. ſicut expreſſe habetĩn tex. 11. ſeptimi phy. Sic dicam ꝙ pro quãto aliquid mouetur per ſe primo ad albedinẽ, quę eſt fundamẽtum ſimilitudinis, mouetur per ſe non primo ad ſimilitudinem. & pro quanto aliquid ꝑ ſe primo mouetur ad vbi, per ſe non primo mouetur ad ſitum, & eſt ardua difficultas ſicuti vides. niſi eſſet ꝙ eſt ratio diuerſitatis, quia raritas & denſitas vt ſunt qualitates, ſunt ꝑ ſe cauſatæ ex primis. Sunt enim vt inquit Cõmẽ. ibi in cõmen. qualitates attributæ alterationi in dupli ci dña, quædam ſunt primæ, vt caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, quædam ſunt ſecundę, & ſunt cauſatæ ex primis, vt raritas & denſitas. Amplius qualitates iſtæ ſecundæ habent contrarietatem & intenſionem & remiſſionem quæ ſunt de conditionibus requiſitis ad verum motum & veram alterationẽ: ſecus aũt eſt de relatione: quia illa non per ſe cõſequitur fundamẽtũ, quia ſtat eſſe fundamẽtum ſine relatione.

latione. Amplius aūt, rō reſ͠pōnis cō ſiſtit in indiuiſibili, & eſt de entib⁹ diminutis, intātū ꝙ vt.d. Auer. 12. primę philoſophię. quidā reputauerunt prædicamētum reſ͠pōnis eſſe de ſecundis intellectis. Aduenit ēt reſ͠p ſine aliqua mutatione facta in ſubto: quod quidem de raritate & denſitate, vt ſunt qualitates ꝯñtes calidum & frigidū dici non pōt. nihil. n. rarefieri aut condenſari pōt, quin illud calefiat aut infrigideť. Et ita dicēdum eſt de ſitu reſpectu vbi: quia ratio eius conſiſtit in indiuiſibili, & nō habet conditiones requiſitas ad uerum motum.

Dēſitas & raritas ſunt principia omnium paſſionū. 8. phyſi. tex. cō. 55. Et vide ibi Auer. quomodo ſit intelligendum.

Denſitas & raritas ſunt rerum qualitates, inſequentes calidum & frigidū. 7. phy. cō. 15. Vide in cōcor.

Denſitas & raritas ſm antiquos ſunt conſtrictio & expanſio pororum, & ꝙ hæc duo ſunt cauſæ gñationis & corrup. cum gñatio apud eos & corruptio ſint cōgregatio & ſegregatio 7. phy. cō. 15.

Denſitas & raritas non faciunt tranſmutationem in ſuƀa, cū ſint de ſitu 1. met. cō. 15. Vide in concord.

Denſari & rarificari ſunt motus locales 8. phy. tex. cōmen. 77. Vide in concordantiis.

Deſcriptiones in aliquibus locis accidit dari per negationes priuationum, vbi accidit priuationes eſſe notiores nobis q̄ ſint ipſi habitus. Auer. 8. phy. cō. 27.

Deſcriptio primę perfectionis eſt forma, quæ in tempore in quo poteſt agere non agit. Sed deſcriptio ſecūdæ perfectionis eſt forma quæ agit aut patitur, ſeu res habēs formam agit aut patitur in tempore in quo agit aut patitur 2. de anima. cō. 5. Vnde actus primus eſt ipſa forma a qua eſt apta nata prouenire operatio, ſed non prouenit: ſed actus ſecundus eſt forma operans. Latini autem aliter ſentiunt.

Deſideriū dicitur de appetitu, & ira, & volūtate, & vr̄ de pluribus 2. de anima tex. cō. 27.

Deſiderii ſenſibilis propriū eſt, vt nō moueatur niſi cum præſentia ſenſati in actu: ecōtrario de deſiderio intellectuali 3. de aīa. tex. cō. 29.

Deſiderium eſt pp exiſtimationem ꝙ aliquid ſit bonū. 12. met. cō. 36.

Deſiderium præcedens comprehenſionem magis videtur dolor q̄ voluptas 12. meta. cōmen. 39. Vide in concordantiis.

Deſideratum in corporibus cœleſtibus non differt ab intellecto, ſicut differūt in nobis, quia potētia quæ in nobis comprehenditur deſideratū eſt alia a potentia qua comprehenditur intellectū. Deſideratū, n. comprehēditur ſenſu & intellectū comprehēditur intellectu. ſed corpora cœleſtia non ſentiūt. ſenſus. n. dati ſunt aīalibus ad ſaluť 12. meta cō. 36. idem 1. cap. de ſubſtantia orbis & 3 idem 3. de anima cōmē. 60. & 61. & in 2. de anima cōmen. vltimo.

Deſiderabilia quæ mouent nos ſm ſenſitiuam differunt a deſiderabilibus intelligibilibus, quæ mouent nos ſecundum intellectum 12. meta. cōmen. 36.

Deſtructio conſequentis ex deſtructione antecedentis conceſſa eſt in conſecutione conuertibili. 7. phy. cōmen. 16.

Deter-

Determinans & determinatum ſũt idem num.1.meta.cõ.44. Intelligitur ꝙ ſi determinatum ſit vnũ numero & determinans eſt vnum numero, iuxta illud Philoſophi in 2. phy.tex.cõ.38. Vniuerſalium cauſæ ſunt vl'es, & particularium cauſæ ſunt particulares. idem 12. met. tex.cõm.27.

Detruncabile eſt ſm latitudinẽ, ſenſibile aũt ſm longitudinem. 4. metheororũ tex.cõ.47.

Deus hẽt ſolicitudinẽ eoꝝ quæ ſunt hic 2.phy.cõ.75. Vide quõ ſit intelligendum 12.meta.cõ.37.

Deus quõq; ſummit' pro corpore cœleſti, vt erat famoſum apud antiquos 8.phy.tex.cõ.64.

De' & natura nihil fruſtra faciũt. 1.cœli.tex.cõ.32 idem 2. cœli 50. & 59.& 3.de anima 43.

Deum eſſe in loco, & corpus eſſe in loco non eſt ſm vnum & eundem modũ 1.cœ.cõ.22.& 8.phy.cõ.84.

Deus & intelligẽtiæ nõ ſũt in tpe 2. cœ.c.1. vide 4.ph.t.cõ.118.& 120.

Dei operatio ẽ ĩmortalitas: hæc aũt eſt vita ſẽpiterna 2.cœli t cõ. 17.

Deus cõpleuit diminutionẽ contingentem in iſtis ſm ꝙ gñatio facta eſt cõtinua ex 2.de generatione te. cõ.59.idẽ 2.de aĩa cõ.34.& 1. cœli cõmen 98.

Dĩs omnia plena eſſe aſſeruit Thales Mileſius primo de anima tex. cõmen.86.

Deus ſm Zenonem per oẽm ſubam permeat. in intellectuali eſt intellectus. in aĩali eſt aĩa, in naturali natura, in affectu eſt affectio & habitus. Themiſt. 1.de aĩa cap.36. Conſimilem opinionem recitat Cõmen. in lege ſua quorundã loquentiũ 12. meta cõ.18.& 9.meta.cõ.7.

Deus oĩum eſt principium & cauſa. Ex prohemio metaphyſicæ.

Deos duos ponentes quorum vnus agit malũ, alius agit bonũ vilipendendi ſunt 3.meta.tex.co.15.& 12. meta. cõ. 52.

De' vr̃ hr̃e curam circa oĩa entia. 12. meta.cõ.37. Et ibi Cõmenta. ponit modum ſm Peripateticos. de quo vide in concordantiis.

Deum hr̃e ſolicitudinẽ indiuiduorum quodammodo verum eſt, & quodammõ non. ſ.cõ.37.& 52.

Deum dicimus aĩal' optimum ſempiternum, cuius vita & duratio exiſtit deo continua & æterna. hoc.n. Deus, ſupra tex.cõ.39.

Deus eſt viuus & ſapiens. & hoc mõ putauerũt antiqui trinitatem eſſe in deo. ſ.cõ.39.

Deum eſſe vnum & habentem vitã quomodo ſit intelligendum. Vide 12.meta.cõ.39.

Dei multiplicitas attributorum eſt intellu tm̃.non ſm eſſe. ſ. cõ.39.

Dei ſcientia eſt ſicut prima philoſophia, & ſcientiæ aliaꝝ intelligentiarũ ſunt ſiẽs ſcientiis particularibus exiſtẽtibus ſub prima philoſophia. 12.meta.cõ.44. authoritate Nicolai Peripatetici.

Dei ſcĩa nõ eſt ſicut noſtra, ĩmo ſcĩa equiuoce dicit' de noſtra & ſua 12. meta.cõ.51.& in libro deſtru.diſp. 12.in ſolo.2 dubij.

Deus non diſponitur per ſcĩam quæ eſt in nobis, neq; per ignorantiam ei oppoſitam. 12.meta.cõ.51.

Dei ſcĩa nõ eſt vl'is neq; particularis. ibidẽ.& in lib.deſtru diſp.3.in ſol. 18.dubiĩ dicit. Cauemus nobis dicere ꝙ dei ſcĩa eſt vl'is, aut particularis, q̃a amb ę iſtę ſcię cãntur ab entibus, & ſunt gñabiles & corruptib.

Dei ſcientiæ non opponitur ignorātia. 12.meta.cō.39. autho. Alexan. cōmen.51.

Deus non eſt cauſa mali, ſed mala & ea quæ ſunt ſine ſolicitudine proueniunt ex neceſſitate naturæ, & non ex diminutione agentis, ſupra cōmen.52.

Deo impedimentum aliquod attribui impoſſibile eſt ex lib. deſtr. diſp. prima in ſol.2.dubii. & habetur. 12.meta. in fine.

Deus benedictus non poteſt denominari agens neque modo naturę, neq; ſm voluntatem quæ eſt in generabilibus & corruptibilibus. Ex diſputatione 3.in ſol. primi dubij. & ibi vide cauſam.

Dei actio ſm Philoſophos a ſcīa procedit, abſque neceſſitate inducente eum ad agendum, neq; ex ſe, neque ab aliqua re extrinſeca: imo tantū ex ſua bonitate, & ideo neceſſario vult & eligit in nobiliori gradu oībus gradibus volentium & eligentium. Ex diſp. tertia in ſol.2.dubii. Inde patet error Rabbi Moyſi, quē Scotus vbiq; in hoc & ſequaces ei⁹ ſunt imitati, aſſerentes ſm philoſophos deū agere ex neceſſitate nāæ.

Aduerſus rabbi Moiſen & Scotum.

Deus non eſt principium totius ſm Philoſophos, modo formæ ſicut anima reſpectu corporis. Nullus.n. eorum opinatur hoc. Ex diſpu. tertia in ſolo. quinti dubij. Vbi nota frater mi locum apertū contra modernos, aſſerētes Auerr. opinionem fuiſſe Deum glorioſum eſſe formā formaliter perficientem orbē. Nec valet gloſa Sueſſani in illo loco, ꝙ Cōmen. non contradicit ſibi in 4. cęli.cō.1.& alibi, vbi tenet Deū eē formam & finem, quia dicit ꝙ Cōmenta. reprehendit Algazelem, in hoc ꝙ poſuit Deum ſolū eſſe cauſam formalē ſm Philoſophos, ſed Philoſophi non ſolum formalem, verumetiam finalē & vt motricē, vt patet. 12.meta.cō.5. & 6. Sed non bene ponderātur verba Auer. in illa accuſatione Algazelis, quia vltra hoc reprehendit eum in modo, quē impoſuit Philoſophis Deū eſſe cām formalem, quia verba eius prætendebant ꝙ Deus eſſet forma perficiens, ſicut anima perficit corpus, & eſt formalr dando eſſe, quē errorē iſti tenent de mente eius. vñ iſta ſunt verba eius. Dicim⁹ nos ꝙ verba huius hoīs prætendunt cōcedere aduerſarijs ꝙ Deus benedictus nō eſt agens, immo eſt aliqua cauſarum, qua nulla rerum perficitur ſine ea. Vñ dicim⁹ ꝙ iſta rñſio eſt debilis. nāq; ex hoc ſequit̄ apud Philoſophos, ꝙ primum ſit principiū totius modo formę, ſicut aīa ē principiū corporis, & nullus eorū opinatur hoc. Quid clarius, aut apertius dici potuit? Et ideo aliter ſoluimus contradictionē iſtā iuxta fundamentum Auer. & oīum Peripateticorū. Quod forma & perfectio eſt duplex, ſeparata & perficiens de mente Auer. & eſt ad lrām in diſp. prima in ſol. vltimi dubii. & in 12. meta. cō.37. vbi. d. ꝙ perfectionū pp quæ mouetur perfectum, quædā ſūt qualitates quibus perficitur illud quod mouet̄, vt illud qđ mouetur pp ſanitatem: & quædam ſūt ſubſtāæ extrinſecæ, vt quę mouet̄ ad ens vt aſſimiletur eis, vt inueniunt̄ oēs actiones ſeruoꝝ, qm̄ ſunt erga gr̄a intentionū dñi ſui. igitur dnt eſſe pp dominum ſuum, & ſimilr omnia entia cum primo pricipio. Quid.n. potuimus in hoc loco adducere

ducere pro nſa opinione, ꝗ Auer. iudicium ſeipſum declaratis? Hęc igitur eſt alia accuſatio,& grauior contra Algazelem, quia impoſuit philoſophis Deum eſſe formã formalr perficiẽtem totum,& oĩa entia,ſicut iſti dicunt de orbe,eo mõ quo aĩa perficit corpus. Et philoſophi dicunt, Deum non eſſe formã perficientem, ſicut anima perficit corpus,neq; ſicut ſanitas perficit illud quod mouetur ad ſanitatem, ſed dr̃ forma extrinſecus perficiẽs oĩa entia,pro quãto oĩa entia mouent̃ naturali deſiderio,vt aſſimilẽtur illi ſm ꝙ poſſunt. Eſſe.n.eſt cõmunicatum a prima forma oĩbus entib᷒, ſm varios gradus,quia diſtantiæ entium ſunt valde diuerſę, & iſtum gradum inter corpora in altiori gradu participat primũ corpus:& inter intelľus,primus ex motoribus planetarum,& ſic deĩceps. Et hoc eſt quod declarauit Commẽ.etiam in 1.Ph.com.81.vbi Ariſt.d.exñte. n. quodam diuino, & optimo.d.n.Commẽ. in illo loco, ꝙ cum ſit perfectio diuina maxima,cui omnia entia appetunt aſſimilari:quia igit̃ omnia entia participant eſſe ſibi communicatum, quædam clarius, quædam obſcurius,& omne eſt a forma. Pro quãto igitur Deus glorioſus communicat eſſe omnibus ſm ꝙ natura eorum apta ẽ ꝑticipare: ſic eſt forma oĩum,quam oĩa imitant̃.& appetunt ei aſſimilari,ſm ꝙ pñt. ſiľitudo.n.& conuenientia in entib᷒ eſt a forma: vt.d.Commẽ.in 1.diſp.ĩ ſol.7.dubij. Forma,n.eſt rõ cõicabilitatis 1.cœli.com.92. Et ex his frater mi intelligis, qũo cognitio ſubarum,& entium inquãtum entia,ducit ad cognitionẽ primi principij in rõne formæ,quia eſſe iſtud eſt impartitum a prima forma:oẽ .n.eẽ a forma ꝓficiſcitur: vt d.Boe. Et ideo non valet declaratio ſubtiliũ, aſſerentium ſm philoſophos Deum eſſe formã omnium inquãtum communicat eſſe omnibus,ꝗ ſunt hic per motum. Nam philoſophi non ſolum ponunt Deum eſſe veluti formam reſpectu iſtius mũdi inferioris: verumetiam reſpectu omnium,vt p3.12.Meta.com 44. Tum ẽt quia talis declaratio ducit ad rõnem primi motoris,& nõ ad rõnem primæ formæ:& ad hoc aſcendit naturalis via motus. vñ Cõmen.3.diſpu.in ſoľ.10.dubij.declarans qũo mundus habeat cãm agẽtem.d. Et radix huius eſt,ꝙ eſſe corporum cœleſtium conſiſtit in motu,& ideo dans motum de neceſſitate dr̃ agens. Sed diuinus aſcẽdit ad rõnem primæ formę,vt d.Commen.7.Mete.com.9.& hoc ex cognitione entium,& ſubſtãtiarum inquantum entia ſunt, vt alibi declarauimus. Et vt altius iſtam rem intelligamus, ſcias ꝙ ẽt formæ iſtę quæ ſunt hic, habent duplex eſſe ſ.materiale & abſtractum, ſm eſſe materiale ſunt in potẽtia in prima materia:& ſunt in actu uel potẽtia actiua primi motoris. Et ita ex cognitione formarum mobiliũ quatenus mobiles,via motus poſſum᷒ ꝑuenire ĩ naturali philoſophia ad primũ motorẽ,quia motus includitur in re mobili quatenus mobilis, & motus ducit ad motorẽ, ſed formæ ſm eẽ abſtractum conſiderãtur ſub rõne ſubæ & entis:quia iſti ſunt conceptus abſtracti, & qã ſecũdum eſſe abſtractum iſtæ for

mæ eminenter conti nentur in prima forma abſtractarum,q̃ eſt ens per eſſentiam,ſic ex rõnibus iſtarũ inquantũ ſubſtantiæ ſunt, vel inquantum entia, deuenimus ad primam formam. & hoc duplex eſſe qđ h3 forma.v3. actuale & forma le(vt inquit Commen.) eſt illđ qđ fauentes formas voluerunt dicere .i.Platonici ponentes ideas,ſed nõ perueniunt ad hoc 12.Met.cõ.36. Et nota bene iſtam declarationẽ, quia non innotuit mihi,niſi in lõgo tempore, & non ſine magno labore vitæ meæ.

Deus non intelligit entia inquantũ ſunt cãæ ꝙ ipſe intelligit ea, ſicut nr̃ intelľus intelligit ea. Vñ philoſophi hoc intendunt dicere, dum aſſerunt Deum non intelligere entia poſteriora,eo mõ quo nos ea ĩtelligimus, immo mõ quo nullus intelľus põt ea intelligere. Ex lib. deſtruct.diſput.3.in ſoľ.18.dubij. Et nota, ꝙ nr̃i Theologi, quo ad hoc concordant,ꝙ Deus non intelligit creaturas ſicut nos, quorum intellectus mouetur ab obiectis.

Deus eſt cauſa agens finis,& forma, omnium intelligentiarum. Ex diſpu.3.ſolu.18. prope finem.& ibi vide rationem.

Deus eſt cauſa efficiens,forma,& finis omnium entium ſenſibilium. ibidem.

Deus eſt vnus ſimplex ſecũdum Peripateticos,licet pluribus denominationibus denominetur. Ex diſpu.5.in ſolu vlt.dubij.

Deum ſcire ſeipſum, nihil aliud eſt q̃ ipſum ſcire entia. vnde ſi homo ſimilis fuerit alijs entib⁹,& ipſe ipſius propriam quidditatem ſciret, ſcire ipſam quidditatem neceſſario eſſet ſcire alias res. Ex libro deſtruct.diſpu.6.in ſolu.prmi.

Dei ſcientia,qualiter ſit vna, & eadem cum ſeipſo,cum ſcientia eius de rebus extrinſecis ab eo. Vide in diſpu.6.in ſolu.3.

Vbi animaduerte quod inquit.ꝙ de hoc inuenitur quoddam exemplar in humano intellectu,de quo ſupra ibidem,in ſolu.2.dixit quomodo in intellectu humano intelligibile quodammodo eſt idem cũ intelligẽte,quanto magis in Deo. Si enim formæ materiales, q̃ ſunt potentia intellectę,prout abſtrahũtur ab intellectu,ſunt in intellectu ſcientia & intellectus:quanto magis hoc in abſtractis ex natura ſua a materia verum erit?

Dei ſcientia vna exiſtente, non eſt impoſſibile, ꝙ retineat ſcibilium multitudinem, non eſt enim ĩpoſſibile apud philoſophos, ꝙ Deus ſciat ſeipſum,& alia pręter ipſum, multitudo autem eſt impoſſibilis apud eos, ꝙ intellectus perficiatur ab intellecto cauſato a tali intellectu, & perficiatur ab intelligibili. Ex diſpu.6.in ſolu.3.dub. Vbi apte colligitur ꝙ Deus intelligit multa,immo omnia intelligibilia alia ab ipſo,ſed non motiue, vt intellectus noſter. Et hoc concedunt etiã noſtri Theologi.

Dei ſcientia in numeratione ſcibilium non eſt ſicut numeratio ſcibilium in ſcĩa humana. In ſcĩa.n.humana eſt numeratio duplex, vna eſt ratione phantaſmatum. ſecunda vero eſt,prout ſunt in humano intellectu conuenientia in vno genere reſpectu plurium ſpecierum. Et cum remouemus ſciẽtiam Dei ab vniuerſalitate, remouetur talis nu-

numeratio, & remanebit talis numeratio qualem intellectus humanus non poteſt comprehendere, niſi ſcīa noſtra ſimilis eſſet ſcīæ Dei, quod eſt impoſſe. Ex diſpu. 6. in ſolu. 3. dubij.

Dei ſcīa & ſi neq; vniuerſalis, neque particularis eſt, quia tñ ſcire particularia apud nos, eſt in actu ſcīa, ideo ſcīa Dei eſt magis propinqua ſcientiæ particulari, quam vl'i. ibi.

Deus ſcit entia nobiliori modo, quo nos ſcimus ea. ibidem in ſolutio. 4. dubij.

Deus eſt quidditas abſoluta, & omnia alia entia quidditatem habēt, ſ. in ſol. 6. dub.

Deus non eſt ſubiectum denominationum, ſ.

Deus ſunt omnia entia abſolute, entia nanq; hñt eſſe & ſunt intelligibilia primo, vt ipſe ſcit ſeipſum, ſ.

Dei ſcīa non eſt ſimilis ſcīæ humanæ, quia eſt cauſa entium, ſed ſcīa humana eſt cauſata ab entibus, ſ. & 12. met. com. 51.

Deum hře definitionē quoquo mō eſt verum, & quoquo mō non eſt verū. Ex diſp. 7. in ſolu. 1. dub. vbi ponitur diſtō de definitione dupliciter, ſ. data p genus vniuocum & veras differētias, & de definitione data per genus analogum.

Deo philoſophi tria attributa attribuunt, & eſt ꝙ ſit ſciens, excellens & potens, & dicunt ꝙ voluntas ei⁹ prouenit in entibus ſecūdum ſciētiam eius, & poſſe eius non deficit a voluntate eius. Ex diſp. 10. in ſolu. 1. dub.

Deus ſecundum philoſophos operatur per ſciētiam ſuam, & quia ſciētia in eo ꝙ ſcientia, eſt in duobus cōtrarijs, poſſibile eſt vt proueniat ab eo vnumquodq; eorum, & prouenit excellentius cōtrariorum, & non vilius ex ſciente ea. Et ideo appellatur ſciens excellens, ſ.

Dei ſcientia ſecūdum philoſophos non eſt niſi vna in Deo, ſupra.

Idem ſentiunt noſtri Theologi. d. n. Auguſti. in 6. de trinitate. cap. vltimo. Vbi eſt prima, & ſumma vita, non eſt aliud viuere, & aliud eſſe, ſed idem eſſe & viuere primus ac ſummus intellectus cui non eſt aliud viuere, aliud intelligere.

Deo non auſertur voluntas, ſed noua voluntas non eſt in Deo. Ex diſpu. 10. in ſol. 3. dub.

Dei ſcīa non diuidit verum a falſo in oppoſitis, ſicut ſcīa humana, v. g. quia homo aut ſcit alia a ſe, aut non, iſta. n. ſunt contradictoria, & verificata vna, neceſſario alia eſt falſa, ſed de Deo benedicto ambo verificantur, quia ignorat ea modo inferente defectum, ſicut eſt in ſcientia humana, & ſcit ea modo non inferente defectum. Ex diſputatio. 10. in ſolutio. 3. dubij. & in hoc etiam noſtri Theologi conueniunt.

Deum agere mō naturę falſum eſt, immo dicunt Peripatetici ſm veritatem loquentes, ꝙ entia procedūt ab eo modo altiori q̃ ſit natura, & quàm humana voluntas. Probatum enim eſt demonſtratiue, ꝙ impoſſibile eſt aliquem actum pcedere ab eo naturali modo, ſeu voluntario iuxta intentionem voluntatis, quæ eſt in nobis. quapp actus diuinus procedit ab eo modo nobiliori, q̃ voluntario modo, qui clare comprehendi non poteſt niſi ab eo, ex diſpu. 11. in ſolu. primi dubij. contra Algazelem hoc

philoſophis imponētem. Ex hoc ſcire poteris Scotum in hoc errore fuiſſe, ꝗ iuxta Rabbi Moyſen hoc idem opinantē, ſæpe imponit hoc Peripateticis. Idem d. Comment. in diſputationibus phyſicis. diſpu. 1. in ſolutio 4. dubij, vbi d. Quod autem attribuunt philoſophis, ꝙ entia ſeparata agunt naturalr̃, & non electiue, nemo hoc dixit, cui adhereatur, ſed omnis habens ſciē tiam apud eos agit electione, tamē propter dignitatem quæ eſt in eis, non prouenit ex duobus contrarijs niſi dignius eorum, & electio eorū non eſt pp aliquid, quod perficiat ſubſtātiam eorum, cum in eis nulla ſit diminutio: ſed vt perficiatur id ex entibus, quod eſt diuinum in natura ſua.

Deus probatur ꝙ ſit volens, quoniā ipſe ſcit duo contraria, & ſi eſſet agens ex eo, ꝙ eſt ſciens tm̃, operaretur duo contraria ſimul, & hoc eſt falſum, igitur neceſſe eſt ꝙ opereſ vnum contrariorum electione. Ex diſputa. 12. in princ. iuxta nouam tranſlationem.

Deus non eſt natura, quæ eſt principium motus in pluribus rebus, vt definitur in 2. phy. Natura. n. apud philoſophos ſumitur duob9 modis. v3. mō prædicto, & ſecūdo modo proferunt eam de omni potentia a qua prouenit actio ītellectualis ordinate, & iſto modo Deus natura dici poteſt. ibid.

Dei intellectus quodammodo non intelligit aliud præter ſe, inquantum ſcientia eius non eſt paſſiua: & aliquo modo ītelligit aliud pręter ſe, ex hoc ꝙ ipſemet eſt ſcientia actiua. Ex diſputa. 13. in ſolutione primi dubij ſecundum nouam tranſlationem.

Dei ſcientia ſm philoſophos nō eſt vl'is. Multiplicatio. n generum, & ſpecierum, neceſſario infert ſciētiæ multiplicationem. Ex lib. deſtr. di ſpu. 12. in ſol. 2. dubij.

Deum dicere ꝙ induit formas omnium entium, & ꝙ mouet omnia ꝗ ſunt hic ſine medio, eſt auferre cām & cantum, & omnia intelligibilia. Ex diſpu. 13. in ſol. 4. dub.

Deo eſt prima cura de nobis, & ipſe eſt cauſa loci habitabilis ſuper terram, & quicquid inuenitur hic de eo, quod eſt bonum perfectū prouenit quidem a voluntate & intentione eius. Sed proueniunt mala ex neceſſitate materiæ, ſicut corruptio, & debilitas, & tabes, & ſimilia. In paraphraſi Metaphyſi. tracta. 4. in fine, vbi agit de diuina prouidētia, & cura omnium entium, quæ ſunt hic.

Deo attribuentes cognitionem, & curam rerū particulariū, vt dixit Ale. de neceſſitate attribuit ſibi impietatem, vel iniuſtitiam. Auer. in paraphraſi Met. tract. 4 in fi.

Dic pro fide & veritate, ꝙ eſſet verum ſi Deus eēt cauſa mali culpæ.

Dei multiplicitas attributorum eſt intellectu tm̃, non ſm eſſe 12. Meta. com. 39.

Dei actio eſt intenta ab omnibus intelligentijs 12. Metaphyſicæ commen. 44.

Dextrum & ſiniſtrum ſunt differentiæ natura poſteriores, quia omne habens dextrum, & ſiniſtrum, habet ante & retro, & ſurſum & deorſum, ſed non econtra 2. Cœli tex. commen. 7.

Dextrum eſt pricipium latitudinis, 5. t. com. 8.

Dex-

Dextrum eſt principium motus localis in animalibus perfectis ſ.tex. com.8.& 15.

Dexter pes in animalibus eſt mot⁹ eſſentialr: ſiniſter vero accñtalr, quia animal primo mouet pedem dextrum, deinde ſiniſtrum, vt ſup illum ſuſtentetur. Commẽ.2.Cœ. commen.8.

Dextrum & ſiniſtrum, & aliæ dñæ ſm Ariſt.ſentẽtiam, non pñt aſcribi cœlo ſm ſimilitudinem per põnem ad nos, ſicut ſunt in reb⁹ inanimatis. falſum quoque eſt ipſum voluiſſe has, per determinatas ĩ cęlo ptes variari, ſicut in animãtib⁹. Com.in paraphr.2. de cœlo, ſumma 2.quæſito primo. iuxta finem cap.contra dñm Albertum.

Dextra pars nobilior eſt ſiniſtra, & ante nobilius eſt retro, nobiliusq; ſurſum q̃ deorſum 2.Cœ.tex.commen.34.

Dextra pars validior eſt ſiniſtra, & ideo omnia mẽbra, quę ſunt mot⁹ gratia ſuperiora ſunt in parte dextra q̃ ſiniſtra, vt renes, ſupercilia, brachia, & id genus. Ex 3.de part. animal.cap.9.

Dextræ partis natura ſiccior, & mobilior eſt. Ex 3.de part.ſ.

Dialecticæ rationes apud Ariſtote. ſunt ſermones veri, qui componũtur ex accidentibus vniuerſalibus non proprijs 8.phyſi.commen.70. idem 4 phy.87.& 1.cœ.70.

Dialectica duobus modis vſitari poteſt in alijs ſcientijs 8.Ph. commẽ. 70.idem 1. Phyſi. commen. 35. Et 2.Metaphyſi.15.& 7.Metaphy. commen.2.

Dialecticus definit per formam, & phyſicus per materiam, primo de anima tex.commen. 16. Vide in Theorematibus.

Dialectica, priores non participauerunt 1.Meta.t.com.8.

Dialectici tentant de omnibus dicere, ex probabilibus, & eorum theoria eſt de omnibus 3.Meta.tex.cõmen.2.

Dialectici & ſophiſtæ eandem ſubinduunt figuram philoſophi, quia ſophiſtica eſt apparens ſophia, & dialectici de omnibus diſputant, ens autem omnibus commune eſt 4.meta.tex.commen.5.

Dialectica & ſophiſtica, circa idem gen⁹ verſantur cũ philoſophia, ſ.

Dialectica differt a prima philoſophia per modũ poteſtatis, ſeu ſciẽtiæ, quia illud qđ ſcit philoſophus, ſcit demſatiuæ, ſed dialecticus ſcit illud probabiliter 4.Meta.ſ.

Dialectica & ſophiſtica ſunt de accñtibus entium, ſed non inquantum entia ſunt 11. Metaphyſi. cap. 3.

Dianoea nihil aliud eſt, q̃ cum imaginatione actio intellectus iuncta. Them.in 2.lib.de memo.& remi. ca.14.a latinis dr̃, intelligentia, vel cogitatio.

Diaphanum non eſt ſm ſe viſibile, ſed eſt viſibile propter extraneum colorem 2.de anima tex.com.68.

Diaphanũ nõ cõpetit aeri ſm ꝙ aer aut aquæ ſm aqua: ſed qm̃ eſt nã eadẽ ĩ his vtriſq;, & ĩ ppetuo ſupiori corpe 2.de aĩa t.cõ.68. Ex hoc aũt loco elici põt contra Themiſt. in 2.de anima, in expoſitione tex. 30. qui vult ꝙ terminus analogus non importet vnã naturam cõem analogatis, ſicut terminus vniuocus, quæ natura intelligi ſeorſum poſſit a naturis analogatis, ſicut genus reſpectu ſpecierum. Patet autẽ

ꝙ diaphaneitas analogice dr̄ de ſu periori corpore,& de corporibus,q̄ ſunt hic,& tñ philoſophus,d. ꝙ eſt natura communis vtriſq;.Niſi diceres,ꝙ per naturam, philoſophus intellexit conceptum, aut notionē quandam communem,cui notiõi in re, non correſpõdet natura vna communis,diſtincta a naturis analogatis, immo correſpondent plures naturę analogatę,quarum vna habet attributionem ad aliam, ſicut dicunt Peripatetici de ente, ꝙ bene dicit conceptum vnum communem analogum, ſed non dicit nām aliquam diſtinctā a nā ſubſtantiæ,& a natura accñtis,immo illi conceptui iſtæ duæ naturæ correſpondent in re. ſm prius tñ & poſterius,quia prius ſibi ſm naturā correſpondet natura ſubſtantiæ,& per poſterius nā accidētis,quia natura accidentis dependet a natura ſubſtantiæ tanq̄ ab vno & ad vnū. Vñ refert multum dicere,analogo correſpondere conceptum cõem diſtinctum a conceptibus analogatorum,& dicere ſibi correſpondere nām diſtinctam a naturis analogatis.Etenim primum eſt verum, &ſecundū dictū eſt falſum.Et hoc eſt quod dixit lucidiſſ.Themiſt.in 2.de aïa,ca.12.Ea nanq;(inquit)q̄ ita ſe hn̄t inter ſe, vt priora hęc,poſteriora ſint illa,q̄q̄ notionem habent,quæ de his dicatur,fieri tñ nequit vlla, aut genus ſit,aut natura vna,ita vt ſine his intelligi ſeorſum poſſit indicatur diciturve.

Diaphragma ē particula diſtinguēs membra ſpiritualia a mēbris nutritionis, qui etiam apud Græcos dr̄ παρὰ τὸ διαφράζειν,quod eſt diſtinguere,etiam phrenes dr̄,a noſtris vero latinis præcordia. Vide Gal.in 5.de vti.partic.cap.15. vbi hæc duo noïa aſſerit ſibi aſcribi. Vide Ariſt.in 3.de part. anima.ca. 10.vbi ēt inuenies, ꝙ dicitur ſceptum tranſuerſum.

Empedocles poſuit cãm efficientem in prima gñatione, & Anaxagoras, ſed in aliis dimiſerunt eã 2. phyſic. tex. cõ. 75. vide in concordantiis.

Empe-

Empedocles generat mundum ex quatuor elementis,quæ erant principia materialia apud ipſum:lis vero & amicitia erant cauſæ agentes. 8.phy.tex.com.2.

Empedocles opinabatur mundum generari quando multiplicatio fit per litem,& corrumpitur q̃n aduuatio fit per amicitiam.ibidem.

Empedocles opinabatur cęlum eſſe compoſitum ex quatuor elementis & amicitia tantũ: non enim eſt in eo lis,quia in cęlo ſunt partes diuerſæ.Com.8.phy.cõ.2.

Empedocles poſuit amicitiam & litem in entibus ſm ſimilitudinem amicitiæ & litis in hominibus, vt quemadmodum amicitia congregat homines:lis autẽ ſegregat: ita in entibus ſunt duo entia ſimilia iſtis.v3.odium naturale,& amicitia naturalis.8 phy.te.c.14.

Empedocles opinabatur elementa & ſpherum.i. Deum eẽ principia. Them.1.phyſi.ſuper tex.32.nota tamen ꝙ ſpherum cęlum appellabat,& hoc apud ipſum Deus erat.

Empedocles ponens mundum generari de nouo,poſuit motum localem præcedere omnes motus: & ſimiliter Anaxago. & Democritus 8.phy.te.com.77.

Empedocles poſuit corpora ſimplicia ſm tempus fuiſſe ante motum. 2.cęli.te.com.89.

Empedocles opinabatur orbes eſſe deos,& erant apud ipſum compoſiti ex quinq;.v3. ex quatuor elementis,& ex amicitia:& ideo reputabat Deum eſſe immortalem : lis enim eſt cauſa corruptionis: licet bene narrauerit ꝙ ipſe iam opinabatur mundum corrumpi & generari ſed forte non opinabať hoc niſi in eis quę ſunt ſub ſphera:quáuis ipſe videtur hoc opinari in omnibus partibus mundi.1.de anima com.80.Themiſtius etiam ibidẽ dicit Empedoclem Deũ ſpherum appellaſſe.

Empedocli accidit inſipientiſſimũ eſſe Deum : ſolus enim elementorum vnum non cognoſcit diſcordiam:mortalia aũt omnia,ex omnibus n vnumqnodq; eſt.1.de anima.te.com.80.&.3. meta.te.cõ.5. Conſimile ſcribit Philoſophus in 3.primæ philoſophiæ.t.cõ.15.vbi dicit pp quod & accidit ipſi feliciſſimum Deum minus prudentem eẽ aliis:non enim cognoſcit elementa omnium,nam odium non habet:notitia vero ſimili ſimilis fiat. Ex hoc ſcire poteris de mẽte Ariſt. fuiſſe Deum omnia intelligere:alioquin argumentum quod adducit in ꝑallegatis locis facile poteſt in ipſum retorqueri.& licet in,12. primæ philoſophię excluſerit a diuina cognitione ſingularium ipſorum cognitionem,& quia infinita ſunt,& quia vileſceret,non pp hoc omnem cognitionem de iſtis inferioribus excluſit in intell'u diuino. Cognoſcit enim ea nobiliori modo quã ſit intellectio eorum in ꝓpria forma exiſteret. vnde non vt derogaretur pfectioni intellectus diuini talem cognitionem ſub rõne qua ſingularia ſunt:& cum proprijs eorum ꝓprietatibus ab intellectu diuino remouit, ſed vt attribueret ſimpliciſſimam & perfectiſſimam cognitionẽ:intell's n. diuinus intelligit entia in altiori gradu vnitatis,ſimplicitatis,& nobilitatis,quã aliquis intell's poſſit intelligere,nam intelligendo ſe qui eſt ens

Digreſſio de cognitione Dei benedicti ſm peripateticos.

ens per eſſentiam, nihilo aliorū dī ignorare,quia omnia ſunt entia p participationem reſpectu eius,quę nobiliori modo ſunt in ipſo quā ſint in propria forma, & nobiliori modo intelliguntur in ipſo quā intelligant,aut intelligantur in ꝓpria forma. Et ſic dixerunt peripatetici intellectum diuinum vnum intelligendo ſolummodo omnia cognoſcere & nobiliori mō quàm aliquis intellectus poſſit capere. Et ideo dixerunt ſcientiam Dei benedicti non eē neq; vniuerſalem,neque particularem,neq; in potentia quandoq;,neq; in actu quandoq;: iſtæ enim ſunt diuiſiones & modi ſcientiæ noſtræ, quæ equiuoce dr̄ cum ſcientia Dei: nam ſcientia Dei eſt cauſa totius entis cauſati:& ſciētia noſtra eſt cauſata ab ente: & ſic poſuerunt mundum eſſe ſub diuina prouidentia. & talis dependentia eſt in nobiliori gradu quàm eē poſſit aut intelligi. vnde ſcribit Cōmen. in.2.phyſi.ſuæ auſcultationis in commento.75. & iſta propoſitio. videlicet quæ dicit. Naturam agere propter finem, eſt maxima, & eſt fundamentum in ſcientia naturali,& in ſcientia diuina:& declarans quō ſit maximum fundamentum in ſcientia diuina dicit ꝙ, ſi diuinus non conceſſerit eam non poterit probare ꝙ Deus habet ſolicitudinem circa iſta quæ ſunt hic. & 12.primæ philoſophiæ. com. 37. oſtendens modum quo intellectus diuinus habet ſolicitudinem eorū quæ ſunt hic dicit: dicentes autem ꝙ Deus ſolicitus eſt circa vnumquodq; indiuiduum,aliqualiter eſt verum & aliqualiter non:quia nullum indiuiduum habet diſpoſitionem propriam, niſi illa diſpoſitio inueniatur in aliquo modo illius ſpeciei. Et hoc igitur modo verū eſt Deum ſolicitari circa īdiuidua. ſolicitudo autem circa indiuiduū tali modo ꝙ nullus habeat cōicationem cum eo hoc non eſt fas bonitati diuinæ,quod quō & qualiter ſit intelligendum ample declaraui in concordantiis. Et qui vult diffuſe & reſolute videre peripateticorum viam, videat quæ ſcripſi in proprio theoremate de intellectione primi contra Io. de Bachone,& alios. Nos autē licet iſta ſcripſerimus ex mente eorū: firmiter tamen credimus & nullatenus dubitamus Deum omnia cognoſcere ſub rationibus ſingularibus. verū enim eſt quod diuino afflatus ſpiritu propheta teſtatur: Et humilia reſpicit in cœlo & in terra.

Empedocles quatuor elementa aſſeruit eſſe principiū materiale oīum ex ertatis. primi meta.

Empedoclis mentem ſi quis inſpexerit,& nō ad eaq́ dicit balbutiendo,inueniet concordiam bonorū, litem vero malorum cauſam eſſe. quia ſi quis dixerit Empedoclem bonum & malum quodammodo cauſas ſeu principia dicere benedicet.ex.1.meta.ca.2.

Empedocles primus præter veteres hanc cauſam diuiſam adduxit.ſcilicet efficientem, & non vnū principium motus,ſed diuerſa atq; cōtraria fecit.1.meta.ca.2.

Empedocles primus in materiæ ſpecie quatuor elementa dixit:non tamen vtitur quatuor,ſed vt duobus exiſtentibus ſolum igne ſecundū ſe,oppoſitis vero quaſi vna natura terra,aere,& aqua.

Empedo-

Empedocles ſolus ex antiquis vltra materiam innuit cauſam formalē, ſed non dixit eam aperte. 1. meta. tex. commen. vlti.

Empedocles exiſtimauit cœlū eſſe Deum conſtantem ex quatuor elementis, & amicitia ſine lite: ſed omnia generabilia & corruptibilia ſm ipſum ſunt compoſita ex quatuor elementis, & amicitia & lite. 3. meta. tex. com. 15.

Empedocles dixit permutantes habitum permutare prudentiam: ad pſens enim augetur conſilium in hominibus. 4. met. tex. com. 21. idē 2. de anima. tex. com. 150.

Annotatio ſuper. 2. phy. t. c. 22 contra Alex. & Simpli.

Empedocles licet dixerit mixtiōem eſſe formā rerū, ipſe tñ non poſuit veram mixtionē ſm ꝙ de eo narrauit Ariſt. alibi, ſed per mixtionē intellexit compoſitionem. Cōmē. 5. meta. cō. 5. pro hoc dicto Auer. vide in. 2. de genera. & corrup. tex. com. 37. & etiam in primo eiuſdē. tex. com. 85. Ex quo patet ſolutio ad argumentum & dubitationem Alexan. in. 2. phy. in tex. com. 22. vbi Ariſt. ſoluens quæſtionem ibi propoſitam, an eiuſdem ſcientię ſit vtranq; naturam cognoſcere. ſ. materiam & formam, an alterius ſolū modo dicit. in antiquos quidē aſpicieti videbitur vtiq; eſſe materiei, ex parua. n. parte quadam Empedocles & Democri. ſpeciem & quiequid erat eſſe tetigerunt. Dubitat autem Alex. ꝑp quid non meminit etiam Anaxagoræ: nā quēadmodum Emped. ea ratione formam, & quodquid erat eſſe tetigiſſe viſus eſt, quia vltra quatuor elementa quæ poſuit cōcurrere in rōne materiæ, poſuit etiā litē & amicitiam, quæ concurrebant in rōne efficientis, ſic pariformiter Anaxa. vltra partes ſimilares quæ gerebāt vicem materiæ poſuit intellēm, qui ſupplebat vicem cauſæ efficientis: Soluens aūt Alex. huiuſmodi dubitationem rñdet propterea Anaxa. opinionem a philoſopho fuiſſe neglectam, qui intellectu illo ſeparato non vteretᷣ Anax. in gñone. Sed contra iſtam ſolutionē inſtat Simpli. nam generatio ſm Anaxa. ponentem quodlibet eſſe in quolibet fiebat per ſegregationē: ſegregatio autem fiebat per motū localē, ſed cū motus ſm Anaxa. erat intellēus ſeparatus, vt patet. 8. phy. te. c. 77. & clarius in. 8. phy. in tex. com. 37. ſcribit Ariſt. vnde Anaxa. intellēm impaſſibilem affirmans & immixtum eſſe. qm̄ quidem motus principium eſſe facit: ſic. n. vtiq; ſolum mouebit cū ſit immobilis & imperabit cū ſit immixtus. Simpli. autē aliter ſoluit, inquit. n. ꝙ ideo Ariſt. non meminit Anaxa. quia intellēus ille non erat forma m̄ālis, ſicut eſt forma naturalis, quę eſt in materia ſed in veritate iſta ſolutio Simpli. minus longe ſatisfacit quàm ſolutio Alexan. Nam ea ratione etiam Ariſtote. non debuit meminiſſe opinionis Empedoclis, quia vt habetur, primo phyſic. tex. commen. 48. vbi Ariſtote. ponit differentiā inter opiniones antiquorum inquit: Differunt autem ad inuicem quòd hi quidem priora, & alij poſteriora ſuſcipiunt: & hi quidem notiora ſecundum rationem, illi autem ſecundum ſenſum: hi quidem enim calidum & frigidum, illi autem humidum & ſiccum: alij autem imparem & parem, quidam autem concordiā, & diſcordiā cās ponunt

ponunt generationis: hæc autem differunt ſm prædictum modum. vbi patet ꝙ enumerat opinionem Empedo. ponentis concordiam & diſcordiam in numero eorum, qui poſuerunt principia notiora ſm rationem, vt exponit Themi. Commenta. & ipſemet Simplicius citat carmen Empedocl. in illo loco, loquentis de lite & amicitia. videlicet ἀλλὰ δ' ιέρχευ φησὶ νόῳ μὴ δ' ὄμμασιν ἦσο τε φηπωσ. id eſt, ſed mente inquit inſpice neque oculis conſpicere ſperes. Aliã etiam Simpli. intulit ibi expoſitionem ꝙ ideo Anaxa. non meminit quia intellectus eſt cã efficiens, ſed ſegregans iam inexiſtentes res. ſed ſermo philoſophi eſt de cã vere efficiēte: ſed nec iſta ſolutio ſtare poteſt, quia etiam pariformiter nec opinionis Empedo. debuit meminiſſe, quia lis & amicitia non ſunt cauſa generationis & corruptionis niſi per congregationem & ſegregationem, ex qua vere non reſultabat aliquod mixtum ſm rem, ſed ſolum ſm apparentiam tantum, ſi cut hr̄ in. 1. de genera. & corrupt. tex. commē. 85. & in. 2. de genera. tex. commen. 37. & habetur in præſenti loco. 5. meta. com. 5. Dicam⁹ igitur nos ſermonem conuenientē ꝙ Alexan. & Simpli. expoſitiones in hoc conueniunt, quia credunt Ariſto. ea ratione dixiſſe Empedoclem aliqualiter tetigiſſe formam, & quodquid erat eſſe rerum naturalium, quia poſuit litem & animã vltra elementa, quæ ſunt tanquam materia. ſed in veritate hoc nõ intellexit Ariſto. in præſenti loco, qa ſine dubio tūc meminiſſet opinionis Anaxagoræ, ſi hoc ad cauſam efficientem Ariſto. retuliſſet, cuius argumento eſt, ꝙ in eodem. 2. phyſico. in tex. com. 75. vbi in ſimili dicit, quod in cauſam materialem omnes inducunt, quoniam quia calidum huius eſt & frigidum, vnũquodq; igitur talium hæc ex neceſſitate ſunt, & ſiūt, & apta nata ſunt. Et nanq; ſi aliam cauſam dicunt quantacunque gaudere ſinūt: hic quidem concordiam & diſcordiã, ille vero intellectum. vbi Commēta. in commen. ſcribit. Et quia quidam iſtorum dicunt agens in generatione mundi non in omnib⁹ generationibus. vt Empedoc. amiciam, & litem: & Anaxagoras intelligentiam dixit, quoniam etſi ponam, id eſt dicimus ꝙ iſti homines reducunt omnia in cauſam materialem: quia iſti etſi ponunt aliam cauſam. ſ. agentem. vt Empedo. & Anaxago. modicum perceperunt eam, & conceſſerunt eam in principio generationis mundi, deinde dimiſerunt eam in alhis rebus. Et ꝓpterea vr̄ mihi ꝙ Ariſt. refert hoc ad cauſam formalem, & nõ ad cauſam efficientem, & fundo opinionem meam in præſenti loco. in. 5. meta. tex. com. 5. vbi Ariſto. ponēs ſignificata naturæ, dum ponit naturam quæ eſt forma per quã oſtēditur quid ſit res, dicit. Amplius autem alio modo natura dr̄ exiſtentium ſubſtantia, vt dicentes naturam primam compoſitionem eē, vt Empedoc. dicit, ꝙ natura nulli⁹ eſt exiſtentium, ſed ſolum mixtio & permutatio mixtorum eſt, vbi Commē. in com. ſcribit. Nam tertio modo dr̄ illud quod eſt ſubſtãtia rerum naturalium, quæ datur ad interrogationem factam ꝑ qd, ſcilicet

ſcilicet formam, ſicut quidam dicūt ꝙ natura rerum, natura eſt forma primæ compoſitionis in vnaquaq; rerum naturalium, qui.n. opinabantur elementa non admiſceri, & ꝙ ſunt exiſtentia in actu ī eo, cuius ſunt elementa, non tenent formam rei factæ ex elementis, niſi in compoſitione & figura, ſicut eſt diſpoſitio in domo, quæ fit ex lateribus & lapidibus, & hoc dicit pp Democritum, Commen. & philoſophum vt patet. I. phyſi. tex. cō. 41. vbi. d. ꝙ poſuit principia differre poſitione figura & ordine. Dein de ſequitur d. aut ſicut Empedoc. qui. d. ꝙ mixtio & mutatio mixtorum ſunt in mixtione naturæ rerum generabilium. ſ. ꝙ formæ & ſubſtantiæ rerum gn̄abilium ſunt in mixtione & mutatione partiū, & iſte homo licet expreſſit hoc nomen mixtio, tamen non opinabat̃ veram mixtionem eſſe ſm ꝙ Ariſto. narrauit de eo alibi, ſed ſolum modo per mixtionem intelligebat compoſitionem. Ecce per vitam meam, quantum iſte locus facit ap ae ad iſtam expoſitionem illius loci in. 2. phyſi. quia ibi generaliter omnes antiquos, dicit in qōne quęrente. Vtrum naturalis interſit cognoſcere vtranq; naturam. ſ. materiam & formam, rn̄dere, ꝙ ſolū de materia exceptis duobus. ſ. Democrito qui vltra propria athomalia quæ concurrebant in ratione materiæ poſuit quodammodo etiam formam, quia reddens cauſam diuerſitatis in compoſitis aſſerebat illam diuerſitatem prouenire ex poſitione figura & ordine. Empedo. etiam vltra elementa, quæ erāt materia, & litem & amicit am ꝗ erant non cauſæ formales mixtorū, ſed efficienter] tetigit quodammodo formā, quia dicebat mixtum nihil aliud eſſe niſi talem elementorum compoſitionem, ſed quia illa mixtio non erat vera mixtio, quia ex illa nō reſultabat aliqua forma ſuperaddita miſcibilibus, vt tenet Ariſt. & rei veritas eſt, ideo dr̃ Empedoclem] etiam [tetigiſſe quodammodo formam, pro hoc vide etiā in. 2. de generatio. & corruptio. in tex. com. 41. & 40. vbi Ariſt. reprę hendit Empedo. quia non aſſignauit verā cauſam, quia generata habent magnitudines terminatas. dicit. n. Non. n. amicitia, aut lis ſunt cauſa, quia congregationis hæc, illa vero ſegregationis cauſa eſt, hæc autem eſt ſubſtantia vniuſcuiuſq;, ſed non ſolum & mixtio & ſeparatio mixtorum, quemadmodum ille inquit. Ecce quod non perfecte Empedo. cognouit formam, quæ eſt ſubſtantia, & quodquid erat eē vniuſcuiuſq;, ſed ſolum tetigit aſſignando eſſe mixtionem illam, ꝗ non erat vera ſed compoſitio ſola. Vnde mirum eſt de Alexandro & Simplicio, qui referunt hoc ad cauſam efficientem cum qō phyſic. de forma ſit non de efficiente, licet idē ſubiecto efficiens & forma eſſe poſſit, & eſt ſolutio quietās intellectū ſicut vides, vnde ex hoc elice vnū pulchrum contra cōe dictū ꝙ Empedocles licet cōiter dicat̃ duo principia poſuiſſe, materiam, & efficiēs. Dic tamen ex præſenti loco, & ex 2. phyſico. 22 ꝙ etiam aliqualiter tetigit formam.

Empedocles cauſam ſterilitatis mulorum mixturam ſeminum opinabatur, quæ ex molli vtraque materia

ria generatur, cuius impugnationem vide in.2.de generatione animalium.cap.6.

Empedocles opinabať ꝙ cauſa maris & fœminæ ſit caliditas & frigiditas vteri, cuius impugnationem vide in.4.de generatio.animal.ca.1.ab Ariſt.& Auer.ibidem.

Empedocles non recte putauit, aut non bene vſus verbo translatiuo ē cum dixerit octauo decimo menſis pus extitit albū, putredo enim concoctioni contrariū eſt, pus autem putredo eſt, lac vero eſt res cō cocta prorſus, Ariſt.in.4. de generatio.animalium.ca. 8. Inde ſcire potes qūo in philoſophia naturali, & in demonſtratiuis ſcientiis tranſlaticia verba & metaphorica minime adduci debent: Vide in.2.Poſter.analiticorum . vbi præcipitur nō eē diffiniēdū per metaphoras.

Endelechia & perfectio abſq; eo cuius eſt eſſe non poteſt, quemadmodum neq; terminus abſq; eo, cuius eſt terminus. Alex.1.de anima. ca.1.quo probat animam eſſe inſeparabilē a corpore, tu tñ nota quod endelechia equiuoce dr̄ de anima intellectiua, & de aliis, vt notat Cōmen.2.de anima.cōm.11.& 3.de anima cō.5. Nota etiam ꝙ refert conſiderare animā intellectiuā vt anima eſt, & refert conſiderare ipſam vt intellectiuam, quia differt valde anima ab intellectu, vt patet 1.de anima.cō.& tex. 23. & infra, & per hoc ſolues Achillem Alexā. & ſequacium,

Entis nomen dr̄ de neceſſe eſſe & de aliis analogicæ, ſicut iſtud nomen caliditas dr̄ de igne & de aliis reb⁹ calidis.diſpu.5.in ſolu.3.

Ens eſt genus ſubſtantię & ſumitur in ſua diffinitione illo modo quo ſumuntur rerum genera in diffinitionibus earum, vt hr̄ ab Alpharabio in ſuo libro de demonſtratione.ex diſpu.7.in ſolu.1.dub.cōtra Auic.nota tñ ꝙ loquitur de genere analogo propter dictū Porphirii & Ariſt.in.3.meta.contra Platonem, aſſerentium ens non eſſe genus. Plato.n.opinabatur ꝙ ens eēt verum genus vniuocum, vt notat Alexander in.3. metaphyſicę & diuus Thomas.

Ens nomen eſt quod dr̄ multipliciter de decem prędicamētis.1.phy.com.&.tex.13 idem.5.meta. text.com.2.&.7.meta te.com.10.Non valet gloſa Scotizantium, qui aſſerunt ens eſſe multiplex multiplicitate ſuppoſitorum, quia decē genera generaliſſima, ſiſr Deus & creatura ſunt partes ſubiectiuę entis. Non tamen iſta multiplicitas impedit vniuocationem, alioqnin genus equiuoce diceretur de ſuis ſpeciebus & ſpecies de indiuiduis; ſed multiplicitas ſignificationum eſt quæ impedit vniuocationem ſicut canis, ſed.in veritate iſta gloſa eſt contra Ariſt in.1.phy.in loco prę allegato. vbi diſputatur contra dicentes ens eſſe vnum principium ſuæ diſputationis, fundat ſuper diuiſione ſignificatorum entis, ſicut clare patet intuenti tex.13.& omnes expoſitores græci & Cōm.hoc aſſerunt. Amplius autem, ſi Ariſt. diſputans in illo loco accipit principium ſuæ diſputationis hoc præſuppoſitū, ꝙ ens dr̄ multipliciter; ſi illa per vos eſt multiplicitas ſuppoſitorum cum ibi arguat contra illos qui ponebant vnum eſſe ens, tales.n. non faciebant differētiam

inter

Inter ens & principium. Ineuitabiliter igitur ſequit̃ ꝙ in tali diſputatione Ariſt. peteret, quia aduerſarius ſtatim dicens ens eẽ vnum negat de facto ens habere ſub ſe multitudinem ſuppoſitorum, vt patet intuenti. Amplius Ariſt. in eodem 1. phyſi. te. cõ. 25. vbi ſpecialiter arguit cõtra Parmenidis ſyllogiſmũ in quo arguebat, quicquid eſt, præter ens, eſt non ens. & quicquid ens non eſt eſt nihil. igitur tm̃ vnum eſt ens. d. ꝙ paralogizat per fallaciam equiuocationis, quia rõ ſua falſa eſt & concludens, quia ſimpliciter accipit quod eſt multipliciter dictum. vnde Commẽ. in com. exponens illum locũ dicit, ꝙ propoſitiones eius ſunt falſæ, quia vtit̃ hoc nomine ens: ita ꝙ dicatur de vna intentione, ſed dictum eſt de plurib. Ecce igitur ꝙ iſta multiplicitas importata per nomen entis, & multiplicitas intentionum, quia inquit ꝙ hoc nomen intendimus vnum decem prædicamentorum. v. g. ſubiectum aut quantitatem, tũc non erit verum dicere ꝙ quodquid eſt nõ ens, eſt nihil, qm̃ non ſequitur vt illud quod non eſt ſubſtantia, aut quantũ, vt ſit nihil. ergo propoſitiones eius non ſunt verę, niſi per hoc nomen ens intelligamus omnia decem prædicamenta. Sed tũc non concludit illud quod intendebat ꝙ ens eſt vnũ, & patet ꝙ ratio Ariſt. conſiſtit in hoc ꝙ Parmenides paralogizat, ex hoc præcipue ꝙ multipliciter dicto quantum ad ſignificata vtitur tanquã ſimpliciter dicto, & confirmatur, quia cõſuetudo Ariſtot. in omni diſpu. in qua ẽ terminus multiplex tali multiplicitate ſignificatorũ, quæ ex equocatione eſt diſtinguere illã multiplicitatem, immo dat regulã in hoc libro elencorum. Et eſt etiam expreſſe in. 1. cęli. in tex. com. 110. vbi dicit expreſſe. multipliciter. n. dictis & ſi nulla dr̃ia ad ſermonem neceſſe intellectum confuſum habere, ſi quis diuiſo multipliciter tãquam indiuiſo vtatur: immanifeſtum. n. ſm quam naturam ipſi acciderit quod dictum eſt. Amplius lucidiſſimus Them. in expoſitione illius tex. com. 13 ſic exponit. Initium igitur eorum omnium quæ ſumus dicturi, commodiſſimũ eſt perconctari, quid illis ſignificet id quod ens vocamus, vtrum putent multiplicem eſſe illius ſignificatũ an ſimplicem, ſi multiplicẽ, vt nos in prædicamentis oſtendimus, &c. Ecce bone Deus, quod. d. de mente Ariſt. in prædicamentis fuiſſe ens eſſe multiplex, quo ad ſignificata, quod oſtendit ſermo Ariſt. in prædicamentis. eorum. n. inquit, quæ ſm nullam cõplexionem dicunt̃, ſingulum ſignificat. aut quantitatem, aut ſubſtantiam, aut qualitatẽ rei. Et quinto primæ philoſophiæ. text. com. 14. facta diuiſione inter ens ſm accidens, & ſm ſe, ens ſm ſe ſic diuidit dicens, ſm ſe vero dicuntur eſſe quæcunq; ſignificant figuras prędicationis, quoties enim dr̃, toties eſſe ſignificat. Amplius. 4. meta. text. 2 dicit. ꝙ ens dr̃ multis modis, ſed ad vnum & vnã aliquã naturam, & non equiuoce. vñ Cõmen. bene ponderat illud in commen. Et ita aſſerunt omnes Peripatetici antiqui hoc nomen ens dicit̃ multis modis, & non equiuoce, ſicut canis qui dr̃ de latrabili & marino, neque vniuoce vt animal de

homine

homine & aſino, ſed eſt de noĩbus attributis vni, & ſunt media inter vniuoca & equiuoca, eſt.n. equiuocum analogum non purum equiuocũ, quia tale nullius ſcientiæ põt eẽ ſubiectum & immorari in hoc amplius eſt ſuperfluum, cum alibi ſcripſerim diffuſius. Amplius Ariſto. in. 1. phy expreſſe teſtaẽ in tex. com. 21. Expreſſe dicit hoc nomẽ ens dici de pluribus ſm rõnẽ, quæ tamẽ ſunt vnum ſm ſuppoſitum. vnde Cõm ibi in cõmen. dicit, hoc nomen ens dicitur de pluribus ſm diffinitionem & vno ſm ſubm.

Ens & non ens dicuntur de decem prædicamentis 1. phy com. 25.

Entia eſſe vnum in forma impoſſibile eſt opinari, ſicut poſſibile eſt opinari ꝙ ſint vnum in materia. 1. phy. cõ. 24. vide in concor.

Ens in potentia non eſt priuatio pura, neque eſt actio pura. 1. phyſico. commen. 78.

Ens in potentia eſt aliquid cui accidit priuatio non in ſubſtãtia eius. 1. phy. com. 29. Ex quo patet materiam in ſui prima notione præcedere potentiam & priuationem, vt dicit lucidiſſimus Themi. in aurea digreſſione. 1. phy.

Entia ſeparata eſſe non demonſtratur niſi in ſcientia naturali. 1. phy. com. vlti contra Auic. & 8. phy. c. 3. & 2. phyſi. 26. & in lib. deſtru. in diſputatione. 4.

Ens cum diuiditur ſm diuiſionem demonſtratiuam intrabit vna natura in plures artes. 2. phyſi. cõ. 71. Pondera, quia dixit ſm diuiſionẽ demonſtratiuam, quia aliæ ſunt diuiſiones entis abſolute conſiderati, & aliæ ſunt diuiſiones entis, vt cadit ſub opere animæ, vt alias declaraui tibi in Theorematib⁹. Ex hac authoritate colligitur ꝙ de eadem re poſſunt plures ſcientiæ conſiderari ſm diuerſas rationes formales idem. 2. phy. t. cõ. 18. de lineis mathematicis & naturalibus.

Entia naturalia ſunt in potentia, & in actu tribus modis, aut in duob⁹ temporibus reſpectu eiuſdem, aut in eodem tempore reſpectu duorum, aut in eodem tempore reſpectu eiuſdem ſed duobus modis. 3. phy. 8. & 9. com.

Ens tribus modis. ſ. actu & potentia & ſm compoſitionẽ ex actu & potentia. 3 phy com. 58. vide cõmẽ. 3. tertii phyſi.

Entia ſucceſſiua non habent eſſe cõpletum extra animam. ſed eſſe eorum completur ex opere animæ. 4. phy. com. 88. & 104. & 109.

Entia completa ſunt illa, ĩ quorum eſſe nihil facit anima. 4. phyſic. cõmento. 88. & 131.

Entium quædam ſemper mouenẽ vt cœlum, quædam ſemper quieſcunt, vt terra, quædam quandoq; mouentur, & quandoq; quieſcunt, & ſunt quæcunq; ſunt infra cœlũ, & ſupra terram. 8. phy. com. 19.

Entia naturalia in motu, & quiete diuidũtur quinq;, aut ſeptem modis. 8 phy. t. c. 21.

Entis in actu terminus eſt vt ſit tangibile cum ſit impoſſibile reperire corpus non tangibile. Et oẽ tangibile comprehenditur per ſenſum tactus. 8. phyſi. commen. 23. vide in concordantiis.

Ens quodlibet in actu eſt in tempore, videlicet demonſtrato. 8. phyſi. tex. commen. 62.

Entia quorũ nobilitas eſt in actione ſunt diminuta reſpectu entium quorum

quorum nobilitas eſt in ipſis, quia illa quorum nobilitas eſt in actione, non acquirunt nobilitatem per ſe, ſed oportet ꝙ habeant aliquod exemplum quod dedit eis illud pp quod eſt actio, & etiam quia ſunt pp illud quod facit ipſum, & illud pp quod facit illud quod eſt factũ. 2. cęli com. 63. videtur Auer. ponere exemplaria & ideas quas Ariſt. impugnat vbiq;. vide in concord.

Entia quæcunq;, non intendunt p ſuas operationes niſi vt aſſimilent̃ perfecte nobili, quod eſt Deus ſm ꝙ poſſunt. 2. cœli. c. 64. idem. 2. de aĩa. t. c. 34 & 1. phy. t. cõ. 81. & 12. meta. com. 44.

Ens cui accidit reſpectus ſm qđ eſt reſpectiuũ, habet diſpoſitiones cõtrarias & infinitas. 3. cœli. cõ. 9. cõparatio enim eſt accidens ſeparabile a re.

Ens in potentia non inuenitur, niſi in ente in actu. 3. cęli. com. 29.

Ens eſt comprehenſum: & nõ comprehenſum naturaliter eſt nõ ens. 1. de generatione & corruptio. cõ. 19. idẽ. 2. phy. cõ. 47. & habetur ex 3. de anima. tex. cõ. 4.

Ens rationabilius eſt, vt ſit cã generationis non entis quàm non ens entis. 2. de generatione & corrupt. tex. com. 55.

Ens aliquod ſimpliciter nobile in iſtis rebus inferioribus eſſe impoſſibile eſt, propter remotionẽ a prima cauſa. 2. de gene. & cor. t. c. 59.

Ens & vnum licet dicantur pluribꝰ modis, tamẽ prima perfectio in oĩbus illis. ſ. forma magis digna eſt, vt hẽat hoc nomẽ vnũ & ens, quã illud qđ eſt congregatũ ex mã & forma, cõgregatũ. n. non dr̃ vnum niſi pp vnitatẽ exiſtẽtẽ ĩ forma. 2. de aĩa. c. 7. & eſt ex mente philoſophi. in tex. cõtra ponẽtes cõpoſitũ eẽ magis ens & verius ens ipſa forma. idẽ ſcribit Cõm. 7. & 8. primæ philoſophiæ vtrobiq; in. te. c. 7. & 2. phy. c. 4. licet compoſitũ ſm formoſitatem dicat̃ magis ens, ſed ſm rei veritatem forma eſt magis ens, vt notaui tibi in concordantiis, & hoc tene.

Ens potentia, & actus ſunt genera multipliciter dicta. 2. de anima. cõ. 30. idem. 4. meta. t. c. 2. & 1. phyſic. tex. c. 13 & 5. meta. t. c. 14. 7. meta. 15. & 12. meta. 21. & 22.

Entia nihil aliud ſunt niſi ſcientia Dei, & cauſa entiũ nihil aliud ſunt, niſi ſcientia eius. 3. de anima. com. 36. authoritate Them.

Entia omnia, aut ſunt ſenſibilia, aut intelligibilia. 3. de aĩa. t. c. 37.

Entium ſenſibilium diſpoſitio apud ſenſum eſt, ſicut diſpoſitio intelligibilium apud intellectum. 3. de anima. cõ. 37. & tex. cõ. 3.

Entia in quibus dominatur mixtio ignis & aquæ ſuper mixtionẽ terræ, & aeris ſunt lõgioris vitæ, & exiſtentiæ, in aqua. n. & igne ſunt qualitates actiuæ fortiores, quã in aere & terra, Et in aere & terra ſunt paſſiuæ fortiores. Cõm. in cõm. libri de cauſa longi. & breuit. vitæ. Inde patet de mente Auerr. non eſſe in ſummo ambas qualitates in vnoquoq; elemento, & ſine dubio eſt opinio Ariſt. in. 2. de generatio. & corruptio. tex. com. 23. & Cõm. 4. cęli. com. 39. dicit ꝙ omnes conueniunt in hoc ꝙ humiditas in aere eſt maior quàm caliditas. Et iſta fuit opinio eius in comm. ſuper. 1. cantice canticorum. com. 15. & eſt opinio Alexandri in. 1. Metheo. &

libro naturalium qõn ū.quam ſeq tur etiam Io.Gram.in.2. de gño. & corrup.& Simpl.in.4.cęli.Quic quid ſenſerit Gal.& alii de hoc.

Enti in potentia,& enti in actu non eſt aliqua vna intentio cõis vniuoce.1.meta.com.46.

Entia omnia non acquirunt eſſe & veritatē niſi a prima cauſa: eſt igiť ens p ſe & verum per ſe, & omnia alia ſunt entia & vera per participationem eius.2.met.t.c.4.

Ens ſimpliciter eſt ſubiectum vtriuſq; ſcientiæ, quia cõicat ſcientiæ diſputatiue in vĩtate conſideratio nis.3.meta.c.1.idem in cõ.2.&.4. meta.tex.com.5.

Ens quodlibet cõparatum ad aliqd, aut eſt idē, aut diuerſum, aut ſimile, aut diſſimile, aut contrariū, aut non contrarium. Talia.n.ſunt de conſequentibus eſſentialibus entis inquantum ens. Cõm.3.meta. cõ. 2.idem.4.meta.t.c.5.&.re.com.6. Ex quo patet ens inquantum ens habere paſſiones eſſentialiter conſequente ipſum.

Ens & vnũ quæ dñr de generib' altiſſimis nõ ſunt gña eorū, nõ.n notificant de eis vnã nãm cũ naturæ eorũ ſunt diuerſę, gña.n. altiſſima ita ſe hñt ꝙ neutrũ collocatur ſub altero,& vnũquodq; hēt diiã vnã ꝓpriam abſq; eo ꝙ conueniunt in vnã naturã.3.met.c.10.idem. 10. met.c.8.&.12.meta.c.19.&.20.& 1.phy.cõ.13.&.4 meta.t.c.2. Et in prædicamentis. idem Porphirius. in cap.de ſpecie.

Ens & vnũ ſm aliquos ſignificant ſubſtantias ſm aliquos accidentia. 3.meta.c.16. Vide etiã ꝙ Auicen. fuit de illis qui dixerunt, ꝙ ſignificant diſpões accidentales additas eſſentiæ,quia non diſtinxit inter ens,quod ſignificat verum, & inter ens quod ſignificat eſſentias decē prædicamentorũ.4.meta.cõ. 3.&.10.meta.com.8.

Ens & vnum ſm Platonem & Pitagoricos ſignificant naturas ſimplices,& nõ naturas compoſitas,ſicut nomina denominatiua. Et in hoc conueniunt naturales & Empedo. cum eis,ſed differunt, quia Pithagorici dixerunt, ꝙ ens ꝙ eſt ſubã entium eſt ipſe numerus, Plato autem.d.ꝙ ſunt ipſe formæ numerales,ſed nãles dixerunt ſermonē manifeſtiorē in hoc,quia dixerunt ꝙ ens & vnum ſignificant elementũ rerum ſenſibiliũ, quidam.n. dixerunt illud eſſe ignē, quidam aerē; quidam aquam &c.3.met. cõ. 16.

Ens & vnum ſunt magis vĩa aliis.3. meta.tex.com.16.

Ens multis modis dr, ſed ad vnum, & ad vnã aliquã nãm. Et nõ equiuoce 4.meta.t.c.2.

Ens non eſt equiuocum, ſi.n.eſſet equiuocũ, non conſideraret de eo vnaars.4 meta com.2.

Ens non dr equiuoce,ſicut canis qui dr de latrabili & marino,neq; vniuoce, ſicut animal dicitur de hoīe & aſino,ſed eſt de noibus quę dñr de rebus attributis eidem, & ſunt media inter vniuoca & equiuoca. ibidem com.2. Ex quo patet ꝙ inter vniuoca proprie & pure equiuoca datur medium. Quod detř mediũ īter uniuocũ purum,& purũ equiuocum.

Ens dicitur de affirmatione & negatione,& vniuerſaliter diciť de primis intelligibilibus & ſecundis, & ſunt res logicę.4 meta. com. 2. Et habetur etiam in tex.

Ens & vnum ſe conſequuntur, ſicut principium & cauſa,ſed nõ vt vna

ratione

ratione oſtenſa 4. meta t.co.3.
Entis tot ſunt ſpecies, quot ſunt vnius. 4. meta t.c.3.
Ens & vnum aut ſignificant eandē naturam omnibus modis. ſ. ſubiecto & diffinitione, aut vtrunq; conuertitur ſuper alterum & conſequitur ipſum, quia ſignificat eandem naturā ſubiecto & duas diffinitione. 4. meta. com. 3.
Ens & vnum ſignificant eādem naturam in forma, licet diuerſificentur ſm modum. ibidem.
Entis inquātum ens & vnius inquātum vnum eædem ſunt paſſiones ſm ſe. 4. meta. t.c.5.
Entis inquantum ens ſunt quædam propria de quibus philoſophi eſt pſcrutari veritatē, ſicut numeri inquātū numerus ſunt ꝓpriæ paſſiones, vt Iparitas, & paritas cōmenſuratio equalitas excedentia & defectus. 4. met. t. cō. 5. contra illos qui aſſerunt entis inquātum ens ē nō eſſe veras paſſiones demonſtrabiles de ipſo.

Contra negantes ens non habere paſſiones.

Ens & non ens ſunt duæ differentiæ vniuerſaliores rerum opinabiliū, ſicut vnum & multum ſunt rerū entium. 4. meta. com. 6.
Ens & vnum, licet dicantur multis modis attribuuntur vni primo, ſicut alia contraria attribuſitur vni primo in eis, ſic vnum & multa alicui primo attribuunt̄. 4. met. t.c.6.
Ens in potentia eſt indefinitum. 4. meta. t. com. 15.
Ens non ſequitur exiſtimationem niſi entia habeant eſſe in anima, ſed exiſtimatio ſequitur ens. 4. meta. commen. 15.
Ens qđ non eſt in actu, non eſt ens. 4. met. t.c. 15. vide. 9. met. t.c. 7. & 12. meta. com. 11.
Ens dicitur dupliciter, actu & poteſtate. 4. met. t.c. 20.
Entia ſempiterna non acquirunt eē neceſſarium ab aliquo alio, neque in eis eſt aliquid extra naturam. 5. meta. com 5. vide in concor.
Ens aliud ſm ſe, aliud ſecundum accidens, 5. met. t.c. 13.
Ens ſm ſe diuidit̄ in decem prædicamenta. 5. meta. t. cō. 14. & 6. meta. tex. comm. 4.
Ens ſignificat verum & non ens falſum. 5. meta. t.c. 14.
Ens qđ ſignat eſſentiā rei ē aliud ab ente qđ ſignat veritatē. Cōmē. 5. meta. cō. 14 idem in lib. deſtru. in diſpu. 8. in ſol. 1. dub.
Ens primo diuidit̄ in ens p accñs, & in ens p ſe. 6. met. c. 1. vide I cōcor. vbi declaraui ꝙ ſunt plures diuiſiones entis primæ, & illud eſt bñ dcm̄ quia quęlibet eſt prima in ſuo ordine. Dixi tñ ibi illas diuiſiones eē diuiſiones entis, qđ eſt ſubiectum in metaphyſica, ſed aduerte limitādo & melius digerendo dicta noſtra, quæ aliàs iuxta modū loquēdi cōem diximus, ꝙ entis qđ eſt ſubiectum in ſcientia diuina, ꝙ eſt ens extra aīam, & ens per ſe, nam Ariſtote. in. 6 primæ philoſophiæ excluſit ens in aīa a conſideratione metaphyſici, quia eſt ens dimi̅nutum, & excluſit ens per accñs, qa non eſt terminatum, nec eſt ſcibile. Et ideo entis extra aīam, & per ſe, nō ſunt niſi tres dimēſiones, ſm quas tota ſcīa diuiditur diuina. prima eſt diuiſio I ſubam & accñs, & de iſta diuiſione tractatur in. 7. & 8. metaphyſi. Et ideo illi duo libri appellantur tractatus de ſuba, qa denominatio fit a prīcipaliori differentia. Vnde Com. 2. phyſi. com. 4. dicit.

4.dicit.ꝙ ſubſtantia & accidẽs ſũt. drīæ entis,ſm ꝙ eſt ens,& iſtam diuiſionem appellant moderni formalizantes diuiſionem in partes ſubiectiuas. Secunda diuiſio eſt ꝑ potentiam & actum,& de tali diuiſione egit philoſophus in.9.primę philoſophiæ,qui appellatur tractatus de potentia & actu. Et iſta ſunt oppoſita relatiue vt patet.9.meta. t.cõ.13. Et ſic intelligitur dictum Cõm.1.de anima.cõ.6. vbi dicit. ꝙ potentia & actus ſunt drīæ valde oppoſitę, & contingunt omnibus prædicamentis,quia.12.meta.tex. com.22.& infra in omni prædicamento eſt propria potentia & proprius actus,& inter oppoſitiones relatiuas, iſta eſt prima & ſumma. Tertia diuiſio entis eſt per vnũ & multa,& talem diuiſionẽ moderni appellant diuiſionem per paſſiones entis,& hoc eſt ſm Auic.ſnīam quē ipſi ſequũtur in metaphyſica. Nos autem iuxta Ariſt. & Cõmẽ. ſnīam iſtam diuiſionẽ appellam⁹ eſſe per priuatiue oppoſita. Et de iſta Ariſt.locutus eſt in. 10. meta. Et aduerte ꝙ alię diuiſiões ab iſtis, ſicut eſt diuiſio entis in ens per accidens,& in ens per ſe,& ſicut eſt diuiſio entis in ens ī anima, & in ens extra animam,ſunt diuiſiones logicales, & aliæ quæ ſunt conſimiles illis. Et ſcias frater mi ꝙ alia eſt diuiſio entis in ſubſtantiam & accñs & alia eſt diuiſio entis in ens per ſe & in ens per accidens, cuius argumento eſt ꝙ Ariſt.5. meta.t. com. 14.ens ſm ſe diuidit in.10. prædicamenta.quorum nouẽ ſunt accidẽtia. Et iõ diuiſio entis in ſubãm & accidens eſt de diuiſionibus entis,qđ eſt ſubm in metaph. qđ ſm ſuam abſolutam conſiderationem non euadit quin ſit,aut ſuba, aut accidens,ſed diuiſio entis in ens ꝑ ſe,& in ens per accidens eſt diuiſio penes modum prædicandi per ſe vel per accidens. Et per conſequẽs eſt ſm attributa rõnis. Et ſic diuiſio entis in ens in anima, & in ens extra animam,eſt diuiſio vocis pure equiuoce in ſua equiuocata. Dicit enim Cõm. in.7 met.c.15.ens non dicitur de ſubſtantia & accidẽte pure equiuoce ſicut dicunť nomina de affirmatione & negatione,& vľiter de oppoſitis.i. contradictoriis. Et ideo patet quãtum errant qui tenent ens in ſua maxima cõitate, vt dr̄ de affirmationib⁹ & negationibus,& de entibus in anima & extra animã, eē ſubiectum adequatum in ſcientia diuina. Et patet quantum a veritate deuiauerit ille magiſter abſtractionũ Frãciſcus de Mayrone,qui etiã abſtrahit,vbi nulla penitus poteſt eē abſtractio volens enti in anima & enti extra animam eſſe conceptum communem vniuocum. Cõ ra Frã ci. de Mayro.

Entium cõſideratio eſt duobus modis.ſ.modus cõis & proprius.6. meta.tex.com.1.

Ens prima diuiſione diuiditur in ens per ſe, & in ens per accidens. 6.metaphyſi.commẽ. 4. idem. 5. meta.tex.com.13.

Ens per ſe diuiditur in decem prędicamenta.ibidem.

Ens prima diuiſione diuidiť ꝑ potẽtiã & actũ.6.met.t.cõ.4.idẽ.9. primæ philoſophiæ.t.c.1.

Ens per accñs a nulla ſcīa conſideratur,neq; ſpeculatiua,neq; operatiua.6.meta.t.c 4.

Entia per accñs nullam hñt ſpẽm, neq;

neq; gñonē, neq; corruptionem. 6. met. t. c. 4. vbi Cō. deducit nullam ſpēm p accñs inueniri. vide ꝑ hoc 8. phy. c. 46. &. 7. met. com. 22.

Ens per accñs & ens verū excludun tur à conſideratione ſciæ diuinæ, quia ens per accidens nō habet cau ſam terminatā, & ens verum nōn habet cām niſi aīam. Et ideo vtrū- que numeratur in genere entis di- minuti. 6. primæ philoſophię. tex. com. 8. Ex quo elicitur error illoꝝ qui ponunt ens cōiſſimē ſumptū ad ens reale, & ad ens rationis eſſe vniuocum, & in tali cōtate ponūt illud eſſe ſubiectum adequatū in ſcientia diuina. Primū. n. ſtare nō poteſt, quia ens dictum de affirma tionib⁹ & negationib⁹ eſt pure eq uocum, vt. d. Cōm. 7. meta. cō. 15. ſecundū eſt cōtra philoſophū hic.

Cōtra Frā ci. de Mai ro.

Ens non ſignificat prædicamenta, hec modo vniuoco, nec equiuoco. 7. meta. com. 15. &. 4. meta. t com. 2. &. 1. phyſi. 13. &. 2. de aīa. 30. & 12. meta. 21. &. 22. &. 5. meta. 14.

Ens dicitur de decem prædicamen- tis ſm ꝙ ens deriuatur ab eſſe, ſed eſſe non ſecundum vnam intentio- nem eſt in vnoquoque eorum. 7. metaph. com. 15.

Ens ſi non eſt idem cum ſua quiddi tate, tunc nihil eſt idem cum ſua quidditate. 7. meta. t. c. 20.

Entia inueniuntur duobus modis. videlicet forma ſine materia, & for ma in materia. 7. meta. cō. 34.

Ens & vnum non contingit ſubſtā- tiis rerum eſſe, ſicut neq; elemen- to, aut principio eſſe. 7. primę phi- loſophiæ. t. c. 57.

Entia ſenſibilia ſunt entia, licet non intelligantur, ſicut ſunt entia, licet non ſentiantur. 7. meta. t. c. 58. Ex quo patet eſſe cognitum accidere quidditatibus rerum, &c.

Entia cōpoſita ex materia & formā ſunt entia, & vnū p ſuas cāſas, ſed entia carētia mā ſenſibili & intelle ctuali non hñt alias cauſas a ſeipſis in hoc ꝙ ſunt entia & vnā. 8. met. cō. 16. & habetur ex tex. ibidem.

Ens quod fuit in potentia illud idē eſt in actu, & non ſunt duo diuer- ſa. 8 met. t. c. 15. &. 16. idē. 12. met. com. 18. agens extrahēs aliquid de potentia ad actum non congregat ſed diuerſa, largiē. n. nō multitudi nem ſed perfectionem, vt dicit Cō men. in cōm. 15. in. 8. meta.

Ens diuiditur eſſentialiter in poten- tiam & actum. 9. primæ philoſo- phiæ. tex. com. primi.

Entia cum non habuerint actiones proprias, non habebūt eſſentias ꝓ prias, actiones. n. non diuerſantur, niſi per diuerſas eſſentias. 9. meta. com. 7. vide etiam. 1. cœli, cō. 8.

Entia quæ non ſunt extra aīam, nō dñr eſſe ſimplr, ſed dñr eſſe in aīa cogitatiua, aut appetitiua, ſed non dñr entia, ſicut res mobiles 9. met. t. c. 7. vide etiam. 5. meta cō. 15. & 10. meta. com. 2.

Ens in potētia eſt ſimile rei. 10 me- ta. com. 2. vide. 9. meta. commen. & tex. 7.

Ens & vnum vniuerſaliter prædicā tur maxime de omnibus. 9. meta. tex. commen. 6.

Ens & vnum ſunt vniuerſalia quæ non habent eſſe niſi in anima tan- tum. 10. metaphy. tex. commē. 6. idem 7. metaphy. 57.

Ens dicitur de pluribus quam vnū, & cum dicitur de ſignificato rei. 10. meta. com. 6. Vide in concor.

Ens & vnum dicūtur equaliter. tex.

com.7.in.10.meta.& te.c.8.

Entia ſi coloreseſſent,eſſent vtique numerus quidam entia. 10. meta. tex.comm.8.

Ens & vnũ ſunt ſynonyma & ęqualiter prædicamenta diuiduntur ſm ea.10.meta.t.c.8.

Ens & vnum ſm Auic.ſignificant intentionem additam eſſentiæ rei, non enim opinatur q̃ res eſt ens p ſe,ſed per diſpoſitionem additam, & vt dicimus aliquid eſſe album. 10.meta.com.8.Et ibi vide impugnationem,& in.4.primę philoſophiæ.in com.3.idem in lib.deſtru. diſpu.7.in ſol.1.dub.

Ens & vnum ſm Auic.ſignificant accidens in rebus ibidem.

Ens quod ſignificat verũ differt ab ente quod ſignificat genus, nã ens q̃d ſignificat verum eſt accidens: q̃d autem ſignificat genus ſignificat vnumquodq;.10. prædicamentorum multipliciter. 10. meta con tra Auic.qui ignorauit huius differentiam,vt patet ibi.cõ. 8. & in.5. meta.in com.14.

Ens & vnum ſignificant.10. prædicamenta prima ſignificatione & ſine medio,& non mediante aliquo communi,ſicut gen' ſignificat ſuas ſpecies.10.meta.c.8. Vbi pondera differentiam inter genus vniocũ & inter genus analogum.Nã analogum non ſignificat aliquam naturam communem analogatis, ſicut genus reſpectu ſpecierum, iſtã differentiam vide etiam apud luci diſſimum Themi.in.2. de anima, in ca 12.Et eſt in expoſitione tex. 30.Vide etiam Auer.de hoc in lib. deſtructio.in diſputatio.7. in ſolutione.5.dub.

Ens & vnum ſignificant eandem eſſentiam,ſed differunt ſm modum, 10.meta.t.com.8.vbi per rationes tres.ibi oſtenditur,vt exponit Cõmentator.

Ens & vnum non ſignificant idem omnibus modis,ſed ſignificant idẽ ſecundum ſubiectum,& diuerſa ſecundum modum.10.met.c.8.

Ens & vnum non ſunt genera vera. 10.meta.com.12.vbi per vera genera intelligas genera vniuoca,talia.n.ſunt gña multipliciter dicta.

Ens inquantum ens habet accidentia ꝓpria,quæ prima philoſophia ſpeculatur.11.meta.ca.3.& idem habetur in.4.primæ philoſophiæ. tex.com.5.

Ens eſt aliud ſecũdum ſe,hoc autem ſm accidens,ſic & cauſa.11.primæ philoſophiæ.ca.7.idem in.2. pyh. tex.comm.50.

Ens per accidens non poteſt eẽ prius ente ſm ſe.2.phyſi.t.com.66.& in 11.metaph.com.7.

Entium hoc quidem eſt actu ſolũ, hoc autem potentia & actu.11 primæ philoſophię.ca.8.in prin.& in 3.phy.tex.com.3.

Ens ſiue ſignificet & demonſtret vnum genus & vnam naturam,ſiue demonſtret genera diuerſa & nãs diuerſas quõcũq; ſit,ſemp ſũba eſt prior cæteris.12.met.c.2.

Ens diuiditur in potentiam, & actũ in omnibus prædicamentis,Com. 12.meta.cõ.9.&.1.de anima.cõ.6. &.12.meta.com.26.

Ens in potentia dicitur non ens.ſin actu.12.meta.t.com.11.&.5.phy, tex.comm.8.

Ens & vnum ſunt ex rebus vniuerſalibus,quæ non habent eſſe extra animam.12.meta.com.21.

Ens & vnum nõ ſunt aliqua natura

cõ̃ũ

cõius alia a decem prædicamentis, 12.meta.com.21.& comm.19.& 20.&.10.meta.com.8.idem.3.meta.com.10.& 1.phy.13.&.4.metaphy.comm.2.

Entium quædam ſunt ſeparabilia, & quædam non.12.meta.te.com.25.vbi ꝑ ſeparabilia intelligit ſubſtantias.per inſeparabilia vero accidentia.

Entia ſunt duobus modis modo permanente in numero & modo permanente ſecundum ſpeciem 9.meta.comm.32.

Entia nolunt male diſponi, multitudo principum bona non eſt, vnus ergo ſit princeps.12.primæ philoſophiæ.tex.cõ.vlti. Et aduerte ꝙ fuit ſententia doctiſſimi Homeri in ſecundo Iliados.

Entium omnium principia contraria nõ ſunt,quia corporum cœleſtium propria non ſunt contraria. 12.metaphy.tex.commen.53.contra antiquos.

Entium ſpecies duæ ſunt, quarum altera eſt de natura motus, & non poteſt ſeparari a tempore, alia eſt ab æterno, Et nõ eſt de natura motus,& nequit aliquo modo a tempore denominari. Ex libro deſtr. diſpu.1.in ſolu.14.&.15.dub. Iſta etiam eſt Platonis ſententia in Timæo,vbi inquit, At qui nati erit,& erit quę nati temporis ſpecies ſunt, non recte æternæ ſubſtantiæ aſſignamus.

Entia aliqua ſunt,quorũ ſubales diffinitiones cõſiſtunt in motu, vt vẽtus & aliæ res cõſĩles,& cęli, & aliæ inferiores res ſunt,de hoc gñe.ſ.sũt de entibus,quorũ eẽ cõſiſtit in motu.ex diſpu.3.in ſol.9.dub.

Entis vnitas nihil ſignat,niſi diuiſionis priuationẽ,ſicut neceſſariũ eſt denoĩatio priuatiua.ſ. ꝙ ſuũ eẽ nõ eſt ab alio. Ex lib.deſtru.diſput.3, in ſolu. 14.dub.

Ens non ſignat aliqd additũ extra ſuper rei ſubãm, vt albedo. diſput. 3.in ſol.14 cõtra Auicen.idem.4. meta.c.3.&.10.meta.cõ.8. Vide diffuſe in diſpu.5 in ſol.3.dub.

Entis diuiſio p neceſſariũ & poſſe nõ eſt diuiſio,ſicut diuiſio aĩalis p rõnale & irrõnale,aut p ambulãs volatile & natãs. Ex diſp.3. in ſol.14. dub. Vbi aduerte ꝙ loquit̃ de diuiſione neceſſarii & poſſ,facta ex intentione Auic.& Algazelis, quam diuiſionẽ.d.eẽ ignotã & imaginariã,qa nõ dat̃ in rerũ nã,ſed ſecus eſt de vero poſſ,qa illud eſt aliqd in rebus ex parte mãæ, & aliqd ex parte agẽtis. Dicit.n. Cõm. ꝙ ſi nõ eẽt potẽtia nõ eẽt agẽs.12.met.cõ.18. Et in.1.diſp.in ſol.vlti. dub. d. ꝙ poſſitas agentis eſt ſine dubio aliquid,reale extra animam.

Entis diuiſio,aut eſt in ſubſtantiales differentias,aut ad differentias relatiuas,aut ad accidentia addita ſupra entis ſuſtantiam. diſputa.3.in ſolutio.14.dub.

Entis diuiſio in ſubſtantiales differentias infert neceſſario multiplicationem actionum in eodem ente,ſed entis diuiſiones per relatiuas differẽtias,aut per accidentia addita ſuper ſubſtantiam rei,nullam inferunt pluralitatem,ibidem.vbi aduerte ꝙ hoc dupl'r intelligi põt, vł de diuiſione entis tranſcendenter, & vniuerſaliter ſumpti, & tunc diuiſio entis per ſubſtantiales differẽtias eſt per ſubſtantiam & accidẽs, & talis diuiſio ĩfert neceſſario multitudinem actionũ.i.actuũ,qa ſub

ſtantia & accidens ſunt primo diuerſa,& ſunt de differentiis entis. 2.phy.cõ.4. Alia eſt diuiſio entis p relatiuas differentias,ſicut eſt potẽtia & actus,& talis non largitᷣ multitudinem,ſed perfectionẽ.8. met. tex.com.15 &.12.meta.com.18. Tertia diuiſio entis eſt per differẽtias accidentales,quæ dicunt diſpoſitiones additas eſſentiæ, & iſta nõ variant eſſentiam,nec inferſit multitudinem. Vnde non eſt expoſitũ hoc vt ſomniauit ille expoſitor de diuiſione per vnum & multa,quia ſi intelligat de vno, quod eſt ſynonimũ enti,non dicit diſpõnem additam ſupra rei ſubſtantiam cõtra Auic.poteſt ẽt exponi de diuiſione entis limitati,quia ens qdᷣ eſt animal.v.g.poteſt diuidi per dñas ſubſtantiales,vt per rõnale & irrationale,vel per relatiuas, vel per accidentia,& patet ꝙ prima neceſſario infert pluralitatem actionum, ſed non duæ reliquæ. Nam de diuiſione per relationes ꝙ non inferãt multitudinem in eſſentia rei,patet ex his quæ,d.Cõm.hic,ꝙ priuationes & relationes non ſunt denominationes ſignificantes aliquam diſpoſitionem additam ſupra rei ſubſtantiam in actu,vnde quidam putauerunt,ꝙ prædicamentum relationis,non eſt connumeratum cũ entibus extra animam,vt etiã dicit 12.meta.com.19 Amplius ens ſm ꝙ eſt reſpectiuum habet diſpoſitiones contrarias & infinitas,ſed ſecũdnm ꝙ eſt eſſentia,nõ eſt niſi vnũ tantum. De diuiſione etiam facta per accidentia, quæ dicunt diſpoſitiones additas ſuper rei ſubſtantiã ꝙ non inferant multitudinem patet,quia infinita alicui poſſunt accidere. Nota bene hoc.

Ens quodlibet appetit finem ſuum cum motu.ſ.primũ principiũ,put erga illud mouetur deſiderando finem,ſed homo voluntarie, & alia entia naturaliter.ex diſpu.3.in ſolutio.18.dub.in fine.

Entia procedunt gradatim a.1.principio ſm localẽ ordinẽ ſm peripateticos,& quæ fuerit cã,quæ mouit eos ad opinandum hoc,vide in diſpu.3.in ſolu.18.in fine.Et etiã vide.12.meta.com.44.

Ens duas hẽt entitates,vna eſt nobilis.& alia vilis. Et nobilis eſt cã vilis.ex diſpu.12.in ſol.2.dub.

Entium nobilium ſunt duo genera vnũ ſempiternũ motus ingenitũ, atq; immortale. ſcdm indiuiduũ, vt ſunt cœleſtia corpora; Aliud vero eſt genus rerum, quæ qñq; mouentur,& qñq; quieſcunt, ex.2.de genera.aĩal.Cõm.[illegible]. & habetur ibidem ab Ariſt.in tex.

Ens & vnũ ſignificant decem prædicamenta. prima ſignificatione, & ſine medio. 10.primæ philoſophie cõ.8.Vbi ſcias multiplicẽ eſſe differentiã,vt alias notaui in.12.primę philoſophiæ. in cõ.2. inter genus vniuocum & analogũ,quia genus vniuocum ſignificat ſuas cõpõnes mediante aliquo cõi,quia dicitur, aut vnam naturam, aut vnũ conceptum realem obiectiuum intendere ad omnes ſuas ſpecies, & illæ in ſuis ſpeciebus,licet diuerſetur per differentias diuiſiuas, per quas contrahitur ad ſpecies, vt tamẽ in ſe ſpectatur,& quo ad ſuam rõnẽ non permutatur, nec quo ad ſuas differentias cõſtitutas,quia talis diuiſio ex vna parte non cõpetit. videlicet ex his quæ rõnem eius complent

Annotatio l.12.c. met.li.10

plent, ſed ſolum ex his quæ ſunt ſibi aduenientia, ſicut ſunt diuiſiuæ differentiæ; quæ ſunt extra conceptum diuiſi. Et ideo aïal ꝙ eſt ĩ homine & aſino: licet re diuerſitatem habeat, quia hoc eſt rõnale, illud irrationale differentiæ in actũ, non tñ inquantũ eſt ſubſtantia aïata ſẽſitiua permutaẽ, quia ſic non diuiditur, ſed remanet indiuiſũ, ſed genus analogũ, vt eſt in ſuis analogatis, non ſolũ diuerſitas eſt ex parte analogatorũ, imo ſua cõitas ĩ ipſis inuenta diuerſificatur ſecundũ intenſius & principalius & debilius & remiſſius, ſicut ens quod ẽ cõe ſubſtãtiæ & accidenti, non ſolũ differt ex naturis in quibus ſaluatur, imo ratio eius cõis etiã in ipſis differentiã ſuſcipit, ita ꝙ entitas in ſubſtantia principalior & prior eſt, & in accidentali poſterior, ita ꝙ non remanet ĩn aliqua ratione cõi & ĩdifferenti, ita etiã bonũ quod dicitur de per ſe bono, & per ſe appetibili, & de bono ſecundũ quid appetibili, nõ ſolũ differentiã eſt inuenire ex iſtis analogatis, imo ratio cõis ipſius bonitatis variatur ĩ iſtis, & hoc non eſt propter aliã rationẽ; quia vniuocis generibus eſt aſſignaẽ tertiũ cõe diſtinctũ ab vniuocatis, ſiue illud ſit natura, ſiue realis cõceptus, ſed in analogis hoc non eſt, quia talia non habent aliã rationẽ per quã conſtituantur ab illis ſecũdũ quã diuidũtur. Et hoc eſt quod egregie notauit Cõmen. in præſenti, & ante ipſũ Ariſt. & Themiſ. bñ collegit hoc in 2. de aïa. ex tex. 5. Et ſequitur etiã eos Simplicius in 1. de anima in principio. vbi Ariſt. diuidit ens in ſubſtantiã. & alia prædicamenta. Alias aũt differẽtias require vbi. 5. Et ideo mirũ eſt de formalizantibus, qui ponunt conceptus tranſcendentes eſſe ſimpliciter ſimplices, & cum hoc ponunt vniuocationem in ipſis.

Ens dicitur multis modis, vno modo de decem prædicamentis. & eſt de nominibus, quæ dicuntur ſecundũ merã equiuocationẽ, neq; vniuocationẽ, ex paraphraſi metaphy. tract. 1. cap. 1. idem. 4. meta. cõmẽ. & tex. 2. idem ibidem, in tractatu 2. in principio.

Ens ſecundo modo dicitur de vero quod. ſ. ita ſe habet in intellectu, ſicut extra intellectum, ſicut ſi dicimus, ſi natura eſt, ſi vacuum non eſt ibidem. Ex hoc poteris ſcire contra Bononienſes ꝙ quæſtio ſi eſt in ſecundo poſteriorum analiticorum, eſt quæſtio de ente vero vt alias notaui ibi.

Ens vt dr̃ de decẽ prædicamentis aggregantur in eo duo modi, quia. ſ. dr̃ de eis inquantum hñt eſſe extra animam. Et 2. inquantum ſignãt quidditates illarũ eſſentiarũ. ibid.

Ens eſt de nolbus tranſũptis, quia illud quod ſignãt in philoſophia, eſt aliud ab eo, quod a vulgo ſignãtur per ipſũ, nam Philoſophus indicat aliquid ineſſe alicui rei cum dicit, inuenitur prædicatũ, tandẽ apud eos ſignificat aliquid ineſſe in ſubiecto. ibidem.

Ens ſi ſignificaret accidens in re vt pluries repetit Auic. aũt eſſet de accidentibus, quæ ſunt primæ intentionis, aut ſecũdæ. Et vide pulchrã rationẽ contra Auicẽ. in hoc loco, quã nõ adduxit in 4. meta. cõ. 5. & eſt in paraph. vbi. 5. tract. 1. cap. 5.

Ens quod ſignãt verũ eſt accñs, & eſt de ſecundis intelligibilibus. ibidem expreſſe

expreſſe colligi? ab Auerr. Ex quo ſequitur ꝙ quæſtio ſi eſt in 2. poſteriorum. quærit de eſſe vero, quod eſt accidens non reale, ſed intentionale, & eſt ens diminutum. Et iõ abiicitur in 6. primæ philoſophiæ ab Ariſt. qđ nota cõtra modernos.

Ens eſt ſubiectum eſſentiale ſcientiæ diuinæ, & decẽ prædicamenta ſunt ſpecies eius, & dici? de eis, neq; equiuoce, neq; vniuoce, ſed ſm prius & poſterius, ex tract. 2. in paraphraſi metaphy. in principio.

Entia ſũt duplicia, vnum. videlicet. quod aptum eſt inſeruire alteri, qđ eſt finis eius, aliud vero eſt qđ perficit, aliud non, quia ſit gratia eius, ſed quia eſt princeps, ideo perficit illud ex tract. 4. in paraphraſi met.

Entia oĩa eſſe ſub cura & prouidẽtia Dei glorioſi. Vide pulchre in paraphraſi meta. tract. 4. ab Auer. in fine. Et dicamus ꝙ eſſe harum rerũ inferiorũ & earum perpetuitas.

Ens vere & maxime ens a Plat. dicebatur ens ipſiſſimum, vt ita loquar, Them. 1. phyſico. ſuper tex. 26. Et idem infra ibidem. ſuper tex. 31. inquit ꝙ Plato ipſum vere ens conſtituebat ideam, materiã vero primam atque inferiorem eſſe quidẽ, ſed nihil habere entitatis exiſtimabat, arbitrabatur enim nos entia quodammodo eſſe.

Enuntiare in omni re & prætermittere nihil forſan vtiq; videbitur eſſe ſignum, aut multæ ſtultitiæ, aut multæ promptitudinis 2. cœli. tex. cõmen. 34.

Eorundem eſt permixtio & ſeparatio. 1, meta. tex. cõ. 16.

EPATIS principatus in generatione ſanguinis eſt paruul?. & non principalis contra Galenum. ex 3. de partibus animaliũ. Auer. in cap. de corde.

Epar non eſt ſufficiens in faciendo per ſe ſuam operationem, niſi propter calorem tranſmiſſum a corde temperatum in quantitate & qualitate 2. Collig. cap. 9. de iuuamentis membrorum officialium.

Epar eſt in latere dextro, licet, quidã hominum narrẽt in aliquibus hominib? fuiſſe repertum in ſiniſtro & ſplenẽ in dextro. Auer. 3. de partibus animalium. in cap. de epate.

Epar vt dicit Ariſt. in quibuſdã hominibus inueni? in latere ſiniſtro, & ſplen in latere dextro. 4. Collig. cap. 4. de ſignis epatis.

Epatis caro eſt principium generationis ſanguinis & venarum. Gal. 3. de vtil. parti. cap. 12. 13.

Epar habet panniculum in quo eſt neruus. Vide cauſam a Galen. 4. de vtil. parti. cap 12. & 13. Et ibi redditur cauſa, quare habet arteriam, & quare non habet vnum ventriculum magnũ, ſicut duo ſunt in corde, & alia problemata ĩ illo 13. cap. ſoluit ſm viam ſuam.

Epar eſt rubicundius ſplene, ſed ſplẽ eſt rarius & leuius epate, & vide cauſam in 4 de vtil. parti, a Gal. ca. 15.

Epar a quatuor organis expurgatur a duobus renibus a ſplene, & ciſtifellis. 5. de vtil. parti. cap. 10. Et ibi reddirur cauſa, quia habuit minimum neruum,

Epicurus exiſtimauit mobile poſſe per magnitudinem cõponi ex indiuiſibilibus pũctis, & ꝙ mobile moueretur per totam magnitudinem, licet in nullo punctorum moueri dicatur, cuius errorẽ præuidit Ariſt. tãq̃ præſagiens futuꝝ aliqñ hoĩem qui ad talẽ errorẽ eẽt impetiturus.

Them.

Themiſt.6.phy.ſuper tex.8.
Epicicli quos ponunt aſtrologi ſunt falſi, & ſit eſt de eccentricis & magis 1.cęli cõ.5.idem cõ.10.& 2.cœli cõmen.35.
Equalitas dicitur duobus modis ſm continentiam, & ſm hoc dicitur ꝙ circulus eſt æqualis figuræ rectoꝶ, & dr etiam qñ duo æqualia habẽt menſuram cõem qua menſurantur.4.phy.cõ.43.
Equalitas eſt propria quantitati nõ qualitati.nam qualitati propria eſt ſimilitudo 7.phy.tex.cõ 32.idem. 5.meta.tex.cõ.20.& in pdicamẽtis
Equalitas eſt proprium coniunctionis i.cõparationis.7.phy.cõ.34.
Equiuoca inuicem comparari non põt 7.phy.tex.cõ 24.
Equiuocorum alia ſunt quorũ diffinitiones ſunt diuerſę voce & rõne. Alia vero quorũ diffinitiones ſunt equiuocę, ſicut nomina 7. phy. cõ. 26. Notãdum tñ eſt ꝙ talia nõ ſũt pure equiuoca, ſed ambigua, vt notat Cõmen. ibidem in calce cõmẽ.
Equiuocationum, aliæ ſunt multũ diſtantes, aliæ vero habentes quandam ſimilitudinem, aliæ vero proxime, aut genere, aut ſimilitudine 7.phy.tex.cõ.31.
Equiuocis verbis rectum non eſt vti in doctrina demonſtratiua, niſi in his quę licet ſint diuerſa, tamen cõueniunt in omnibus intentionibus de quibus dici poſſunt 3. de aĩa cõ. 20.con ſiſe. 1.de aĩa. cõ. 30. vide 4. primæ philoſo.cõ.2.
Equiuoca non habent prædicatum eſſentiale, licet in eis poſſit eſſe prædicatum, quod vere dicitur de omnibus ſignificatis eius, vt omnis canis eſt pulcher, ſed in equiuocis analogis poteſt eſſe pręđicatum eſſentiale, ſicut in vniuocis 4. met, cõmẽ.& tex.2. idẽ 2. poſteriorum, vbi dicitur ꝙ ſi ſubiectum ſcientiæ & demõſtrationis fuerit analogũ, & paſſio erit analoga, taliũ.n.ſunt diffinitiones, ſeu deſcriptiones quę poſſunt eſſe media in demonſtrationibus, vt patet 2.phyſi. de natura tex.cõ.3.& de motu 3. phyſi.cõ. 4.& tex.cõ.6. ſicut eſt etiam de animæ diffinitione. vt patet 2. de anima.cõ.7.& 30.& cõ.5.in 3.de anima contra Alex. Aduerte tamen ꝙ licet in pure equiuocis aliquod pdicamentum ſm oẽm ſenſum vere dici poſſit, tñ adhuc propoſitio eſt diſtinguenda, ne remaneat intellectus confuſus. 1. cœli tex. cõ. 110. Etiam vt puto propter aliam cauſam ne videantur ignorare dictam equiuocationem &c.
Equiuoce pure dicitur nomen de affirmatione & negatione, & vſr iter de oppoſitis 7.meta.tex.cõ.15.
Equiuocationis modus multũ apud arabes viſitatus inuenitur, vnde qñ aliquod nomen ſignificat aliquid, & ſuum oppoſitum. ver.gr. ceram quod ſignificat lucem & tenebras, & alum quod ſignificat magnum & paruum. Cõmen.7.meta.cõ.15. ſic ẽt apud nos actio qñque ſignificat actionẽ & qñq; paſſionem equiuoce 5.phy.cõ.38.
Equiuocę interrogationes ſunt diſtinguendę quando datur reſponſio talibus interrogationibus 7. metap. cõmẽ. 36. & eſt regula Philoſophi in 1. cœli.tex.cõmẽ.110 & in libro elenchorum.
Equus maxime omnium cæterorũ animalium diuerſicolor eſt oculis. Alii nanq; ceſij altero oculo naſcitur, quod nulli ex cęteris beſtiis

euenit

euenit, q̃uis hoĩes nonnulli altero oculo diuerſo gignantur. Ariſt. in 5. de gn̄atione anim. cap. 1.

Equus inter cætera aĩalia vnus euidentius albeſcit pilo per ſenectutē. ibidē. Et vide cauſam iſtius etiam in cap. 5. ibidem.

Equis cõtra q̃ in cęteris aĩalibus accidit: cum. n. in cęteris ſenectute dentes nigreſcãt, equo candidiores reddunt 2. de natura anim. cap. 3.

Equus mas viuit circiter annis quinque & triginta, femina plusq̃. 40. iã & quinque & ſexaginta annos vixiſſe equum traditum eſt, quinto de hiſtoria anim. cap. 14.

Equę potiſſimum ex feminis incenduntur libidine, mox vaccæ, equæ itaq; equant, vnde vocabulũ id ad hoc vno aĩali traditur maledicto in mulieres libidinoſas. Ariſt. in 6. de natura anim. cap. 18.

Equę tempore coitus humorem ſuis genitalibus ſiſem geniture emittunt, ſed multo tenuiorem q̃ maresquē hyppomanes nõnulli appellant, non q̄ pullis naſcentibus adhe rent accipientium humorem difficilem aiũt eſſe q̄ paulatim labitur. Ariſt 6. de natura anim. cap. 18. Et ibidem dicit q̄ hic præcipue ad veneficia patitur, quod etiã Theocritus in pharmaceutria ſentire visꝰ eſt, licet Ariſt. aduerſet in hoc, quia ſuſpicatur hyppomanē plantã eſſe.

Equus ſalaciſſimum omnium animaliũ, tũ feminarũ eſt: homine excepto. Ariſt. in. 6. de natura animalium cap. 22.

Equi mares ſunt propter coitũ minus viuaces feminis. ibid.

Equorum vita eſt vt plurimũ longiſſima vſq; ad triginta protrahi põt, licet etiam nonnullis vſq; ad quinquaginta protracta ſit. ibidem.

Equa cum peperit ſtatim ſecundas deuorat, atq; ēt q̄ pulli naſcẽtis frõti adheret hyppomanes dictũ: minus cariſa parua. ibidē. Vbi aduerte q̄ aliter ſumitur hyppomanes ĩ hoc loco, & aliter ſupra in eodē lib. ca. 20. eſt. n. nomē multiplex apud Ariſt. vt elicitur ex cap. 18. Et vt notaui tibi in loco ꝓprio, licet Theocritus in pharmaceutria ab vtraq; ſignificatione diſſentiat & opinetᷣ ēt habere tertiam ſignificationem pro plante genere.

Equ ſeniores profecto tã mares q̃ feminę ſunt fecũdiores 6. de natura anim. cap. 22. quod ea rõne euenire credendũ eſt, quia cũ oĩum animaliũ excepto hoĩe ſalaciſſimũ ſit equus ex coitu in iuuentute in modico vſu ſemen refrigeratur, & eſt ſterile. idem in hominibus pleriſq; euenire cernimus.

Equus nõ peruertit innitũ aſini, ſed aſinꝰ equi 6. de nã cap. 23. vide cauſam in 3. de gn̄atione aĩa cap. vlti.

Equa non aſinũ vt aſina equũ recipit, niſi aſinus ſit qui equã ſuxerit admittunt de induſtria, quod hyppotelas vocãt, ac ſi equi mulgos cõgnomines, qui in paſcuis mõ equorum viribus bonis ſuperantes coaleſcent 6. de natura anim. cap. 23.

Equi, muli, & aſini potu maxime pingueſcunt 8. de natura anim. cap. 8.

Equi & cameli libentius aquam turbulentã & craſſam bibunt, quippe quę nec ex fluuio quidē prius hauriant q̃ pede inturbent. ibidem. & infra cap. 24.

Equum & ouem homines vſuperitᷣ tot morbis infeſtari quot hominē referunt 8. de natura animalium cap. 24.

Equatũ genus miro quodã amore ſuę prolis putatur teneri, cuius rei indicium eſt ꝙ ſepius ſteriles auferant pullos a matribus, quos ipſę amore proſequentes tueantur 9. de natura anim. cõ. 4.

Equam regi ſcitarum ferunt fuiſſe egregiam, ex qua mares generoſi omnes generarẽtur, quorum vnũ qui præſtantior haberetur cum vt ex matre procrearet admiſſum omnino recuſaſſe opertã, deinde laxuiſſe matrem, vt imprudens ſuperueniret. verũ vbi a concubitu faciem matris detectã agnouerat, fugam properaſſe atq, ſeipſum actũ præcipitem interemiſſe, ex 9. de natura anim cõ. 47.

Erinaceus & elephantus teſtes intus habent, & vide cauſam 1. de generatione anim. cap. 12.

Error & peccatum hñt latitudinem, quia minus error eſt maior alio 4. meta. tex. cõ. 18. Et ponitur exẽplũ in tex. ꝙ magis errat qui dicit quatuor eſſe mille, q̃ ille qui dicit quatuor eſſe quinque.

Esse ſm veritatẽ in entibus eſt qd intellꝭuale. videlicet. eſſe res extra intellꝭum, ſicut eſt in intellꝭu, ita ꝙ eẽ & verę nomina ſynonyma ſunt ex lib. deſtru. diſputa. 5. in ſolutione. 3. dubij.

Eſſe eſſentialiter non eſt niſi ex cauſa agente & gñante quæ eſt, aut natura aut aĩa, aut intellectus. Cõmẽ. 4 phyſi. cõ. 128.

Eſſe & non eſſe dicũtur de ſubã ſimpliciter, & de accñtibus nõ ſimpꝉr. 5. phy. cõ. 7. & 1. de gñatione & corruptione tex. cõ. 11. & 1. phyſi. tex. cõmen. 62.

Digreſſio dei & eſ-

Eſſe non prædicatur per accidens de aliquo, dicere. n. aliquid eſſe nõ eſt prędicatio per accidens: Cõmen. 1. phyſi. cõ. 27. Ex hoc aſſumit Alex. Achillinus in libro ſuo de diſtinctionibus in principio. Et in 1. libro de elementis dubio. 23. ꝙ eſſe exiſtentię & eſſe eſſentię ſunt idẽ, & ſunt nomina ſynonyma, vnde ſum & exiſto ſunt verba ſubſtãtiua ſynonyme idem ſignificantia. vnde ponit tria corollaria, primũ, ꝙ exñtia qdditatiue dr̃ de his quæ sũt. ſcdm eſt iam allegatum ꝙ ſum & exiſto ſunt verba ſubſtantiua idem ſignificãtia ſynonyme. tertiũ eſt ꝙ duæ primæ qõnes ſimplices, videlicet. quæſtio ſi eſt, & quid eſt, ambę pertinent ad quidditatem, ſed differũt penes hoc, quia quæſtio prima an eſt, pertinet ad quidditatem vniuerſalem rei, & dicitur prima. quia vniuerſalia ſunt nobis notiora, & particularis cognitio vniuerſalẽ præſupponit, cũ ſcientifica fuerit, aut diſtincta. Ex 1. phyſi. tex. cõ. 4. Et ideo particularis cognitio ſecunda dicitur. Secunda vero quæſtio. ſ. quæſtio quid ſit ad particularẽ rei cognitionem ſpectat. Ideo per proprium genus & per propriã dr̃iam, vt patet ex 7. primę philoſophiæ cõ. 43. Et ſubdit ꝙ ex his intelligiẽ dictum Auerrois in 5. meta. cõmẽ. 14. ponentis diuerſitatem expoſitorũ in quæſito ſimplici, ſcilicet vtrũ aliquid ſit, an ſcilicet collocetẽ hæc quæſtio in quæſtionibus accidentis. Et eſt opinio Auicen. quam ſequitẽ Scotus vt aſſerit, aut in quęſtionibus generis, & eſt opinio Ariſto. quam ſequitur Auerro. quia intelligunt per hoc nomen ens aliquod cõmune decem prædicamẽtis analogicè dictum. Deus enim non eſt in genere vniuoce dicto, ſed

ſentia contra Alexã. Achillinũ

Vidẽ & aduerte hic contra iſtã opinionẽ. ꝟba Auer. in epithomate meta. tra. 1. c. 1. ubi diſtinguit quo modis dr̃ ens quia a potiſſimo loquitur.

ſed bene ē in genere analogo, in libro etiam de elementis loco prælegato dicit. ꝙ ens & eſſe ſola grammaticali differentia diſtinguūtur, qualis eſt inter verbum & participium. Nam ens eſt deriuatum ab eſſe: vt dicit Cōmenta. 7. metaphy. cōmen. 15. Et ſic dicit tria, ꝙ cum ens diſtinguatur in potentiam & actum, & in congregatum dicit, ꝙ forma eſt ipſum eē, quia eſt id quo aliquid eſt, ſed forma eſt, quo aliqd eſt, igiť forma eſt ipſum eſſe 2. dicit, ꝙ materia eſt eſſe potentiale 3. compoſitū eſt ipſum eſſe intranſitiue, & eſt ipſum eſſe cōpoſiti, ſed non eſt eſſe tranſitiue, & eſt eē quo ipſum eſt, quia tale eſt forma.

Sed iſta opinio ſtare non pōt in fundamētis Peripateticorum, quia licet in abſtractis a mā, eſſentia & exiſtētia idē ſunt. tñ ſecus eſt in generabilibus & corruptibilibus, ſcribit.n. Philoſophus ꝙ in conceptis cum materia, aliud eſt quidditas, & aliud eſſentia 7. primę philoſophię tex. cō. 34 & 3. de aīa. tex. cō. 9. vbi ſcribit, ꝙ in quibuſdam aliud eſt caro, & aliud carni eſſe, & magnitudo, & magnitudini eſſe. Nam illud quod diuerſificauit eſſentiā a quidditate in iſtis generabilibus, vt ſcribit Cōmē. 3. de anima. cō. 5. in ſol. 3. quæſtionis. eſt materia. Et inde prouenit maxima diuerſitas inter naturas entiū abſtractorū a materia, & naturas generabilium, vñ vidᵉmus Ariſt. ſępe dicere, ꝙ nihil eſt cōe vniuocū illis & iſtis. Et propter hoc tenendū eſt exiſtētiam in iſtis inferioribus in materia conſiſtentibus, non eſſe de quidditate, quod ſic oſtēditur, illud quod eſt de intrinſeca ratione quidditatis non poteſt, nec re, nec intellectu ſeparari a tali quidditate, ſed quidditas poteſt intelligi ſine exiſtentia, igitur exiſtentia nō eſt de quidditate. Sed ad hoc præfatus Doctor nititur rñdere. inquit.n. ꝙ duplex eſt eſſe, nāle & intentionale. Et ſimiliter ens diuidiť per reale & rōnis, & tunc negat minorem, quia licet eſſentia cōcipiať ſine eſſe nāli, nō tñ cōcipiť ſine eē intētionali, Imo ipſa in cōceptu aīę ē ens rōnis, & oportet ꝓportionabiliter correſpōdere ens reale in eē naturali, & ens rōnis foræ hñti eſſe cognitū p intellm̄, nulli.n dubiū ē ꝙ res pōt eē cōcepta, q̄uis nō exiſtat,

Sed iſta ſoľo ſtare nō pōt, nec eua cuat argm̄, quia certū eſt ꝙ eſſentia aut quidditas rei, vt eſt in aīa quidditatiue intelligi pōt, & tñ in tali eſſe, illud eſſe cognitū eſt ſibi aduētitiū, & nō q̄dditate includiť in cōceptu quidditatis, quia qñ intelľus intelligit hoīs quidditatē, q̄ eſt aīal rationale mortale, non intelligit eſſe cognitū, vt clarū eſt. Vnde Cōmēt. 7. meta. ſenſibilia ſūt entia, licet nō ſentiantur, ſicut ſunt entia, licet nō intelliganť. Arguit.n. Philoſophus ibi contra Plat. aſſerentem ꝙ illud qdᵖ ſignificat diffinitio, ſit pars ſubſtantiæ ſenſibilium, tunc.n. vt aſſerit ſequeretur vt eas eſſe intellectas ſit pars eorū eſſe, adeo ꝙ ſi iſta ſenſibilia nō fuerint, intellecta nō erūt. Arguo igitur ſic, ſicut ſe habet ſenſibile apud ſenſum, ſic ſe habet intelligibile ad intellectum 3. de anima tex cōmen. 2. ſed eſſe ſenſatum accidit ſenſibili in eſſe naturali, nam vt inquit Ariſt. in loco præallegato contra Platonem. ſi aſtra non viderentur a nobis adhuc eſſent, igitur pariformiter eſſe cognitum,

tum, & eſſe intellectum accidit intelligibili, ſed per te ita proportionabiliter eſt eſſe rationis ad ens in aĩa, ſicut eſſe naturale ad ens extra animã, igitur ſicut eſſe cognitum accidit obiecto intellecto, ita eſſe actualis exiſtentiæ accidit eſſentiæ in eſſe naturali, ita.ſ. intelligendo quód non eſt de intrinſeca ratione eius. Et confirmatur, quia tale eſſe cognitũ eſt ens diminutũ, & eſt cõfirmatio quædam, cõparatio autẽ accidit rei, & eſt ſeparabilis a re, ſicut dicit Cõmen ta. 3. cœli cõmẽ. 9. Dicit.n. ꝙ ens reſpectiuum eſt hñs infinitas diſpoſitiones & cõtrarias, res aũt ſm ꝙ eſt eſſentia, non habet niſi vnum, & eſt quodãmodo ſua eſſentia. Et hoc ẽt eſt quod aperte dicit Auic. in 5. ſuæ met. ca. 1. Equinitas eſt tantũ equinitas: non eſt in actu, nec in potentia, non eſt ſingularis, nec vniuerſalis, nec eſt exiſtens in his ſenſibilibus, nec in anima. Ecce igitur ꝙ tam eſſe ſenſibile & naturale, ꝙ̃ eſſe in anima ſeu eſſe cognitũ ſunt aduẽtitia quidditati. Confirmaẽ, quia diuiſio ꝑ põam & actũ eſt diuiſio per modos q̃ ſunt accñtia, ſicut ſcribit Cõmẽ. 2. phy. cõ. 32. vbi per diuiſionem cauſarũ per modos exponit diuiſionẽ per accñtia. videlicet. quia non ſunt de intrinſeca ratione cauſarũ, ſicut ꝑ ſingulare & vniuerſale per ſimplex & cõpoſitũ per põam & actũ. Vnde ſicut ſingularitas & vl̃itas non ſunt de intrinſeca ratione quidditatis, ſic neq; actus, neq; potẽtia. ampli⁹ ſi aliqua eſſentia includeret quidditatiue exiſtentiam actualem, quæ tempore perficitur, maxime eſſet eſſentia motus. Nam tempus, aut eſt idem quod motus, aut eſt paſſio q- dam ipſius. 12. meta. tex. cõmẽ. 29. ſed eſſentia motus abſtrahit ab exiſtentia temporis, ſicut ſcribit Cõm. in 4 phyſicæ auſcultationis authoritate Alexan. cõm. 101. vbi dicit ꝙ quando Ariſt. dicit, tempus eſſe numerũ motus, non eſt intelligendũ ꝙ menſurat eſſentiã motus, & ibidem cõ. 97. dicit, ꝙ motus põt imaginari ſine tempore, quia eſt prior natura, & hoc patet manifeſte, quia in diffinitione motus non apparet tempus. Vnde non aduerterunt iſti qui ponunt exiſtentiã eſſe de quidditate rei, quod auferunt prioritatem naturæ, quia exiſtẽtia non eſt niſi reſpectu ſingularis, & ita non poſſet intelligi genus ſine ſpecibus cum eſſentia generis ſit in ſpecieb⁹, nec poſſet intelligi ſpecies ſine ſingularibus cum exiſtentia ſpeciei ſit in indiuiduis, & multa alia quæ cõtra Ioannem ſuperius annotauimus in conſimili materia. Amplius in exiſtentia per ſe quidditatiue diceretur de natura humana, ſequæretur quód omnia attributa quæ vere competeunt naturæ humanæ, quatenus eſt exiſtens ſibi per ſe competerent, & ita cum naturæ humanæ, quatenus exiſtens eſt competit quód ſit ſingularis, quia nihil exiſtit niſi ſit hoc, & ſingulare, & ſimiliter ſibi vt exiſtens competit quód generet quód ſanetur, ſequeretur igitur quód homo per ſe ſanaretur per ſe generaret & per ſe generaretur, conſequens eſt contra Philoſophum ſeptimo primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 28. & in prohemio meta. actus & generationes omnes ſunt circa ſingulare, vnde homo ſanatur, quia Sortes ſanatur. Vnde mirum eſt per vitam meam

meam quomodo nõ aduerterũt ꝙ non eſt maior rõ vt exiſtẽtia ſit de quidditate rei q̃ ſingularitas, vnde Cõmen.2. de anima cõmen. 9 dicit,ꝙ indiuiduum fm ꝙ indiuiduũ eſt per formam, quia non eſt indiuiduum niſi ſecundũ ꝙ eſt in actu, & nõ eſt in actu niſi per formam. Ecce igitur ꝙ exiſtentia eſt,quæ in diuiduo cõpetit fm ꝙ indiuiduũ, non igitur cõpetit naturæ ſub qua indiuiduum eſt collocatum.principium enim per ſe notum eſt, & ab omnibus conceſſum Peripateticis ꝙ nihil exiſtit niſi ſingulare.Vnde 12.metaphy.cõmen.27.verus reſpectus eſt particularis, cũ vniuerſalia non habent eſſe extra animã.

Amplius autem falſum eſt, & ab omni veritate remotum ꝙ quæſtio ſi eſt, & quæſtio quid eſt: ſint ambę queſtiones ſpectãtes ad quidditatem, & ꝙ non differunt,niſi ꝑ particulare & vniuerſale, quia tũc ſequeretur ꝙ de rebus ſimplicibus in quibus non ſunt niſi cauſæ vniuerſales,nõ poſſunt ambæ iſtę quæſtiones formari, ſed ſolũ iſtæ quæſtiones formarentur de rebus compoſitis in quibus aliæ ſunt cauſæ ꝓpinquę a cauſis vniuerſalibus, hoc autem falſum eſt, & contra Philoſophum, & omnes expoſitores, nã de omnibus formari poſſunt, ſcribit enim Cõmen.contra Them.4. cœli cõmen. 22. & in paraphr. ibidem.clarius in ſumma ſecunda, ꝙ eſt differentia inter ſimplicia & cõpoſita:nam ſimplicium cauſę ſunt ſimplices & tales ſunt etiã propriæ cauſæ, nam in ſimplicibus non inueniuntur niſi cauſæ vniuerſales tantum, & hæ ſunt ſibi etiam cauſæ proprię,in compoſitis vero cauſæ ꝓpriæ ſunt res additę cauſis ſimplicib⁹ & vniuerſalibus. Et ideo ad illorum notitiã non ſatis eſt cauſas vniuerſales exponere, & proprias negligere. Amplius ſi demõſtratio non abſtrahit ab actuali ex illa,ſequeretur ꝙ dẽmſtrões mathematicæ oẽs eſſent ſophiſticę paralogizantes,quia omnes ĩnituntur principiis & propoſitionibus quæ non habent eſſe extra aĩam, vt dicit expreſſe Cõm.in 3.phy cõ.60. ꝙ iſtę propões,pũctus motus facit lineã, & linea ſuperficiẽ,& ſuperficies corpus,ſunt propões opinabiles geometricæ, q̃ nõ hñt eſſe extra aĩam. Amplius Ariſ.1.poſterioꝝ dicit. ꝙ arithmeticus ſupponit vnitatẽ eẽ, & quid eſt vnitas. Aliud aũt eſt vnitatis eſſe, & quod quid eſt vnitatis. Alterans autem dicit,diuerſitatem in eſſentia, & non alteritatem quæ hæc eſt inter quidditatem vniuerſalem & particularem. Amplius quæſtio ſi eſt, terminatur ſyllogiſmo hipothetico per naturã, vt docuit Cõmen.in lib.prio. in cap.de ſyllo hypothetico, nec aliqua via quam ꝑ diffinitionẽ, diffõ aũt nõ dicit aliquid eſſe, aut aliquid non eſſe ex primo poſterioꝝ. ſequitur ergo ꝙ iſtę quæſtiones longe aliter differũt inter ſe, q̃ per vniuerſale & particulare. Nec obſtat authoritas Cõmentatoris in 5.meta. cõmen. 14. dũ dicit,ꝙ in quæſito ſimplici ſunt diuerſificati expoſitores,in quo q̃ritur,an aliquid eſt, quia quidã dixerunt in 2.topicorũ, ꝙ reducunt ad problema de accidente: & quidam ad propblema de genere, nã illud nõ fuit dictũ ꝑ Auic. qui reduxit illud ad ꝓblema de genere. Nã nõ eſt cõſuetudinis Auer. Aui. dicere

dicere Ariſt. expoſitorem. Nā ꝑ expoſitores appellare cōſueuit Alex. & Them. ex nouis, ex antiquis vero Theophr. & Eudemū, vt ē videre in doctrina eius. Amplius Ariſt. nō dr̄ Ariſt. expoſitor, nec eſt verū ſm Ariſt. qđ quęſtio ſi eſt, quærit de eſſe quid eſt genus, immo q̄rit de eſſe ꝙ ſignificat veritatē, & ex cōſequenti ꝙ ſpectat ad ꝓblema de accidēte. Et de hoc adduco verba Auer. in ꝓpria forma in diſpu. 8. in Solut. 1. dub. vbi dicit contra. Auic. n. vt recitat Commen. 4. Meta. cō. 3. voluit ꝙ ens & vnum ſunt diſpōnes accidentales, cōſequētes propriam naturam. Hoc autē eſt error, & ideo dicit omnia fundantur ſuper vnum errorem. v3. ꝙ eſſe rei eſt vnum ſuorum conſequētium, & reddit cauſam, id. n. quod præcedit in ſcientia noſtra quidditatem rei, eſt id quod ſignificat verum eſſe. Et ideo q̄n petimus ſi res ē ens, vel ſi habet eſſe, & illa res habet cauſam inferētem ſuum eſſe, tm̄ valet quantum dicere. vtrum habet cauſam vel nō, vt patefecit Ariſt. in principio ſecundi Poſter. ſed ſi illa res non habet cauſam tātum valet quantū dicere. Vtrū res habet conſequens inferens ſuum eſſe, & q̄n ītelligitur de ente id qđ intelligit̄ de re vel ſubſtantia, tunc ſumitur modo generis analogicè dicti. Ecce igitur manifeſtiſſimū ꝙ quæſtio ſi eſt in principio libri Poſterior. quærit de eſſe quod ſignificat veritatem propoſitionis, & non quærit de eſſe quod eſt genus. Et ſic etiam ſm Ariſt. illa quęſtio reducitur ad problema de accidente, & non ad problema de genere, nam eſſe quod ſignificat veritatem propoſitionis ſignificat accidens & eſſe, qđ ſignificat ſubſtantiam rei reducitur ad genus, ſed quid fuit in cauſa ꝙ iſte vir & ille Sueſſanus inciderunt in talem errorem, vt aſſerant ambas illas quęſtiones eſſe de eſſentia & quidditate? quia non potuerunt videre quomodo illa prima qō cū ſit demrātiua poſſit q̄rere d̄ illo eē ꝙ ſignificat accn̄s, quia illa eſt qō topica, ſed ſi vidiſſent Auer. in 2. Poſte. in magnis Cōment. com. 3. vtiq; hoc nō dixiſſent. ibi. n. apertę vult Cōmen. ꝙ quæſitis quę numerantur in lib. Topi. vtitur demrātiuus, ſicut eis vtitur topicus, ſed diuerſo mō, quia demōſtrator q̄rit q̄ſita in ordine ad diſpoſitiones q̄ ſunt extra animā, & per relationē ad primas intentiōes, topicus vero tractat de illis in ordine ad ſecundas intentiōes, ſicut dicit. Et tu videas ibi eū, igit̄ in ꝓpoſito qō, an ſit ꝑt ad vtrunq; ſpectare, & ſemꝑ quærit de eē qđ pertinet ad problema de accidente, q̄n quęrit de eſſe vero & de topico nō eſt dubiū, & de demonſtratore patet ꝑ authoritatē Auer. vbi. ſ. in diſpu. 8. ſic igitur eſſe actualis exiſtentiæ, non eſt de quidditate rei. Non aūt intelligas, qōnē ſi eſt q̄rere, an res actualiter exiſtat, ſed q̄rit vtrum habeat cauſam, vel in eſſendo, vel in inferendo per quā pōt oſtendi ꝙ actualis exiſtentia ſibi pōt cōpetere, nā demrōnes & diffinitiones abſtrahūt ab actuali exiſtētia, ſicut probatū eſt ſupra cōtra Ioan. de Gandauo, qui fuit author iſtius opiniōis manifeſti erroris. nō obſtat authoritas Auer. 1. Phy. com. 27. vbi aſſerit ꝙ dicere aliqd eē non eſt ꝑdica

tio per accñs, quia ſumitur eē nominaliter.i.dicere aliqd eē ens,qa tunc ens ſignificat ſubſtãtiá rei,& ē ꝑdicatio in prĩo mõ,quia ꝑdicatur ſuperius de inferiori, quia ens illo mõ eſt genus analogũ, & hoc declarant verba eius ſequẽtia in illo cõ. ſed ibi eē ſignificat veritatē ꝓpõnis & bene erit ꝑdicatio p accñs, nec obſtat authoritas Cõmē. 2.Ph.cõ.71.ꝙ prima philoſophia cõſiderat de rebus exiſtẽtibus inquãtũ exiſtũt,qa ibi ſenſus ē,ꝙ prima philoſophia cõſiderat de entibus ĩquãtũ ſunt entia,& nõ ſignificat ꝙ ſit d reb' accñtaliter exiſtẽtibus,& ꝙ dicit ꝙ ens eſt deriuatũ ab eſſe: vt aſſerit Cõmẽta.in 7.Meta.cõ.15.Rñdet ꝙ vt exponit Alber.illã authoritatē in tract.1.ca.4. Tale ens qđ dr̃ de ꝑdicamentis accñtiũ eſt deriuatũ ab eē, ſed nõ ens qđ dr̃ de forma ſubſtãtiali, qa talis nõ eſt ens, & eſt deriuatũ ab eē,ĩmo eſt ens,cuius actus eſt eſſe, ſed actus accidẽtiũ nõ ē eē,qa multa nõ dãt eē niſi ẜm quid, & eē ẜm quid nõ eſt eſſe ſimplr̃: ſed deficit ab illo,& nõ eſt deriuata ſimilitudo eius, ꝙ aũt aſſerit ꝙ ſunt tria eē. v3. eſſe qđ eſt forma & eē qđ ē materia,& eē cõpoſiti,dicim' nos ꝙ ſi p eſſe ĩtelligit exiſtentiá, vnũ eſt oĩum iſtarũ triũ ſubſtantiarũ exiſtentia, quia nõ oportet multiplicare entia ſine neceſſitate, ſed exiſtentia eſt a forma prĩcipaliter, compoſito vero & materię cõpetit in participationē, ens.n. & vnum cũ multipliciter dicant, qđ vere ē, actus eſt 2.de Ani. vnde Boet.in li. de vnitate & vno, dicit omne eē ē a forma. Quod ēt Peripatetici deſcribentes dixerunt, eſſe eſt exiſtẽtia formę ĩ materia. Nec ſequit ꝙ ſit dare medium inter actũ primũ & ſcđm, quia forma non dicitur actus primus, niſi pro quanto dat eē ſimplr̃ ipſi cõpoſito, & formaliter tale eē eſt effectus formę, effectiuę vo ē effect' agẽtis ꝙ mediante forma ꝓducit tale eē, & tale eſt in ꝑdicamẽto ſubſtãtię, ſicut effectus reducit in illud genus in quo eſt cã eius. Vnde ēt punctus ꝓpriè loquẽdo nõ ē ſubſtãtia, neq; qualitas, neq; quãtitas &c. ſed ē principiũ quantitatis. nõ oportet.n.oĩa q̃ pertinẽt ad rē alicuius ꝑdicamẽti recipere ꝑdicationē formalē. Et in recto illius vt clarũ eſt,& ſic nõ oportet ꝙ ſi exiſtẽtia differt realiter ab eſſentia, vt ſit dare mediũ ĩter ſubſtãtiã & accñs, qa eē exiſtẽtię eſt reductiue in ꝑdicamẽto ſubſtãtię, licet nõ ſit formaliter, neq; materia, neq; forma, neq; ſubſtantia cõpoſita, eſt tñ effectus formalis formæ & efficientis effectiuè, vt dictũ eſt, põt tñ dici accidẽs nõ ſumẽdo accñs, vt ẜm rē diſtinguitur cõtra ſubſtãtiã, ſed ꝓut diſtinguit cõtra id qđ eſt de quidditate, & ſic exiſtentia accidit quidditati, ſicut dicit Philoſophus in ꝑdicamẽtis. ꝙ hõ accidit animali. Teneo ergo materiã & formã eē partes eẽntiæ cõpoſiti, & ꝙ ipſa eſſentia ſit ipſũ cõpoſitũ in iſtis generabilibus & corruptibilib', & ꝙ eē actualis exiſtẽtię, ē realiter diſtinctũ ab eſſentia, & eſt ẜm rē in ꝑdicamẽto ſubſtantię reductiuè mõ prædicto. Et hoc in via Ariſ.& Cõmē. & in hoc concordes ſunt Thom.& Egi.Roma. in ſpeciali tractatu de ente & eſſentia, ſed diſcordia eſt in duob', inter viã Cõmē.& Latinorũ, quia.

Latini

Latini dixerunt materiā non ſolū eē partē eſſentię, verūetiam partē quidditatis imitati in hoc opinionē Auicen.in 5.ſuę Meta.cap.2. Et Scotus in 7. Metaph.& in 3.ſnīa⁊ idē tenet. Antiqui aūt Peripatetici & Cōmē.diſtinguūt inter quidditatē & eſſentiā in iſtis īferioribus, & volūt materiā eē partē eſſentię, ſed nō partē quidditatis, nam tota quidditas eſt ipſa forma. Materia aūt ē quidditatis vehiculū, & ſub hac ratione apparet in diffinitiōibus: ſcribit.n.Commē. ꝙ quidditas hoīs eſt hō vno mō, & nō eſt hō alio mō, & eſt forma hoīs, & ñ eſt hō qui eſt cōgregatus ex materia & forma. Alia dña eſt, quia iſti tenent in oībus creaturis eē diſtingui ab eſſentia, in ſolo.n. Deo eſſe & eſſentia ſunt idē oīb⁹ modis, ſed ſm Auer.& Ariſt.in oībus abſtractis a materia eē & eēntia ſunt eadē licet nullibi ęque pfectè verificetur hoc niſi de primo principio, ſed in generabilibus & corruptibilibus ſecus eſt, vt iā declarauimus. Placuit.n.nobis digredi in hoc loco, q̄a multi ſunt decepti tēpeſtate nr̄a ī iſtis maīfeſte ſicut vidiſti &c.

Eſſentia non eſt elemētum, neq; ex elemētis, & hoc neceſſe ē in oībus cōpoſitis: nā formę rerum ſunt ſuperadditę elemētis 1.de Ani.com. 77.idem 7. Metaph.tex.com.vlti. & 1.de Generat. & Corruptio. 84.

Eſſe ſenſibile & nutribile eſt ſm eē viuum in eo q̄d viuum, ſed eſſe calidum, vel frigidum, vel graue, aut leue eſt ſm ꝙ eſt corpus naturale 1.de Ani. commē.vltimo.

Eſſe ſenſibile quēadmodum diuiditur in materiam & formam, ſic eē intelligibile diuiditur in conſimilia his duobus. ſ. in aliquid ſimilē materiæ, & in aliquid ſimile formæ 3. de Ani. commē.5. in Solutione quæſtionis tertiæ.

Eſſentialiter tale prius eſt eo, ꝙ eſt per accidens 4. Meta. com.14.idē 3.Phyſi.t.com.66.& 4.Phy. com. 43. idem 1.Cœ. com.14.

Eſſentiæ rerum ignotæ cognoſcuntur ex ſuis actionibus 7.Metaphy. comm.9. Vide in 1. de Ani.in t.c. 11.& in 2.de Ani. in t c.33. & 42.

Eſſentiæ rerum ītelligibilium ſunt exiſtentes, licet non intelligantur 7.Meta.t.c.58. Vide in concordā.

Eſſe eſt nobilius nō eſſe 9.Metaph. 20.& in 2.de Generatio. & corruptione tex.commen.59.

Eſſentiæ prædicamentorū & quidditates non habēt aliquod cōe, ſed ſunt diuerſæ 10. Meta.com.8.

Eſſentia prima nō habet materiam 12. primæ Philoſophiæ com.49. Et elicitur ex tex.

Eſſe rerum ſequitur colligationem earū, & ſi ſic, dans ergo colligationem eſt dans eſſe, & quia quodlibet colligatū vnitur ex aliqua re a qua fit vnū, & vnum ex quo colligatur pcedit ab vno per ſe ſemper exiſtens. ſequitur ergo ꝙ ſit vnum ſolum per ſe exiſtens, & ꝙ illud det vnam rem per ſe, & ex hoc procedunt entium ſpecies ſm naturalem diuiſionem earum. Ex libro deſtru.diſp.3.in Solut. 12.du.

Eſſe ſm Auicē. ſignificat diſpōnem additā ſupra ſubſtātiam rei extra animam & res & ens quaſi accñs rei cui attribuitur. Ex lib. deſtru. diſput.5.in Solut.13.dub. Ita etiā dicit in 4. Metaphyſi.commen.3. & in 10.Metaphyſi.comm.10.de ente & vno, idem inquit Auicen. ſpecia- *Digreſſio cōtra modernos de q̄dditate cōpōne & eē ſm Auic. & ſm Auerr. in quo cōſiſtat eorū dña.*

ſpecialiter autem in lib. deſtru. loco prçallegato, iſto mõ deducit ex verbis Auic. iſtam fuiſſe eius opinionem ꝙ eſſe & ens ſignificat aliquod accidens extra materiã additum ſupra rei ſubſtãtia iſto modo quia Aui. dicebat, ꝙ quidditas rei eſt ante eſſe, hoc aũt iſta rõne oſtẽdebat, quia põt quidditas hoĩs per diffinitionẽ ſciri, ẽt quidditas triãguli & figuræ non conſiderando vtrum habet eſſe in re extra aĩam, vel non, & ideo dixit ꝙ tale eẽ eſt adueniens poſt rei quidditatẽ, & ẽ accidens inherens ei: vnde tale eẽ non eſt pars conſtituens rei quidditatẽ, & inde contingit ꝙ intellectus comprehendit rei quidditatẽ ignorando, vtrum tale ens hẽt eſſe reale extra aĩam, aut non. Ex iſtis Auic. verbis deducit Cõmẽ. hanc fuiſſe ſniam Auic. & aduerte ꝙ litera antiqua ẽ deprauata ibi, & fuit cauſa erroris, ꝙ expoſitor illius loci & Alex. Achillinus & alij ſequaces, nõ intellexerunt mentẽ Auc. ĩ illo loco. tñ potuerũt ĩtellexiſſe ex alijs locis, debet igiť litera ſtare, ſic patet ꝙ illud eſſe quo vtiť non eſt illud qđ ſignificat ſubſtantias rerũ. ſ. illud qđ eſt tanq̃ genus, neq, illud qđ ſignificat rẽ eſſe extra intellectũ &c. Et vis rõnis Auerr. ad probandũ Auic. tenuiſſe eſſe dicere quoddã accidẽs aduenieẽs extra aĩam ſupra rei ſubſtãtiã, & inhærere ei in hoc conſiſtit, cũ apud Peripateticos ens ſumatur duobus modis, Vno mõ ꝓ vero, & alio mõ pro oppoſito priuationi i. pro illo cui opponiť priuatio. i. non ens qđ dicit entis priuationẽ, ſed Auic. dictum aſſerentis rei q̃dditatẽ eẽ ante ipſum eſſe nõ põt verificari nec pro ente vero, nec pro ente qđ opponitur priuationi. igiť ſumiť tertio mõ vt. v3. dicit qđdã accidens adueniẽs extra aĩam, ſicut albedo corpori, vt ſtatim probabiť. Aſſum ptũ probať, nã ens qđ opponitur priuationi, diuidiť in. 10. ꝑdicamẽta: & eſt ſicut gen⁹. v3. analogũ dictũ de eis: quia prius dŕ de ſubſtãtia, & inde procedũt ſtare, iſto mõ debet ſtare alia entia, q̃ ſunt in ſecũdo mõ. Vult dicere ꝙ cũ ens qđ oppo niť priuationi diuidaťin 10. ꝑdicamenta Ariſt. n. in 5. Meta. t. c. 14. & ĩ fine ſexti ens extra aĩam diuiſit in prędicamenta decẽ. Tale. n. eſt qđ opponitur non enti qđ ẽ entitatis priuatio. Ideo quia ens ẽ pri⁹ ꝓ priuatione, res igiť q̃ ſunt in decẽ ꝑdicamẽtis. ꝓcedunt oĩa q̃ ſignificãt priuatiões, q̃ priuatiões cõtineniť in altero mõ. ſ. ſub priuatiõe oppoſita enti. Figmenta. n. & vł ea q̃ formaliter entia nõ ſunt, ſub priuatione & nõ ente cõtinentur, priuatio ãt eſt poſterior habitu, & oſtendit tale ens dici ſm pri⁹ & poſterius, quia abſolute diciť de ſubſtãtia & ſimpliciter, ſed accñs dŕ ens eo ꝙ habet eẽ ĩ eo ꝙ eſt ens ꝑ ſe iuxta ſniam Philoſophi in 7. primę Philoſophię te. c. 2. Alia vero dicunť entia, eo quia taliter entis. Et aduerte ꝙ in litera antiqua ſequiť & ens ꝙ primo genere ĩtelligitur eſt cõe oĩbus ꝑdictis. Et ſi ſic iaceat ſenſus clar⁹ eſt, q̃a iſtud ens qđ ſignificat eſſentias decẽ ꝑdicamentorũ prima ſignificatiõe & ſine medio, vt dicit Cõmẽt. 10. Meta. cõ. 8. & illud qđ eſt ſicut genus, & eſt cõe cõmunitate ꝑdicationis analogæ, vt dictum eſt, ſed alia litera nouiter impreſſa habet,

ſed

ſed ens qđ dicitur pro vero, cõicat in eo oĩa prędicaméta ęqualiter. Et ſi iſto mõ iaceat ſenſus, etiã eſt clarus,& facit nos lucrari iſta ſecũ da tranſlatio vnam differentiã inter ens quod ſumitur pro vero. Et inter ens cui opponit̃ priuatio, qa ens cui opponitur priuatio dr̃ ſm prius & poſterius,& analogice ſm Peripateticos, ſed ens pro vero dr̃ de omnibus ꝑdicamẽtis ęqualiter & quaſi vniuoce. Et rõ ẽ, quia ens pro vero non ſignificat niſi ens diminutũ, qđ eſt reſpectũ ad aĩam, quia tunc aliquid dr̃ habere eẽ in veritate, qñ ita eſt extra animã ſicut eſt ĩ anima. Veritas.n. vt dicit Cõmenta.in diſp. 1. in Solõne 22. dub. Et ẽt hic ẽ adequatio rei ad ĩtellẽum. Et hic dicit ſm nouã trãſlationẽ ꝙ eſſe in rei veritate in entibus eſt quid intellectuale, & eſt eẽ rẽ extra aĩam, ſicut eſt in anima, & id qđ illud ſignificat eſt ſynonymũ veri, & eſt id qđ ſignificatur ꝑ copulã cathegoricã in propõnib⁹ cathegoricis Nã dictio eſt, dr̃ dupliciter. primo id qđ ſignificatur vt cum dicimus, ſi res eſt, aut non eſt, aut ſi hoc erit hoc, aut nõ erit hoc ſcđo mõ id qđ ꝑdicatur de entibus tanq̃ gen⁹,& vbi patet, ꝙ ens qđ eſt ſynonymũ veri ſumitur pro eſſe qđ eſt copula, q̃ in cathegoricis ſemp eſt nota ꝑdicati, ſignificat n. quandã cõparationẽ quam ſine extremis non eſt ĩtelligere, & veritas in tali cõpoſitione & diuiſiõe cõſiſtit, vt dicitur in 3. de aĩa. Et ideo tale ens verũ, quia eſt ĩ anima,& eſt ens dimidiũ Ariſt. excluſit aditũ ſuũ, ſed ens extra aĩam, quia opponitur diuiſiõe retinuit. Et illud diuiſit tribus diuiſionibus penes quas ſcĩas illa diuidit̃, ſicut pulchre notauit Commen. in prologo ſuper 7. Met. Et ideo ſcias frater mi, ꝙ iſto mõ ens ꝑ ſe ſũptũ vniuoce dr̃ de decem prędicamentis, quia veritas ęque bene poteſt adaptari & conſiſtere in cõpoſitione conceptuũ ſignificantium ſubſtantiã, ſicut in cõpoſitione conceptuũ ſignificantium qualitatẽ, ſicut.n. iſta eſt vera & quidditatiua, hõ ẽ animal, ita ſine aliquo diſcrimine, iſta eſt vera. albedo ẽ color, & linea eſt quantitas, non.n. hic ẽ analogia,& ita patet ꝙ tenẽtes vniuocationẽ entis, tenuiſſent hoc de ente, qđ eſt ſynonymũ veri, tunc Peripatetici nõ eẽnt diſcordes ab ipſis, ſed ipſi tenẽt hoc ẽt de ente, qđ ſignificat eſſentias decẽ prędicamentorum,& equiuocatio decepit eos,& opinio Plato. ſic igitur ĩtelligis qũo ſecunda tranſlatio verior eſt, & tunc ſequitur ẽt de tali ente vero, qđ eſt quid intellectuale. i. ens in anima & dimidiũ. Vnde litera antiqua eſt corrupta quę dicit, ſed ens qđ intelligit̃ pro genere eſt quid intellectuale. ſ. res eẽ in anima, ſicut eſt extra aĩam, patet. n. ꝙ falſa eſt, ſed debet ſtare ꝑ vero. Vbi dicit primo genere, iã.n. ꝑdixerat in illo loco ꝙ eſſe in veritate ſignificat eẽ extra aĩam, ſicut in aĩa, & hoc eſt quid intellectuale & ens rõnis & ens diminutũ, vt patet etiã ex cõmẽ. 8. in eadẽ qõne contra Auic. & ita ẽt noua trãſlatio iacet vt poteris videre. Et dicit Cõmẽ. ꝙ hęc ſcĩa. ſ. etiã veram ꝑcedit quidditatẽ rei. Pro quo debes ſcire vt eſt ſnĩa Auerr. in. 8. diſpu. in Solut. 1. dub. contra Auic. id qđ præcedit in ſcientia noſtra

quidditatem rei ē id qđ ſignificat eē verum. Vnde cum in principio ſecundi Poſte. Anali. Philoſophus ponat duo q̃ſita ſimplicia. ſ. ſi eſt, & quid eſt, dicit. ꝙ quęſitum quo quæritur an aliquid ſit, pręcedit q̃ſitum quo quæritur quid ſit. vult Comm. ꝙ quęſtio ſi eſt, quærit de eſſe vero, quod ſignificat ens dimidium importās cōpoſitionē quādam ſine extremis nō poſſibilem intelligi, in qua compoſitione conſiſtit veritas aut falſitas, vnde vt dicit q̄ñ quęritur an res ſit, v' habeat eē ſi illa res eſt habēs cām, vel nō, & ſi non habuerit cauſam, & de illa quęritur: vtrū ſit tantum valet, ac ſi quæratur vtrū habet aliquid cōſequēs, puta effectū vel proprietatem, vel operationē, ex quo poſſit inferri a poſteriori ſuum eē, & hoc eſt qđ dicit etiā in 5. Meta. cō. 14. ꝙ expoſitores in 2. Topi diuerſati fuerunt in q̃ſito ſimplici, quo q̃rit, an res ſit. vtrū coordinetur in problematibus accidentis, vel in problematibus generis, qui. n. intellexerunt ꝑ eē verū coordināt in problematib' accidētis, qa eſt verę ſicut accidens quoddā rōnis, vt ſupra dictū eſt, ſed eſſe qđ eſt ſignificat eſſentias decē prædicamētorū & eſt genus, ita ꝙ q̄ñ quęro, vtrum Deus eſt, iſta quęſtio ē multiplex, quia iſta dictio eſt, duo ſignificat, vt paulo ante dicit Cōmen. vel ſignificat copulā cathegoricā in cathegorica ꝑpōne. Et tunc ſenſus eſt: vtrū iſta cathegorica ſit vera, q̃ ſignificat Deum eē & quærit in hoc caſu, vtrum ſit aliqua cauſa ī inferēdo, quia Deus nō habet cauſam in eſſendo, per quā poſſit oſtēdi veritas iſtius, ſi autē ly eſt, ſignificat eſſentiā, ſenſus eſt, vtrū Deus ſit eſſentia quędā, & tunc primus ſenſus reducitur ad problema de accidente. Et ſecundus ad problema de genere, quia ens qđ ſignificat rei eſſentiā eſt genus analogū. Et ex his locis intelligis quantum errauerit ille Alex. Achillin. & moderni qui voluerunt ꝙ q̄ō ſi eſt in 2. Poſte. eſt q̄ō de eſſentia rei & de ente qđ ſignificat eēntiā: cuius tñ oppoſitū aperte colligit' ab Auer. in oībus iſtis allegatis locis. Et ſequitur Cōmen. & illa quidditas q̄ ꝑcedit in nr̄o intellectu eſſe, nō eſt vera quidditas, immo ex expoſitiōe quadā nominis, iſto mō debet ſtare litera, vt patet ex noua tranſlatione, & ſenſus eſt talis, ꝙ q̄ñ dicimus, qđ quid eſt ꝑcedit, ſi eſt: hoc intelligit' nō de vera rei quidditate, ſed ſolū quid nominis, nā vt patet in 2. Poſte. duplex eſt quid ſeu diffinitio. ſ. quid noīs & quid rei, quid noīs non eſt vera quidditas, quia vt dr̄ ibi & notatur ꝑ expoſitores diffinitio quid nominis indiſcriminatim cōpetit tā entib' q̄ n̄ entibus & cōplexis & incōplexis, ſed quid rei nō niſi entibus & incōplexis tñ hominis entis albi, nō eſt diffinitio. ex 7. Metaphy. ſed licet diffinitio quid nominis ꝑcedat q̄ōnē ſi eſt, & q̃ſtionē quid rei, illa . n. ꝑcedit oēm q̄ōnē & oēm ſciā, nā, vt dr̄ in 4. primę Philoſophiæ oportet ꝑſupponeṙ ſignificata nominum in oī q̄ōne & inquiſitione ſcientifica, tñ quæſtio quid rei ꝑſupponit quęſtionem, ſi eſt, q̄ quęrat de eſſe vero, nā quærit vtrū res habeat eē reale extra animam, ſicut eſt in anima, hoc. n. eſt eſſe veritatis correſpondētia rei extra ad

rei intra. Ex hoc igitur vt colligamus fragmenta ne pereant cõpletur tota Auer. deductio, ex verbis Auic. inferẽdo ipſum poſuiſſe ens & eſſe extra animã ſignificare qdã accidens reale inherens, & adueniens ipſi quidditate, & additũ ſupra rei ſubſtantiam ſic. Nam Auic. dicit, ꝙ quidditas rei eſt ante eſſe reale rei, quia intellectus poteſt ſcire quidditatẽ hominis, aut trianguli in generando, vtrum habeat eſſe reale extra materiam vel non, tunc ſic, aut Auic. intelligitur ſm diuiſionem bimembrem Peripateticorum diuidentium ens in duo. v3. in ens verum, & in ens qd ſignificat ſubſtantiam ſeu eẽntiã rei, aut oportet addere tertiũ membrũ ꝙ eſt ens, ꝓut ſignificat aliqd accidens reale adueniẽs quidditati & inherens ei, ſed nõ poteſt intelligi pro illis duob⁹ membris ex diuiſiõe vulgata Peripateticorum. igitur ipſe poſuit tertium mẽbrũ, antecedens probatur, & primo ꝙ non põt ĩtelligi pro ente vero, qa quidditas vera rei, quę exprimitur per veram diffinitionẽ non pręcedit eſſe veri, quia quando Peripatetici dicunt, ꝙ quidditas præcedit eſſe non intelligunt de vera quidditate, ſed ſolum de quid nominis, quia quid nominis præcedit ſi eſt, ſed quid rei præſupponit, ſed quęſtio ſi eſt vt diximus ex mẽte eius in principio diſputationis octauę, quærit de eſſe vero, igitur dictum eius non eſt verũ de primo membro. Nec etiam eſt verum pro ſecundo membro. v3. ꝙ quidditas præcedit eſſe quod ſignificat eſſentiã rei: quia vera quidditas includit in ſuo intellectu ens qd ſignificat rei quidditatem & eſſentiam, igitur relinquitur qd Auic. voluerit eſſe reale extra animam dicere quoddã accidẽs reale ſuperueniẽs quidditati rei, ſicut ſunt accidentia extra animam, q̃ adueniunt ſupra rei ſubſtantiam, vt albedo & ſapor, & iſta ni fallor eſt indubitata ſnĩa Auerr. in omnibus ꝑdictis locis, quia verum vero cõſonat ex omni parte. Et ex hoc ſcire poteris quæ fuerit mens antiqua Peripateticorum de iſta cõpoſitione qnta, q̃ ẽ ex quidditate & eſſe, ſeu vt loquuntur Latini ex eſſentia & eſſe. Et nos ſi Deo placuerit, faciem⁹ opuſculum propter multos errores qui paſſim circunferuntur, & Deus ſit dator auxilij in hoc &c. In hoc tñ vnum pręcipuũ dubiũ remanet in via Auer. iuxta ſnĩam Peripateticorũ, & eſt, quia etiã ipſe concedit dictum Auic. & fundamentũ. v3. ꝙ quidditas rei diffinitiuę cognoſci põt ſine reali rei exiſtẽtia, alioqn diffinitiões nõ eẽnt, niſi exiſtẽtiũ, quatenus ſunt exiſtẽtes, & ꝑ conſequẽs diffinitio eẽt rerũ ſingulariũ, quaten⁹ ſingulares qd eſt falſum. Vnde ipſe in 4. Cœ. ſumma 3. cap. 1. concedit, diffinitiones abſtrahere ab actuali exiñtia, & tũc reddit dubiũ Auic v3. ꝙ tale ſit aliqd additũ ſupra rei ſubſtãtiã, & per conſequẽs accidẽs. ſoluitur, vt mihi datur cernere, ꝙ eẽ realis exiſtẽtię extra aĩam fundamẽtaliter eſt natura rei q̃ denotatur exiſtere. tñ tale eẽ vt dr̃ verũ ſic ad animã, quia importat talẽ adequationẽ rei ad intellectũ, & tale eẽ reale iſto modo definitio ꝑſupponit, licet tale eſſe definitio non includat. Aliud. n. eſt ꝑſupponere

ſeu prçexigere,aliud eſt ĩcludere; & ſic conciliantur verba eius. vnde Auic. dicebat verũ eſſe quidditatiuum præcedere ipſum eſſe,ſed hoc non eſt verum, quia ꝑſupponitur vere quidditati vt ſit habens veritatem .i.non habens conceptũ qui ſit ratio ĩ ſe falſa, de tali enim non poteſt haberi diffinitio quid rei, ſed quid nominis tantum.

Eſſe in primo principio non eſt ſine quidditate, neq; primũ principiũ habet quidditatẽ ſcire eſſe ſm Philoſophos, immo opinati ſunt ꝙ eẽ cõpoſiti non eſt denominatio addita ſupra ſubſtantiã,& ꝙ hęc denominatio acquiritur ei ab agẽte, & ſic putauit ꝙ id qđ eſt ſimplr & abſq; agente,non habet dictã determinationẽ additam ſupra ſubſtantiã,ſeu quidditatem, & ꝙ qdditas ſua nõ differt a ſuo eẽ.Ex li. deſtru.diſpu. 8.in Solut. 1.du. Vide in concordan. nuper editis.

Eſſentia dicitur abſolute de indiuiduo qđ non eſt in ſubiecto, neq; dicitur de ſubiecto, qđ eſt indiuiduum ſubſtantiæ ex Paraph. Meta.cap.de eſſentia in tracta. 1.

Etas nouella & ſenectus magis q̃ flores fęminas generat, ĩ altera .n.calor nõdũ pfect⁹ eſt, in altera deficit Ariſ.ĩ 4.de Gene.aĩal ca. 2.

Etas quadrupedum quõ dignoſcatur. Vide in 6. de nã Aĩal. cap. 25.

Eterna non continentur a tempore. 3.Phy. 32.& 4.Ph.te.com. 118.

Eternę res non continentur a tempore,& res ęternæ ſeparatę a materia, neque continentur a tempore, neq; habent coexiſtentiam cũ tempore 4. Phyſi.com. 117.

Eternitas in continuo eſt eſſentialiter, & in ſucceſſiuo accidentaliter 8. Phyſi.tex.commen. 56.

Eternũ qđlibet a parte ante eſt ęternum a parte poſt, & econuerſo 1. Cœ.tex.comm. 124 & infra.

Eternũ ſi corruptibile foret,natura neceſſarij cõuertetur in naturam poſſibilem 1.Cœ. commen. 138.

Eterna aut cauſa ſunt, aut cauſam hñtia,& cãm hẽt quicqd illi ineſt, & accidit cãtũ eẽ neceſſario 2. Cœli. Auerr. in Para. ſumma 2. q̃ſi. 4.

Eternę res nõ hñt agẽs niſi ſm ſimilitudinẽ,neq; hñt ex quatuor cauſis niſi formalẽ & finalem,& ſi habuerint aliqđ quaſi agens nõ erit niſi inquantum eſt forma illi, & conſeruans ipſum 4. Cœ. com. 1.

Eternæ & non ęternæ nihil eſt omnino cõmune 3. ca.de Subſt.orb.

Eternũ ñ pt eẽ ps rei gñabilis & corruptibilis 1. Meta.te.c. 35. Caueãt igit̃ q tenẽt ex mẽte Cõmẽ. aĩam intellectiuã eẽ vere ptẽ eſſentialẽ hoĩs in ratione formæ dantis eẽ. (Cõtra ponẽtes aĩa; itellectiuã ſm Cõmẽ.eẽ formã dantẽ eſſe.)

Eternũ & corruptibile ſũt cõtraria ĩmediata,& hoc ẽ manifeſtũ,nulla.n ẽ nã media ĩter eẽ abſtractũ & mãle 1.Met. c. 39. vid ĩ ꝯcordã.

Eterna nõ hñt potentiã 9. Meta.te. com. 17. idem 2 Cœl 32. & 34. & 12. Meta. 30 & 1. Cœ. 20. Et in fine etiam, vbi nota ꝙ ĩtelligitur de potẽtia ad corruptionem, quia in eodem 9. Metaph. in loco allegato dicitur in tex. ꝙ bene poteſt eſſe potentia ad aliquod accidens.

Eternum quodlibet eſt actio pura, & quod eſt actio pura nõ hẽt potẽtiã 12. primę Philoſophię. t.c. 3?. idẽ 9. primę Philoſophię te.c. 17. Eſt autem nihil potẽtia ſempiternum 3. de Ani. com. 5. in Solutiõe quęſtionis tertię. videtur loqui ſolum de primo tm̃. Vide in cõcor.

Eternũ

Eternum eſt duplex, quoddam eſt eā actionis æternæ, quia non facit niſi vnam actionē æternam & hoc eſt primum cœlum, quod mouet motu diurno,& aliud quod agit actiones diuerſas,vt quæ mouentur in orbibus decliuibus, & maxime eorum eſt ſol,remotus.n.& propīquus facit contraria 12.met.t. cō. 33.& in 2.de generatio. & corrup. t com.56.

Eternæ res differunt a rebus creatis in hoc ꝙ qñ ſunt effectæ nō adiungitur eis priuatio propter quam indigeant agente: vt ab eo continuetur earum eſſe,ex lib.deſtr. diſp.3. in ſol.8.dub.

Ethera antiqui appellauerunt ſupremum locum a currere ſemper ſempiterno tempore, ponētes denominationem ipſi, 1.Cœli t.commen. 22.Conſimile legitur apud Plato. in Cratillo, qui aſſerit Deos eſſe,arbitrabatur,ꝙ ſunt in perpetuo curſu,ſeu motu.

Ethiopum vita eſt non naturalis,& complexiones eorum exeunt a cōplexionibus humanis valde,& habitatio eorum in ſuo loco eſt per accñs,ſ. cum ſint illic ſpeluncę in quibus habitant,ſicut reliqua animalia. Auer.in 2. Metheororum, cap. 2.

Ethiopes ſunt vna extremitas latitudinis humanæ, & theutonici, & ſchlaui ſunt alia extremitas. ibid.

Ex,prępoſitio denotat in idiomate arabum qñq; ſubiectum, & qñq; oppoſitum 1.ph. commen.58.vide in 5.primæ philoſophiæ, com. 29. vbi hř ꝙ famoſior ex ſignificationibus iſtius prępoſitionis ex,eſt quando importat genus cauſę materialis; materia enim definitur per eſſe id ex quo fit aliquid,vt in exiſtente.

Ex,prępoſitionis famoſior ſignificatio eſt quando aliquid dř fieri, ex alio tanquam ex materia,5. meta. commen.29.

Ex, præpoſitio tranſumptiue ſumit pro iſta præpoſitione poſt, 5.met. tex.com.29.

Ex aliquo fieri aliquid dř duob⁹modis potentia, & actu, 1. phyſi.tex. commen.78.

Ex calido fit magis calidum, nullo facto calido in materia, quod non eſſet prius calidum 4. phy.t.com. 84. facit contra tenentes intenſionem formarum fieri per additionē partis gradualis ad partē graduałē.

Excellens neceſſe eſt diuidi in excellentiam,& in id quod excellitur 4. ph.t.com.71.

Excrementum aliud vtile aliud inutile eſt,primo de generatione animal.cap.18.

Excrementum,& colliquamentum differunt.ibid.

Ex duobus eſſētis ſumme contrarijs tertium gñari poteſt 2. de gñat.& corrup t.com.27.

Ex duobus actu exiſtentibus impoſſibile eſt vnum actu per ſe fieri 7. Meta.t. com.49. & 8.Metaph.tex. com.15.

Exempla licet non vſitentur in doctrina demonſtratiua,in rebus tñ, quę non intelliguntur, niſi per cōparationem ad aliud vſitari pñt 1. phy.commen. 81. conſimile 3.de anima,com.14.4.phy.com.84. & 2.de anima 149.

Exemplis poſitis de literis ſi poſt adducantur exempla de materijs, demonſtratio erit manifeſtior 4.ph. commen.71.

Exē-

Exemplorum non requiritur verificatio ſed manifeſtatio 2.de anima commen.67.ita & d.Philoſophus in lib.Priorum. exemplis vtimur non ut ita ſint,ſed vt audiant, qui addiſcunt.

Exemplaria dicere eſt propinquum ad dicere formas ſenſibilium eſſe ſeparatas 7.met.com.56.

Exemplum ad faciendum fidem eſt infirmiſſimum argumentum. & propterea illorũ demiror prudentiam, qui arbitrãtur exempla vim probationum habere.Themiſt.1. de aĩa,cap.24.& habetur ab Ariſt. in 2.priorum.

Exercitium largitur naturæ hominis præparationem,quæ in ea non erat ante ſcientiam,& nõ eſt remotum,vt virtus moralis operetur in hoc,& maxime caſtitas, 7. phyſi. commen.20.

Exercitium quid ſit,&quotuplex ſit require 6.Coll.ca.2.

Ex fundamentis quæ ponit natura his eſt ꝙ plures formæ ſunt in materijs 2.phyſi.commẽ.21. idem 1. Phyſi.11.

Exiſtens in alio per ſe,aut exiſtit tãquam ſubſtantia, aut exiſtit tanq̃ accidens: & vtrunq; aut exiſtit cũ medio,aut ſine medio: ſubſtantia cum medio eſt homo vnus:ſubſtãtia ſine medio eſt rationale viuũ: accidens cum medio eſt corpus coloratum: accidens ſine medio eſt ſuperficies colorata. vnde dr̃ in textu, ꝙ anima nanq; pars quædam eſt hominis: in qua primo eſt ipm̃ viuere: & ideo iſta,rõnale viuit eſt immediata,ſed homo viuit eſt mediata. Et ex hoc loco ſcire potens quomodo viuere equiuoce dr̃ ĩ corruptibilibus, & in ſempiternis natura,corruptibilia viuunt mediante anima,ĩ qua primo dr̃ eſſe ipm̃ viuere: & quia anima informat talia per formalem inhęrentiã: ideo, viuere transfunditur ad talia com poſita,ita ꝙ ibi aliquid dr̃ viuere p vitam,&animari per animam:ſed corpora cœleſtia ſunt viua,quia intelligentia eſt vita,& quia ipſa habet ſuam ſubſtantiam,& non formal'r inhęret orbi:ideo ibi nihil dr̃ eſſe animatum per animam, nec dr̃ ibi eſſe aliquid viuum per vitã, ſed dñr viuentia per ſe pro quanto intelligentia ipſa eſt vita. & dicuntur animata per ſe pro quanto intelligentia aſſiſtens in anima. & hoc eſt, quod pulchre dixit Commen.in 8.Metaph.in com.12. & ĩ 1.cap.de ſubſt. orb.habet eandem ſententiam ſicut poteris videre.

Exiſtimatur verbum hoc apud Ariſto.quandoq, d. certitudinem, & ſcientiam certam 4 ph.com.33.vide etiam 1.de anima,com. 19. & 2.de anima 52.

Exiſtimatione Ariſt.quandoq; vti pro certitudine 2.de aĩa,cõ. 52. & 1.de anima com.19.

Forma non eſt eſſentialiter in materia neque priuatio, qm̄ ſi aliqua forma eēt eſſentialiter in materia, tunc mā nō reciperet oēs formas 7.Meta.com.8.idem 1.Phy.com. 63.& 69.& 79.& 1.cap.de ſubſtātia orbis idem 3.Cœ. com. 67.vide tamē Alexan. pulchre in 1.lib. Natural.q̄onum cap.vel q̄ne vlt. vbi pulchre declarat q̄ō forma licet nō ſit p ſe in mā in primo modo dicēdi p ſe & ſimiliter de priuatione. ſi tamen loquamur de p ſe ſecundo modo, de quo meminit Ariſt. & Theophr. in poſteriorib' Analiticis, & eſt qn̄ aliquid per ſe ineſt alicui qd̄ ponitur in ratione dicente ꝙ eſt ſicut par & impar p ſe inſunt numero, quia numerus ponitur in ratione ipſorum, ſic forma materialis per ſe ineſt materię & priuatio ēt, quia materia ponitur A le. ſb. nāl. q̄onū

tur

tur in rõne iſtorũ & non econtra. Et ita qñ Commẽt dicit ꝙ forma & priuatio nõ ſunt eſſentialiter ĩ materia, intelligitur eẽntialiter primo modo & non ſcdo mõ. nã vt ſcribit Commẽ. in 2. de Ani. com. 67. iuxta doctrinam Ariſ. in 1. Poſter. Analit. duo ſunt modi propoſitionũ eſſentialium. vnus in quo prædicatum eſt cauſa ſubiecti, ſicut dicẽdo ꝙ homo eſt rationalis: alius vbi ſubiectum eſt cauſa prædicati, vt homo eſt viſibilis.

Forma habet intentionẽ magis ſeparabilẽ q̃ materia 7. Met. t. cõ. 8. vbi Commẽ. dicit ꝙ intẽtiones ſeparabiles in intellectu, quæ. ſ. non intelligũtur per ſe, ſunt magis ſubſtantię. Et ideo exiſtimatur ꝙ forma ẽt ſit ſubſtantia cum ſit quidditas quam ſignificat diffinitio & cõgregatũ ex materia & forma ẽt ẽ ſubſtãtia. Et hęc duo ſunt magis ſubſtantia q̃ materia. vbi aduerte ꝙ vt ſcribitur in 9. Primę Philoſophię. t. c. 13. licet potẽtia & act⁹ opponant̃ relatiue: potẽtia tñ ꝑ ſe refertur ad actum: actus autẽ nõ refertur ad potẽtiã niſi pro quanto potẽtia refert̃ ad ipsũ. Et ĩde ꝓuenit alia dña ꝙ potẽtia intelligitur ꝑ aliud: actus autẽ per ſe. vt colligitur ex 9. primę Philoſophię. t. c. 20. & quia potentia ad materiã reducitur, & actus ad formã. vt ſcribit Commẽ. in 12. primę Philoſophię, in com. & t. 26. ſic intellectus formę eſt magis ſeparabilis quam intellectus materiæ. De hoc tamẽ vide latius in contradictionibus.

Formæ ſunt plures & non habent eandẽ actionem cõmunẽ. ideo ex actionibus formarum non potuit in naturali Philoſophia declarari prima forma ſicut ex paſſionibus materierũ potuit declarari prima materia Commẽta. 7. Meta. com. 9. vide in concordantijs.

Formę Plat. ſunt deſtructę ab Ariſ. in ſcĩa diuina, & quia non ꝓſunt ad ſcĩam, & ẽt quia nihil proſunt ad generationẽ 7. Meta. com. 22.

Forma non eſt generabilis & corruptibilis niſi ꝑ accidẽs, & ſilr̃ eſt de materia & generabile & corruptibile in rei veritate eſt indiciũ ſuũ cõpoſitũ ex mã & forma 7. Meta. t. c. 23. & 26. 27. 31. 33. idẽ 8. Met. t. c. 8. & 12. Metaph. com. 18.

Forma ſi per ſe generaretur & faceret, tunc generationes procẽderẽtur in infinitum 7. Meta. t. cõ. 26.

Forma eſt cauſa ipſius eẽ omnibus 2. de Ani. t. c. 37. inde locans in libro de vnitate & vno omne eẽ eſt a forma, quod ẽt Peripatetici deſcribentes dixerunt ꝙ eſſe eſt exiſtentia formæ in materia.

Formæ ſeparatæ non pñt tranſmutare mãm: non. n. tranſmutat materiam niſi illud quod eſt in mã. & ideo contingit dicẽtibus mundũ generari ꝙ trãſmutans ipſum ſit aliquod indiuiduum. ſ. corpus particulare 7. Meta. t. cõ. 28. & 31.

Formæ non generantur per ſe, quia ſi ita eſſet, tunc generatio eẽt non a materia 7. Meta. com. 31.

Forma & materia dñã habẽt, quoniã forma prædicatur ꝑ ſe de habẽte formã ſm ꝙ declarat quidditatem eius ſubſtantialẽ: materia vero nõ prædicatur de habẽte formam vera prædicatione nedũ vt prædicaret per ſe: idolum. n. non dicitur cuprum, nec homo caro 7. Meta. com. 34. vbi aduerte ꝙ notabiliter appoſuit illam conditionẽ

ſpecifi-

ſpecificātē.v3. ſm ꝙ declarat qdditatē eius ſubſtantialē: nā forma & materia pñt comparari ad ſubſtantiā cōpoſitā ex materia & forma dupl̄r, vno mō in eē reali. & ſic appellant̄ partes ſm fidē apud Cōmēta. in 1. Phy. cō. 5. & ſic tā materia q̄ forma ſunt partes eſſentiales ſubſtātię compoſitę ex materia & forma, ſicut fatet̄ idē Commen. in principio iſtiuſmodi cō. 34. vbi dicit ꝙ, materia ſm cōſiderationem ad ſubſtātiā cōpoſitā ex materia & forma, eſt pars ſubſtantię cōpoſitę, alio mō pñt cōparari ī eē qdditatiuo, & ſic ſola forma indicat rei qdditatē & eſt tota rei quidditas & materia, & ſic nō ē pars qdditatis, ſed eſt vehiculū deferēs ipſam quidditatē: & hoc eſt qđ dicit Commē. ꝙ forma in tali cōſideratione vt habet declarare quidditatē rei ꝑdicat̄ ꝑ ſe de formato, vnde forma hoīs eſt hō vno mō. i. in eē quidditatiue ꝯſiderato ipſo hoīe, alio mō nō eſt hō, & eſt dū hō cōſiderat̄ in eē reali, vt teſtat̄ Cōmēta. ēt in eodē 7. Meta. in cō. 21. Ex quo collige iſtā ꝑ ſe in primo mō, hō eſt aīa ei⁹: illo mō cōſiderādo hoīem, ſed materia nō prędicatur vera ꝑdicatiōe de formato ꝑ verā prędicationem. Commen. intelligit prædicationem formalē & in recto, quia iſta eſt falſa, hō eſt caro, aut ſanguis, nedū vt prędicet̄ ꝑ ſe, ſed ſolū materia prædicatur de formato denominatiue, quia dicitur homo carneus, & idolum cupreum, conſimilem ſententiam imitatur Themiſt. in 3. de Anima in cap. 27.

Forma inuenitur ſine materia & in materia 7. Metaph. com. 34.

Forma nō dicitur de forma vniuerſali & de forma particulari, quæ ē forma materię demōſtratæ 7. Metaph. commē. 35. & 36.

Forma differt a materia, quia cum fuerit forma erit res, ſed materia cū fuerit non erit res 7. Meta. c. 37 Et fuit ſentētia luciſſimi Them. ī Paraph. ſuꝑ 2. de Ani. ī principio, vbi dicit hoc eē diſcrimē inter materiā & formā, a materia. n. res habent vt fierent, a forā vero vt eēnt.

Formę q̄ nō niſi in vna materia exiſtunt a qua nunq̄ ſeparant̄ in eē, pñt tñ intellectu ſeparari 7. Meta. t. cō. 37. idem 2. Phy. tex. com. 12. cogita tamen de tali abſtractione ad quem artificem ſpectat.

Formæ mathematicę differūt a formis naturalibus, qa cū inueniant̄ in diuerſis materijs, intellectus facile cōprehendit diuiſionē talium formarum a materia, ſed in naturalibus cum difficultate 7. Meta. commen. 37.

Formę naturales, aut plures, aut oēs nō pñt eē ſine materia Cō. 7. Meta. cō. 39. idem Philoſophus in 6. prīę Philoſophię. t. c. 1. Et ibi Cōmē. declarat quare dixerit aut plures, ad excipiendum intellectum.

Formas quarū actiones apparēt in materia ſeparatas eē, ē ſermo magis exiſtimabilis q̄ ſermo Plat de Ideis. & de hoc perſcrutatus eſt Ariſtot. in libro de Anima. 7. Metaphy. commen. 51.

Forma eſt ratio & hoc aliquid ens ratione ſeparabile 8. Meta. tex. cō. 3. idem 2. Phy. tex. com. 12. vbi dicit Commen. ꝙ forma eſt ſeparata a materia ſm diffinitionē non in eſſe: impoſſibile. n. eſt formam ſeparari a materia: ſeparatio enim

formæ

formæ à materia ē corruptio eius 4 Phy.com.18. & in eodem octauo, inquit Commēta. in com.8. ꝙ formæ cùm diſtinguunt ab intellectu a materijs, inuenit eas aliud a ſubiecto, & aliud a cōpoſito ex eis & ſubiecto: cum aūt intelligit congregatum ex eis.i.ſenſatū inuenit eas, idem in diffinitione & non diuerſa.

Forma nulla artificialis eſt ſubſtantia, nedum vt ſit ſeparata 8. Meta. com.9.& 2. Phyſi. com.13.

Forma nulla ſubſtātialis recipit magis aut minus, nō eſt vnus hō maioris humanitatis q̄ alius hō ſm formā, ſed ſi fuerit, erit ſm ꝙ eſt Ieo forma in materia 8. Metaphy. tex.com.10.& hoc eſt rationabile, quia in 1. Cœ. & mundi in t.c. 92.& 95. ſimiliter in omnibus his quæ natura, & his quæ ab arte cō ſimili alterū eſt ipſa ſm ſe ipſam forma, & q̄ eſt mixta cū materia.

Forma quæ eſt vltimum in Gener. & finis ſunt vnum in ſubiecto & duo ſm modum.8. Meta t.cō.12. idem in 2.Phy. tex.com.70.

Forma non patitur ſm ꝙ eſt forma a primo tranſmutāte eſſentialiter, ſed patitur per accidēs. vnde trāſmutatio eius nō eſt prīa tranſmutatio, ſed ſm ꝙ eſt forma in paſſiuo.ſ. in materia. Commentat. 9. Primæ Philoſophiæ. commen. 2. idem ni 4. Cœ commen. 22.& in 3. Cœli commento 28. vbi habet quòd in motu elementorum,

Forma inquātum forma mouet, ſed vt ē forma in materia mouet.

Formæ q̄ non ſunt in materia non patiuntur neq; eſſentialiter neq; accidentaliter 9. Metaphy.com.2. vide in concordantijs.

Forma eſt continuationis cauſa, & ideo forma eſt dignior modo vna q̄ continuatio, quia forma eſt cauſa continuationis 10. Metaphyſi. com.1. idem 1. de Ani. com.90.

Forma eadem in ſpecie impoſſe eſt vt ſit æterna & nō æterna, quia ſic poſſibile eēt vt quidā homines eſſent æterni, & quidā generabiles & corruptibiles 10. Meta. t. cō. vlt.& elicitur ex te. formas ſeparatas ponentes dicunt ꝙ ta'es formæ ſunt ſubſtātiæ formarum ſenſibilium 10.Metaphy.com.vltimo.

Formas ſeparatas ſiquis poſuerit non vniuoce ſed equiuoce, vt hominem ſeparatum cum homine ſenſibili, non eſt loquendum cum eo. ibidem.

Forma eſt cā p accidens infimis ſm electionem eorum quę gratia huius fiunt. 11. Metaphy.cap.7.& in 2.Phyſi. tex com.52.

Fortuna & mens circa eadem verſantur: electio enim ſine mente eſt 11.Metaphyſi.cap.7. & 2.Phyſico.tex.commen.52.

Forma nō generatur nec materia, ſed compoſitum 12. Metaphyſic. tex. commen.12. idem 7. Primæ Philoſophiæ 23. 26. 27. 31. vide in concordantijs.

Forma poſito ꝙ ſit quarta ſequeretur quòd eſſet compoſita ex materia & forma 12.Metaphy. textu commen.12. idem 7. Metaphyſi. 26.& 27. vbi nota, quòd Commētator ponit pulchrum documentum in iſto commento. 12. limitans dictum Ariſtot. inquit enim, quòd hoc quod dixit, non eſt impoſſibile in materijs compoſitis & in cupro, ſed in prima materia & in formis ſimplicibus.

Forma

Forma non compreheditur ſm ſenſum ſed ſm ſuam actioné, & ideo non compreheditur niſi in intellectu 12. Meta. com. 14.

Forma artis eſt I anima, & eſt aliud ab eo quod eſt extra animam 12. Metaphy. com. 14.

Formę artificiales non habét generationem neq; corruptioné cum ſint accidentia 12. Meta. com. 14. idem in 2. Phyſi. com. 13.

Formæ artificiales non ſunt abſtractę, quia aut ſunt ī aīa aut in mā. ibidé Cōméta. in calce cō. 14. & in 36. cō. & in 7. primę Philoſophiæ de forma ſanitatis te. com 23.

Formas abſtractas eſſe eſt pſcrutatio naturalis, ſed vtrum formę abſtractæ ſint aliæ a formis ſenſibilibus non eſt perſcrutatio naturalis 12. Metaphy. com. 15.

Formarum rerū naturalium quędā ſunt quæ ſunt materia aliarū formarū, vt forma ignis & aliorū elemétorum quæ ſunt materia capitis. Comméta. 12. Meta. com. 15. authoritate Alex. idem 3. Cœ. cō. 67. colligitur ex méte philoſophi in principio ſcdi de partibus Aīal. cap. 1. vbi ponit triplicé compoſitioné. Ex hoc loco poterimus gloſare ſatis ſubtiliter authoritatem Auer. in 1. Phyſi. ſuæ auſcultationis in com. 1. vbi per cauſas ſimplices exponit primam mām & vltimam formā quæ ſunt exiſtétes in re, nam quęcunq; ſunt præter primam materiā & vltimam formā ſunt formæ compoſitę & materię compoſitę. vbi prima materia appellatur materia ſimplex, quia ſolum habet rōnem materię & nulli eſt forma: & forma vltima quæ non ordinatur ad aliam formam eſt ſoſa ſimplex, quia nulli eſt materia, ſed q̄cunq; ſunt inter primā materiā & vltimā formā, ſunt materiæ compoſitæ & formæ compoſitæ, quia habent rōnem formę & habent rationem materiæ reſpectu diuerſorum, ſicut forma ignis in mixto ratione primæ materiæ habet rōnem formæ, ſed rōne formæ mixti habet rationé materiæ, & ſimiliter forma carnis reſpectu formæ elementarię habet rōnem formæ, ſed reſpectu formæ organicæ ſic habet rationé materię: nam ſicut membra conſimilia componūtur ex elemétis, vt ex materia, ſic organica cōponunť ex cōſimilibus, vt dicit Ariſt. in loco pręallegato. & in primo de Genera & corruptio. t. c. 35. mébra anomiomera augentur quia omiomera augentur. Et eſt expoſitio ſatis ſubtilis & bona ſi bene cōſideras, licet aliàs varijs modis locū illū expoſuerim, & ſic illud vulgatum qđ forma ſimplex ſubiectum ſeu materia eſſe nō poteſt, gloſari poteſt, & ſatis philoſophicé iuxta Peripateticorum doctrinam.

Formę omnes ſubſtantiales fiunt a forma abſtracta extrinſeca, quæ a quibuſdā dicitur dator formarū & eſt intelligentia agés 12. primæ Philoſophiæ com. 18. in fine. vbi aduerte ꝙ iſta fuit opinio Auicennæ de qua vide ét in 7. Primę Philoſophiæ commen. 31.

Forma apud Ariſto. non habet generationem neq; corruptioné niſi accidétaliter. ſ. per generationem & corruptionem compoſiti. & cū homo conſeruauerit hoc fundamentū nullus error accidet & 12. primæ Philoſophiæ com. 18.

Formarũ imaginatio ꝙ per ſe gene rentur induxit homines dicere for mas eſſe & datorem formarum: & induxit loquentes trium legum q̃ hodie ſunt dicere, aliquid fieri ex nihilo 12. primæ philoſophiæ cõ. 18. prope finem.

Formæ ſimplicium ſunt aliæ a formis compoſitoꝝ & mãæ eorũ propinquæ ſunt aliæ a materiis eorũ, ſed tñ ſunt eadem proportionalr: in ſimplicibus aũt ſunt prima mã & formæ contrariæ ſubſtantiales, & in cõpoſito ex ſimplicibus virtus quæ eſt in ſimplicibus ad recipiendũ foras compoſitas ex foris finalib' & iſtis formis 12. me. cõ. 21. hinc ſumit formas ſimplicium eſſe alias a formis mixtorũ, pro quo vide ẽt in 7. meta. tex. co. 60. & in 1. meta. cõm. 12. & 1. de generatione 84. & 3. cœli cõ. 67. hinc etiam ſumitur pro expõne Burlei quid ſit forma cõpoſita. Et ex hoc loco poteris exponere cõ. 10. ſecũdi phy. quia dũ ibi Cõmen. dicit vnumquodq; hẽt principium proprium motus præter cõe, intellexit in mixtis & nõ in ſimplicibus, quia in eis non eſt niſi prima mã & forma ſimplex.

Forma primi mouentis eſt quodámodo oẽs formę. 12. meta. tex. cõ. 24. & cõ. 18. in calce cõ.

Forma prima eſt tñ abſtracta apud Alex. 12. meta, cõ. 25. vbi colligitur de mente Alex. aĩam cęli nõ eſſe abſtractam, ſed ſolum primã for mã eſſe abſtractã. vide quod forte hoc voluit dicere Cõmen. 12. met. cõ. 41. cœlum moueri ex duobus motoribus ex intentione forte Alexandri. nam ſm Cõmen. 12. primę philoſophiæ cõ. 36. motor corporis cœleſtis mouetur vt finis & vt efficiens. & idem tenet cõtra Auic. in 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Forma mouens corpora cœleſtia in 8. phy. eſt demonſtratum ꝙ ſit abſtracta & ꝙ in ea nulla exiſtit mã. & in libro de anima eſt demonſtratum ꝙ formę abſtractæ ſunt intellectus. 12. meta. cõ. 36. idem 1. de anima cõm. 2. & 3. de aĩa in ſolõne tertię q̃nis cõ. 5. & 2. cœ. cõ. 61. & in vltimo cap. libri de ſubã orbis.

Forma balnei, vt eſt in anima mouet vt agens, & forma balnei vt eſt extra animam mouet vt finis. 12. meta. cõ. 36.

Forma balnei ſi non eſſet in materia moueret ſm agens & ſm finem 12. meta. cõ. 36.

Formę materiales videntur habere duplex eſſe in actu & in potẽtia, in actu .ſ. materiale eſſe, in potẽtia autem ſm quod ſunt in forma abſtracta vt formæ artificiales habẽt eſſe in actu in materia & habent eſſe in potentia in anima artificis. 12. met. cõmen. 36.

Formarum intellecta ſunt in intellectis per ſe, ſed intellecta materier ũ ſunt in intellectis per aſſimilationẽ 12. me. cõ. 37. authoritate Alex. idẽ 7. meta. cõ. 8. in calce cõ. & 12. meta. cõmen. 14.

Formarum quædam ſunt ſubſtãtiales, & quædam non: & ſubſtantialium quædã ſunt materiales, & quędam nõ. 12 meta. cõ. 37.

Forma hominũ in eo quod ſunt homines ſecundum Ariſto. opinionẽ non eſt niſi per continuationẽ cũ intellectu, qui declaratus eſt in libro de anima, quod eſt agens nos & mouens nos: intelligentiæ enim abſtractæ duobus modis ſunt principia in eo ꝙ ſunt abſtractę eorũ,

quorum ſunt principia ſm ꝙ ſunt mouentes, & ſm ꝙ ſunt fines 12. meta.cõ. 38, Ex hoc accipiunt aliqui ex mente Auer. aĩam intellectiuam eſſe formã formalr̃ perficientem hoĩem, ſed iſti multum errant tũ quia ſequeretur ſm mentẽ eorũ intellectum agentẽ, quem aſſerunt ex mente Auerr. eſſe deũ, eſſe formã hominis, quia iſta authoritas eſt de intellectu agente: de illo .n. fuit declaratũ ꝙ eſt agẽs & mouẽs. nos & ita iſti incidunt in maiorem errorem. Amplius non habetur ex iſto loco intellectum eſſe formam formaliter perficientem ꝑ inherentiam, vt ipſi gloſant: quia probatũ eſt ꝙ intelligentiæ abſtractæ in eo ꝙ abſtractæ duobus modis ſunt principia in rõne mouentis & in ratione finis: talis aũt finis non perficit ſicut ſunt qualitates quib' perficitur res perfectibilis, ſed talis finis eſt forma & ſubſtantia extrinſecus perficiens ſicut ſunt actiones ſeruorum erga intẽtiones dñi ſui, ſic eſt diſpoſitio primi principij cũ oĩbus entibus in 2. meta. cõ. 37. vnde iſti Groſſipedales non potuerunt imaginari aliud genus perfectionũ niſi illarũ quæ ſunt qualitates & perfectiones inhęrentes perfectibilib' iuxta rudẽ imaginationẽ antiquorum non valentiũ aſcẽdere ad perfectiones abſtractas & per ſe ſubſiſtentes. vult igitur Cõmen. dicere ꝙ forma & perfectio hoĩum in eo ꝙ homines eſt per continuationẽ ideſt per copulationem cũ intellu abſtracto de quo locutus eſt in. 3. de anima. Homo .n. eſt homo per ſupremum quod eſt in eo, vt dicit Philoſophus in 10. ethi. & tale eſt intellectus, ſed intellectus, apud ipſum non eſt de genere formarum inherentium ſed abſtractarum quæ extrinſecus perficiunt ſicut dominus eſt forma ſerui ſui, vt dicit Cõmen. in cõm. allegato, licet via eius ſit contra fidem & veritatem tamen eſt via eius.

Formæ quæ ſunt abſtractæ a materia ita ſe habent ꝙ diſpõ & diſpoſitum in eis reducuntur in vnum, ſic eſſe & duo in conſideratione. 12. meta.cõ. 39.

Formæ quæ ſunt hic ſm aſtrologos obediũt formis cœleſtibus 12. metaphy. cõmen. 50.

Forma artificialis quę eſt in materia & quæ eſt in anima medici eſt eadem, quanto magis in rebus intelligibilibus quibus non admiſcetur materia 12. meta. cõ. 51. vide in cõtradictionibus nuper editis.

Forma & anima diuiduntur diuiſione ſubtorum. ex lib. deſtru. diſpu. prima in ſolutione octaui dubii.

Forma duplex hẽt eſſe ſeparatũ materia per intellectum & eſſe ſenſibile. ex diſpu. 3. in ſolõ. 18. dubii. ubi dicit lapis ſine dubio habet materialẽ formã in materia & aliam formam quæ eſt intellectio & cõprehenſio facta in anima, prout aĩa rationalis capit eam ſeparatam.

Formę apud peripateticos non ſunt ſcientes prout in materia conſiſtãt, & ſi forte inueniret' aliquid in materia non conſiſtens manifeſtũ eſt ꝙ eſt pura ſcientia. ex lib. deſtruc. diſp. 6. in ſolõne 2. dubij.

Formę naturales aliquo modo a materia ſeparatæ inueniuntur, & ſunt pura ſcĩa & intellectus, & intellect' in eſſentia nihil aliud eſt a forma rerũ a materia ſeparatarũ. vñ poſtꝗ res quæ de ipſarũ naturis non ſeparantur

parantur ſic ſe hñt, quanto magis illæ quæ de natura earum cõtinue ſeparantur, digniores ſunt in hoc ꝙ ſint purus intellectus & pura ſcientia. ibidem.

Formæ ſignum philoſophi ſumpſerunt ex operationibus, & ſignum ſubiecti ſumpſerunt ex paſſionibus: impoſſibile enim eſt quòd actio & paſſio ab vna & eadem natura procedant. ex diſtin. 6. in ſolone. 6. dubij idem 4. cœli. cõmen. 2. & 12. meta. cõmen. 14. & 4. phyſi. cõmen. 38. & in 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Forma in rebus compoſitis ex materia & forma, vt ex duabus naturis, eſt ſolum comprehenſa ab intellectu quia formæ ſunt intelligibiles & intellectę, qñ intellectus humanus ſeparauerit eas a ſubiectis eaų. ex diſp. 6. in ſolo. 6. dubij.

Forma eſt per quã ens eſt ens, & ab ea ꝓuenit operatio in quolibet ente. ex diſpu. 10. in ſolo. 2. dubij.

Formarum materialiũ quædã ſunt propinquiores ad actum q̃ aliæ ꝓut magis purificantur a paſſione q̃ eſt ſignum materiæ. ex diſtin. 10. in ſolotione 2. vide de eſſutis exemplum 2. cęli. cõ. 32.

Formę ſignũ apud Philoſophos eſt operatio, & materię ſignum eſt paſſio. ex lib. deſt. diſpu. 6. in ſolutione 6. dubij & ex diſp. 10. in ſol. 2. dub.

Formę ſubſtãtiales ſm Philoſophos non agunt ad inuicem, ſed in accidẽtibus omnes conueniunt ꝙ calidũ auget calidum ſibi ſimile & omnes aliæ qualitates quatuor. ex diſputationibus phyſic. in diſputa. prima in ſolutio. 4. Hoc etiam habetur a Philoſopho in libro de ſenſu & ſenſato. vbi dicit ꝙ ignis non agit inquantum ignis, ſed inquantum calidus.

Forma vna nõ habet niſi vnam materiã. ex cõ. ſuper 2. de partibus aĩalium. in cap. de carne.

Forma eſt, per quã aliquid eſt vnũ, alioquin aliquid eſſet vnum ꝑ aliquid poſterius. Auer. in 3. de partibus anim. cap. de corde. vbi arguit contra Gal Plat. & Hippoc. ponentes plures aĩas in vno & eodem aĩali. aduerte tñ ad vnũ ꝙ licet Auer. & multi ex latinis aſcribant iſtam opinionem Plat. Them. tñ oppoſitum ſentit in ſua paraphraſi ſuper 1. de anima. in cap. 2. inquit enim ſit ridiculum vt diuinus inquit Plato tanq̃ Troianũ equum inſideant plures aĩas in quolibet homine cõtineri, ſed ſingulas in ſingulis quę partibus in differentibus cõſtent.

Forma vna non eſt niſi in vna materia. ex primo de gener. anim. cap. 1. Auerroes.

Formã vnã habere vnam materiam eſt ſuppoſitio in ſcĩa naturali, ſicut nãm eſſe: & multa ꝑ ſe nota. Auer. in 1. de gñone anim. in digreſſiõe ↄtra Gal. vtrũ ſemen mulieris concurrat actiue ad gñonem. idem 8. phyſi. cõ. 46.

Formã habere partes, quarũ quædã ſunt in vna materia, & quædam in alia materia impoſſibile eſt. v. g. corpus aĩalis quod eſt ſubiectũ propinquũ aĩæ. videt ꝙ eius partes nõ poſſunt habere materias diuerſas, quãuis partes ſui corpis quę ſunt ſicut ſubiectũ ꝓpinquũ, reperiant in diuerſis modis, veluti ĩ diſcrepãtia mẽbrorũ ſingulariũ in ſe ĩ duritie & mollitie &c. Auer. in 1. de gñatione animaliũ. cap. 1. vbi ponitur improbatio antiquorũ, ex quo col- Contra ponentes formas naturales.

T ij lige

ſige contra ponentes formas partia les ſpecie ſubaliter differentes.

Formæ agentis cōditio non eſt vt ſit in materia eiuſdem ſpeciei cū mā in quā agit forma ex gratia forma agens ipſius lecti reperitur in anima artificis, quæ differt a materia formæ lecti, quæ eſt lignum. Auer. in 2. de gener. anim. cap. 2. ſemen ſit animatum.

Forma & efficiens proprium & determinatum tempus habet ſibi ad agēdum, & ſimiliter materia ad patiendum habet tempus proprium & determinatū, & quamuis tēpus veraciter formæ non attribuatur ſed materiæ, tñ hoc eſt dictū in formis abſtractis, verumēt in formis relatiuis hoc pōt dici ꝙ dictum eſt 4. Coll. ca. 38. de ſignis criſis quod ſic intelligo: tempus enim hēt ſecū annexam ſucceſſionem, ſed ſucceſſio cauſatur ex reſiſtentia paſſi ſeu mobilis, & reſiſtentia cauſatur ex contrarietate 4. phyſi. cō. 71. materia aūt eſt ſubiectum contrarietatis, & eius eſt proprie pati & reſiſtere non formę, quia illius proprium eſt agere & mouere, hoc autem dictum principaliter veritatem hēt in formis abſtractis, quæ ſunt abſolutæ a ſubiecto pro quanto nō ſūt conſtitutæ in eſſe per ſuum ſubiectum. & ideo tales nullo modo ſūt patientes, neq; per ſe neq; per accidens, ſed ſolum ſunt agentes 9. metaphy. cō. 2. tamen hoc etiam veritatem habet in formis relatiuis, formas autem relatiuas ni fallor, apparet iſtas formas materiales quę ſūt conſtitutæ in eſſe per ſubiectū, quibus competit agere per ſe, & competit pati per accidens, forma enim inquātum forma mouetur, ſed vt eſt forma in materia patitur & mouetur. 4. cœli cō. 24. & 5. cœli. cōm. 28. & ideo etiam in talibus formis relatiuis veraciter & per ſe loquendo, tempus attribuitur materiæ & non formæ. ex hoc inferas vnū pulchrum & vtile valde, ꝗlicet tempus ſit aut motus aut paſſio quædā mouens. vt dicit 12. meta cōm. & tex. 29. & 4. phy. tex. cō. 90. eſſentia tamen motus magis dependet a motore. 12. meta. cōm. 41. licet quo ad denominationem magis attribuitur mobili, quia motus eſt in mobili & non in motore. 3 phy. tamen tempus magis denominatur pati mobilis ꝙ̄ agere motoris, & iō quo ad denominationem eſt differentia, quia motus denominat mobile non motorem, ſed tempus veraciter magis attribuit mobili quàm motori.

Forma dicitur multis modis, nam ꝗ̄nq; ſumitur ꝓ formis corporū ſimplicium non organicorū, quandoque pro formis corporum organicorum & iſtæ ſunt animæ, quandoq; ꝓ foīs corporum cœleſtium quæ ſimilantur partibus ſimplicibus pro quanto ſunt non organica, & partim organica pro quanto ſunt mobilia rōne illarum, & quandoq; pro qualitate & quantitate aduenientibus mixto inquātum mixtum, & per hunc modum differūt formę corporū ſimilariū partium & acquirunt diuerſas proprietates. ex paraphraſi met. tracta. 1. cap. de forma. Ex quo patet diffinitionē aīæ non cōpetere intelligentię ꝯtra modernos, tum quia corpus cœleſte proprie non eſt corpus organicum cōpoſitū ex partibus conſimilaribus, tum quia non eſt habens vitam

vitam in pōa: Et omnes græci expoſitores vt Alex. in princ. ſuæ abbreuiationis de anima. & Themiſtius 1. de anima. cap. & Amonius & Simplicius volunt ſolum illā diffinitionē competere viuentibus generabilibus & corruptibilibus. vnde Simplicius in princi. ſecundi de anima, & alibi plerunq; notat hoc. Amplius ſequeretur ꝙ intelligentia quidditatiue conſideraretur a naturali, quia cognitio per diffinitionem eſt cognitio quidditatiua, nec reſpōſio chimerica valet ꝙ habet duas quidditates, quia vnius rei non eſt niſi vna quidditas præſertim in rebus per ſe ſubſiſtentib', ſicut eſt intelligentia ſeparata.

Forma mixti eſt ſuperaddita formis elementorum, neq; eſt elementum neq; eſt compoſita ex ele̅tis. & vide rationē in paraphraſi metaphy. tracta. 2.

Forma eſt cauſa vt res ſit intelligibilis, & materia eſt cauſa vt res ſit ſenſibilis. ex tract. 2. in paraph. meta. idem primo cœli. cōmen. 95.

Formarum eſſe intelligibile Ariſto. diſtinxit ab eſſe earū ſenſibili: & enim eſſe intelligibile non hn̄t extra intellectum inquantum eſt intelligile: habent tn̄ eſſe extra intellectum inquantū ſunt ſenſibiles in tract. 3. paraph. meta. ibi & dicam' ꝙ iam fuit oſtenſum hic.

Forma & finis ſunt agentia quodāmodo ſimilitudinis. Auer. in paraphraſi mataph. tract. 4.

Forma naturalis non pōt niſi ſola ratione a materia ſeparari, ſeparatio enim talis formæ eſt eius interitus. Alex. in paraphraſi de aīa. in cap. de intellectu agente, & idem habet Cōmenta. in 4. phy. cō. 18.

Formæ quæ ſunt hic cum habeant eſſe in ſubſtantiis ſeparatis nobiliori modo q̄ in materia, quæri poteſt, quia ſi ibi ſunt in eſſe nobiliori, deinde fuit neceſſe vt habeāt eē ignobilitatis. Et vide ſolutionem iſtius dubij ibidē. vbi dicitur ꝙ hoc fuit neceſſarium propter ſuum ſecundum eſſe, quia eſſe eſt nobilius q̄ non eſſe.

Forma eſt a qua res eſt id quod eſt non a ſubiecto. Themiſt. in. 2. phy. in tex. 11. idem habet in 2. de anima. cōmen. 90. Et ideo licet materia & forma ſint partes eſſentiales compoſiti, eſſe tamen & vnitas eſt a forma non a materia, quia materia ſolum eſt vt ſubiectum.

Forma & materia non re ipſa, ſed ratione adiunguntur. 2. phy. tex. cō. 12. idem Them. & Cōment. ibidē. idē Cōmentator in. 12. primæ philoſophiæ. cō. 39.

Forma & finis tunc coniunguntur atq; concurrunt, quia ex rei diffinitione ſtatim apparet melius ac potius rem illo modo q̄ alio quouis ſe hr̄e, ꝙ in rebus naturalib' paſſim aduertere eſt: quum vero non ſtatim apparet tunc eſt forma ſolum & non habet rationem finis, vt in mathematicis cernitur. Themiſti' in 2. phy. ſuper tex. 74. idem etiam tenet Auerr. ſuper verbis obſcuris ibidem, ſed eſt eadem ferme ſententia. gloſat etiam Auerr. de fine generationis ꝙ eſt idem cum forma rei generatæ: falli autem de fine rei generatæ. vt patet. 2. phy. cō. 70. & & 24. & 8. meta. cō. 12.

Forma praeſtius ſi quis de me quærat id terminus non nuncupatur, vt pote quæ non ſit ſuperficies, ſed ratio & id quod ſub hoc verbo, quid ſit

rem eſſe percipitur, niſi quis digna tioni eius hoc tribuat, quaten⁹ materiam fuſam diffluentemq; coher cet finibus ꝙ intra certos limites re uocat, veluti norma quædam men ſuraq; rerum ac numerus. Them. 4.phy.ſuper 35.

Formę nonnullæ mouere dicuntur vt animal anima, & lapidem grauitas, non tñ ab his mouentur illa quatenus procreantur. i. quatenus ad ea genialis trãſmutatio inita ē: hæc. n. grauitas lapideſcentē & con creſcentem vaporem progignit, ipſa aliquid motus in his neceſſario haberet, quod ſtatim conuincit eſſe falſum, quoniam in rebus motis non in mouentibus motum eſſe ē perſuaſum. Them. 5.phy.tex.4. Ex quo habetur ꝙ forma non mouet vt terminus motus, ſed ut agens.

Forma, aut naturalis, aut mathematica, aut artificiaria eſt naturalē & phyſici & dialectici occupant, ſed dialectici materiam negligũt phyſici curant Themiſt. 1 de aĩa. 17. & colligitur ex ſnīa Ariſt. ibi. t. c. 16.

Forma eſt rei cauſa quantum ad eē, materia vero quo ad fieri. Themi. 2. de aĩa. in prin. & ibidē. cap. 6. inquit. ſicut a forma res hēt vt ſit, ita ēt a forma hēt vt ſit vnũ. Alex. etiã in paraphraſi de aĩa. vbi oſtēdit animam eſſe formã. inquit, a ſpecie res habet vt ſit, vide etiam Alex. ibidē in 1. capit. vbi dicit. & forma eſt a qua vnum quodque eſt id quod eſt, & ꝙ differentia rei per formã non per materiam. Et elicitur ex tex. ibidem tex. commen. ſeptimo. ens & vnum quum multis modis dicantur quod vere eſt actus eſt, vbi Themiſt. aſſerit, quod modis autem eſſe quid dicitur totidem vnumquodq; dicitur. Decem autem ſunt, verum intra decem quoque erunt appellationes vnius atq; vtrumq; præſtat forma ea quam nos endelechiam appellamus.

Forma licet in materia producitur, non tñ eſt ipſi materiæ forma, ſed eius ꝙ ex ambabus facultatibus cõ ditum eſt. Them. 2. de anima. cap. 6. Vide pro hoc Auerr. & Philoſophum. 7. primę philoſophiæ. text. cõmen. 26.

Forma minus videtur poſſe per ſe ſubſiſtere q̃ materia, licet materia ſm ſe ſubſiſtere nequeat abſq; forma. Alexander in principio abbreuiationis de anima cap. 1. Vide in concordantiis nuper editis.

Forma eſt principium a quo dr̄ię ꝗ ſm id quod eſt agere & pati corporibus inſunt, omnia. n. quę agũt & quę patiuntur, quatenus corpora ſunt, vt hoc aut illud agant patianturue, a ſpecie poſſidēt, iccirco nõ ab re dr̄ pati & agere corporea per ea quæ in corporea ſunt, Alexã. in paraphraſi de aĩa cap. 2. Vide in concordantiis nuper editis.

Forma dicitur in reſpectu materiæ, & econuerſo. 9. met. cõ. 11. vide in concordantiis nuper editis.

Formicarum quędam ſunt pennatę, quędam vero pennis priuatę 4. de natura anim. cap. 8.

Formicę origani ſulfuriſq; puluiſculo inſperſo ſuas relinquunt cauernas aliasq; migrant Ari. in 4. de natura anim. cap. 8.

Formicæ nihil venãtur, ſed facta ab aliis colligunt. Ariſt. in 9. de natura anim. cap. 40.

Fortuna eſt cauſa per accñs in his ꝗ ſunt in minori. ſm propoſitũ, ꝗ pp hoc ſunt 2. phy. tex. cõ. 52.

Fortuni-

Fortunitas eſt in actionibus, nihil.n. aliud eſt q̃ actiones laudabilium finium ibidem in cõ. 58.

Fortitudo eſt diſpoſitio ſm curſum naturæ eius in potentia, & dr̃ reſpectu debilitatis. 7. phy. cõ. 7.

Fortuna & caſus, hoc eſt cũ voluñtas, aut natura facta eſt alicuius per accidens cauſa. Them. 2. phyſi. ſuper tex. 50. Et elicitur ex textu.

Fortuna differt ab aliis cauſis per accidens, in eo, ꝙ ille ideo cauſæ nuncupantur, quia accidentia ſunt cauſę per ſe, vt aĩalibus, grammaticus, muſicus, deãbulator, quo fit vt nullum talium ſit cauſa editum, at in fortuna actio vna eademq; eſt huius effecti cauſa per ſe illius vero ꝑ accñs. Them. 2. phy. 51.

Fortuitæ rei ſi cauſas per accñs quæ propinquiores ſunt & quæ remotiores ſcire voluerimus, oportet illas actu conſtituere, quandoquidẽ in cauſis per accñs ſimpl̃r liceat in infinitũ procedere. Them. 2. phy. ſup 55. Ex his liquet ſolõ ad qõnẽ quã teſte Simplicio Ariſtot. mouit in 2. phy. Sed non ſoluit, relinquẽs nobis ſolõnem, nam videri poſſet fortuitam non infinitam rẽ eſſe cũ ſit cauſa per accidens, ſed in cauſis per accidens, quædam ſunt propinquę quędam remotę. In infinitis autem non eſt propinquum neque remotum, quia non eſt primũ nec vltimum, ex dictis autem Them. patet ſolõ ſicut vides.

Fortuna conſtare non oĩa dicuntur quæ extra cõſiliũ & voluntatẽ eueniunt. Euenit nanq; nauiganti in hieme naufragiũ facere, hoc neq; ex propoſito cõſilione, neq; fortuito euenire dicimus, quia plurimũ ſolet exitus ille nauigãtibus hieme euenire Them. 2. phy. ſuper. 61.

Frangibilia ſunt illa quę diuiduntur ad partes magnas, & minutim frangibilia ſunt oppoſita iſtorũ: & diuidunť ad partes paruas, cauſa aũtẽ eſt diſtãtia pororum & propinquitas poroꝝ ĩminẽtes frangibilibus. Cõmen. in 4. methe. in ſumma.

Frangi eſt diuidi in partes magnas & cõminui eſt diuidi in partes ſubtiles. 4. metheo. tex. cõ. 44.

Frigidum calefacit conuerſum quodãmodo, & ambiens. quẽadmodũ peccat volũtari⁹ ſciẽs qñ ecõtrario vti ſ ſciã 8. phy. tex. cõ. 8.

Frigus quodãmõ eſt defectus caloris. 1. de gñat. & corrup. tex. cõ. 18. & 2. cęli cõ. 18. & 2. phyſi. 15. & 10. primę philoſophię. tex. cõ. 7.

Frigus congregat omogenea & eterogenea 2. de gener. & corruptione. tex. cõ. 8.

Frigiditatis operatio prima & per ſe eſt priuatio operationis caloris naturalis, & eſt indecoctio & corruptio. 4. metheor. in ſumma.

Frigiditas aliquo mõ adiuuat in generatione, & hoc ſecundaria intentione, inquãtum coequat ipſum calorẽ naturalem, & ẽt frigiditas conſeruat calorem naturalem generati ne exalet, ſeu vaporet, ibidem.

Frigiditas eſt duarũ ſpecierum. videlicet. frigiditas aquea, & frigiditas terrea, frigiditas aquea operať humiditatem, terrea vero ſiccitatem. Auer. ſñia in 4. metheo. Ex quo vr̃ ꝙ qualitates primæ in elementis inuentę tam actiuæ q̃ etiam paſſiuæ ſpecie diſtinguantur de intentione eius, & fuit etiã ſententia Alexã. in 1. lib. nãliũ quõnũ qõne 6. quã ẽt ſequitur Simplicius in 4. de cœlo & mundo, Conſidera tamẽ inſtan-

tiam contra iſtam viam, quia tunc non ſufficienter Ariſtotel. venatus fuiſſet ex coniugationibus qualitatum primarum numerum quaternarium elementorum. in 2. de generatione & corruptione. in text. cõ. 16. Accidit. n. iuxta iſtam viam quatuor qualitates primas eſſe geminatas, & ita erunt octo niſi eſſet ꝙ ſunt quatuor genere vt ſunt interminatę, & vt pręcedunt formas elementarias in materia, ſic enim conſiderantur ibi, vnde Ariſto. dicit, ꝙ primum principium eſt prima materia, ſecundũ vero ſunt primæ cõtrarietates. tertiũ vero ignis & aqua, & talia, ſed huiuſmodi contrarietates, vt sũt terminatę ſic ſpecie diſtinguuntur ſpecialiſſima, vñ quidã dixerunt ꝙ rõ Ariſto. demõſtrat quatuor eẽ elementa in genere, non aũt in ſpecie athoma. Nam ignis tres ſunt ſpecies, ignis, carbo, flamma, & lux, ſimiliter variæ ſunt ſpecies terræ, & aquę. vnde, Cõmẽ. in 3. de cœlo & mũdo cõ. 52. dicit, ꝙ cum ſit declaratum ꝙ elementa non ſunt æterna, oportet quærere numerum elementorum in corporibus ſimplicibus gñabilibus & corruptibilibus, in hoc igitur eſt iuuamen in hac perſcrutatione in ſciendo numerum, & deus ſcit, tñ conſidera ſuper hoc diligenter, requiras. n. ſpecialem qõnem circa hoc.

Frigiditas ſm Alex. facit ſubſtãtiam in corporibus frigidis, & caliditas in corporibus calidis, econtrario in rebus in quibus ſunt accidentia. ſ. ꝙ caliditas & frigiditas non ſunt ſubſtantię in rebus, quarum ſpecies non faciunt caliditas & frigiditas: ſed alię virtutes. ſ. aĩa in animatis. 12. meta. cõ. 22. idem 1. phy. cõ. 52. & 5. phy. cõ. 10. & 8. meta. cõ. 5.

Frigiditas eſt contraria calori naturali & impedit ipſum in omnibus ſuis operationibus pp ſuam qualitatem. 3. Coll. cõmen. 20.

Frigiditas vt eſt declaratum in naturali philoſophia eſt in corpore ſicut inſtrumentum temperans calorem naturalem qui eſt primũ agẽs & ſubſtantiale 3. Coll. cap. 21. de accidentibus ſuperuenientibus virtuti epatis. Et ibi nota vnum pulchrum ꝙ qñ augumentum frigiditatis eſt paruũ, tunc operatio naturalis membri diminuitur. Et ſimiſr quando augumẽtum caloris extranei eſt paruum, tunc operatio naturalis membri diminuitur, & ſimiliter quando augumentum caloris extranei eſt paruum, tunc operatio mẽbri augetur, & fit mala, ſed quando augumentum frigiditatis & caliditatis eſt notabile, vt trahant calorem naturalem extra ſuam formam naturalem, tum mẽbrum faciet operationẽ contrariã ſuę operationi naturali.

Frigiditate natura non vtitur per ſe, & prima intẽtione vt frigiditas eſt in aliqua operatione eius, ſed per accñs, & ex ſecunda intentione, videlicet in tẽperando & cõmẽſurando calorẽ nãlem in 2 de par. aĩaliũ cap. de cere. & in 4. methe. cõ. 1. in digreſſiõe. Et iſto mõ intelligit̃ dictũ Gal. 1. 6. de accñti & morbo ꝑpe fine, vbi hẽt ꝙ frigiditas nulli functioni vtilis eſt. videlicet, ꝑ ſe & eſſentialiter, per accidens iuuat, vt patet in pria particula aphoriſmorum ventres hieme & vere.

Frigiditas ꝗ̃ non eſt terreſtris eſt debilis operationis. 5. Col. cap. 14. vide in cõtradictionibus nup. editis.

Fulmina

Fulmina quæ conſtant ex materia ſubtili aerea non corrumpunt corpora mollia in quæ cadunt, ſicut narratur: fulmina reſoluunt ſiue liquefaciunt æs, & non comburunt pannum, ſeu bombicem qui eſt cũ eis, & occidunt multa animalia abſque hoc ꝙ appareat in eis ſignum combuſtionis 2. Metheor. ca. 2. de fulminibus prope finem.

Fulminibus cadentibus in aliquibus locis inueniuntur in illis corpora ſimilia ferro & æri, vt narrauit Auic. & ꝙ ipſe laborauit in diſſoluẽdo illud, & non potuit, ſed diſſoluebatur & conuertebatur in ignẽ. Et nullus Peripateticorum meminit de hoc, & dixit etiam Auicẽ. ꝙ lapis magnus cecidit in Cordŭba igneus in die ſereno ſeu claro, & ipſe vidit illum lapidem, & habebat odorem ſulphuris, & quaſi naturã ammoniaci, & hoc non eſt remotum. ibidem.

Fulmen ſeu ventus accenſus deſcendit inferius cũ velocitate, quia hæc pars fumoſa eſt compoſita, ſeu cõſtituta ex pte leui & graui, & hoc cum accidit parti graui frigefieri, tunc ab illa parte graui mouetur inferius, & impoſſibile eſt propter fortem mixtionem ſeparari partẽ leuem a graui. ibidem.

Fumus eſt ex aere & terra. 2. de gña tio & corrup. t. com, 28.

Fumus eſt calidus & ſiccus, & quanuis fumus habeat hanc complexionem, tamen ſemper remanet in eo virtus rei ex qua fit fumus, propterea vtimur in medicatione palpebrarum inuerſarum fumo thuris ad generãdam carnem bonam, 5. Colli. ca. 42. in fine capi. dum agit de fumo, hoc eſt contraponentes reſolutionem fieri vſq; ad materiã primam, ibidem etiam paulo ſuperius, idẽ Auerr. d de cinere, ꝙ cineres diuerſificantur ſm diuerſitatẽ rerum, ex quibus fiunt, vnde videmus ꝙ habent diuerſas proprietates iuxta naturam rerum ex quib' generantur. Et Seneca in lib. naturalium qõnum dicit. ꝙ ſapor herbæ remanet iñ uaſis, & experimento hoc patet, ꝙ caro aĩalium retinet ſaporem ciborum & herbarũ, ex quibus nutriuntur, ſicut Paduæ caro vituli tempore hiemis habet ſaporem raparum.

Futurus incedere quis non incedet. Ex. 2. de gener. & corru. t. c. 64. ex quo patet non quæcunq; eueniunt ex neceſſitate euenire.

De litera G.

GALENO ſæpe accidit opinando aliquas eſſe demonſtrationes Ariſto in illis quæ intelliguntur ex verbis Ariſto. in primo aſpectu, & non ſunt in rei veritate, quapropter mox incepit ei contradicere, neſciens ipſimet contradicere in veritate. 8. phy c. 78. idem. 4. phy. in trac de tempore, ſuper tex. com. 97. & 98. vbi etiam lucidiſſimus Them. hoc idem aſſeuerat, inquit enim, verum Gal in plurimis omnibus fere ad hũc modum moleſtus importunuſq; eſt, & domin' Albertus cognomẽto Magnus, ibidem. 4. v 3. phyſi. tracta. 3. cap. 4. inquit. nec Gal nec Augu. ſciuerunt bene naturas rerum.

Galenus errauit circa intellectum demonſtrationis in principio. 7. phy. quia nõ intellexit quid ſit primum motum per ſe. 7. phyſicorũ. com.

commen.1.&.2.

Gal.opinatus eſt ꝙ cor non eſt primum principium motus in animalibus, quia vidit animal extracto corde moueri per duos paſſus, ſed quia animal non mouetur abſciſo capite, opinatus eſt caput eſſe proprium motus.7.phy.com.4.

Galenus exiſtimauit ꝙ nos non percipimus tempus niſi perceperimus nos moueri in materia noſtra, & eſt imaginatio corrupta per ſe.4.phyſi.com.97.

Gal.redarguit temporis diffinitionē datam ab Ariſt.vide.4.phyſic. Themiſt.ſuper tex.102. vbi ponit duas ſolones ad eius argumentū.

Gal.cum exiſtimaret ꝙ nullus pōt ſcire mundum eſſe æternum niſi pp has propoſitiones, quarum origo eſt a ſenſu & teſtimonio vetuſtatis, dixit in ſuo libro, quem compoſuit de his q̄ dubitanir, ꝙ nullā certitudinē habebat de mundo, vtrum eſſet nouus, aut antiquus. Et manifeſtum eſt ex verbis ſuis ꝙ ipſe non vtitur in antiquitate mūdi, niſi talibus propoſitionibus, & in lib. ſuo quem appellauit de demōſtratione.1.cœli.cō.22. vide etiam quæ ratio maxime fecit Gal. dubitare.1.cœli.com.92.

Galen.non ſufficienter determinauit de anhelitu.2.de aīa.com.88.

Gale.exiſtimauit ꝙ virtus cogitatiua eſt rationalis materialis.3.de anima.com.6.

Galenus tantum applicabatur errori ꝙ exiſtimauit aerem eſſe ſentiētem. Auer.in comm.libri de ſenſu & ſenſa prope finem.

Galenus dubitauit vtrum virtus informatiua eſſet creator aut creatura.7.meta.com.3. Et vide ibi cām.

Galenus dubitauit, an virtus dans animam ſit Deus, aut aliud. ibidem diſpu.3.in ſol.18.dub.&.7.meta.commen.31.

Galenus opinatus eſt principiū ſanguinis non pulſatilium eſſe iecur per duas rationes. Ariſto. autem opinatus eſt eſſe cor, ex.3.de partib. animalium.in ca.de corde, etiam duabus demonſtrationibus.

Galenus conceſſit vnam propoſitionem & dixit eam conuerti, ꝙ vbi eſt de virtute aliqua animalis quæcunque ſit illa virtus, ibi etiam eſt principium inſtrumenti illius virtutis, & econuerſo, vbi eſt principium inſtrumenti alicuius virtutis, ibi et eſt principium virtutis illius.ex.3.de part.animalium.in cap. de corde Commentator.

Gal.in lib. de ingenio ſanita. dicit ꝙ in apoſtemate epatis eſt flobotomanda baſilica dextra, & in ſuis ſermonibus vlibus dicit contrarium, ponit Auer.7.Coll.ca.29.& ibi ponit ſolutionem ipſius apparentis contradictionis.

Gal.in his quæ apparent in anathomia vbi diſcordat ab Ariſt. maximam facit difficultatem, quia hac noſtra ætate non poſſumus acquirere veritatem. Cōm.in.3.de part. aīal.in ca.de corde. & eſt authoritas Damaſceni in ſuis afforiſ.

Gal. fuit qui inuenit aliud iuuamentum diaphragmatis a iuuamentis poſitis ab Ariſtot. & aliis antiquis, quod eſt magis nobile, quia huiuſmodi velamē vt ipſe opinatur, eſt lacertus quo animal mouet pect⁹ in reſpiratione, qd gen⁹ mēbrorū, ſ. lacerti p qd fit motus voluntari⁹ vt imaginor, non fuit cognitū tp̄e Ariſt. Et ideo laudem⁹ Gal. de hoc

ſicut

ſicut tenemus laudare ipſum in aliis rebus manifeſtatis ab ipſo in arte anathomica. Auer. in. 3. de partibus animalium. in capi. de ſepto tranuerſo.

Gal. non intellexit Ariſt. opi͂one de capite. i. de oſſe tutante cerebrum, an ſit pp cerebrum, vide Auer. cõtra Gal. in. 4. de part. animal. in ca. de mẽbris animalium ſanguineorum extrinſecis.

Galenus opinatus eſt fœminam habere verum ſemen, & actiue concurrere ad generationẽ, cõtra quẽ vide Auer. in. 1. de generatio. animalium. vbi adducit rationes eius, & impugnationem opinionis eius in illo cap. vbi ponitur impugnatio antiquorum.

Galenus non perſpexit fundamenta naturalia, & ideo non eſt mirum ſi errauerit in mõ generationis corporis ex membris, ſed de ſequentibus ipſum mirandum eſt. ſ. de Auiceu. qui habebat notitiam ſcientiarum ſpeculatiuarum. ibidem.

Gale. dicit ꝙ in epate eſt fons ſpiritualis. 2. Coll. ca. 8.

Galenus poſuit neruos, & membra flegmatica & viſcoſa generari ex ſpermate, & reliqua membra ex ſanguine, contra quem vide Auerroem. ibidem.

Galenus poſuit neruos eſſe inſtrumentum motus voluntarii & ſenſus. Et vide motiuum eius. 2. Coll. capi. 8. de iuuamen. membrorum conſimilium. 6.

Galenus aſſimilat in vno ſuo libro animam lapidi adamanti. 2. Colliget. cap. 7.

Gal. opinatus eſt illa mẽbra reſtaurari non poſſe, q̃ ex ſpermate generã tur, ſed non eſt ita, nã ſi ita eẽt, tũc non videret aliqđ membrum reſtaurari in aliquo aĩali, & in alio non, & in aliqua ętate reſtaurari ĩ alia vero non. dr̃. n. ꝙ ſi oculi pullorum irundinum eruũ patiũtur, mox reuertũtur. oſſa vero ſenſim, aut non reſtaurantur, aut difficile recuperantur: ſed priuatio partis aereæ quæ eſt in ſemine, & primi humidi inutilius reperti eſt in cauſa ꝙ talia membra, quæ incidũtur non coniunguntur, neq; reſtaurãtur. 2. de gene. aĩa. ca. 2. Auer. vide ẽt in eodem cap. in fine ca. vbi apertius Auer. huius problematis explicat cauſam.

Gal. doctrina in libro de complexionibus non incedit per viã per quã inceſſit in lib. de elementis. ſ. p viã demõſtratiuã. Auer. 2. Colli. ca. 1.

Gal. error quem dixit de cõplexione temperata eſt paruus. ibidem.

Gal. dixit ꝙ pil᷒ gñatẽ ex vno vapore fumoſo adulto, ſed hoc ĩdiget ſpeculatione, quia vr̃ ꝙ pilus ſit corp᷒ extenſibile ſiccũ. Auer. in. 2. Colli. ca. 8. de iuuamen. mẽbrorum conſimiliũ. Opinio iſta Gale. eſt in. 2. complexionum. ca. 5. põt tñ dici ꝓ Gal. ꝙ extẽſionẽ illã pilus ſumit ex cute in qua eſt viſcoſitas quædã, vt eſt uidere ad ſenſum, vbi extracto pilo ẽ in extrema radice vnctuoſitas q̃dã, & ſic p cõſumptionẽ eius in nobis contingit caluitium: vt dicit Ariſt. in. 5. de gene. aĩaliũ.

Gal. opinatus eſt locum eſſe ſpatiũ ſeparatum, contra quem vide pulchre Them. in. 4. phy. ſuper tex. 36 vbi pulchre digreditur ibi, ſed ſtatuamus inquies.

Galenus opinabatur ꝙ epar propter dominium quod habet ſuper oĩa membra nutritiua, qđ eẽt penit᷒ in

virtute

virtute nutritiua princeps & ipſe neſciuit ꝙ poſtremum nutrimentum eſt in corde,& ĩ eo eſt primo virtus nutritiua princeps 2. Colliget in cap. 9. de iuuamentis membrorum officialium.

Gale. d. Ariſtot.& ſi vir doctus & ad quancunq; partem rõnem adducere eximius extiterit, nullam tamẽ potuit probabilem rõnem reddere,cur repleto capite vis ſentiendi quieſcat, ſed in corde eſt collocata. Ex fine quarti lib. de cauſis ſim ptomatum.

Gale.dixit ꝙ teſticuli habent virtutem principalem generatiuam:ſed vide impugnationẽ eius in.2.Colli.ca 10.de iuuamẽ. membrorum deſeruientium generatiuæ,vbi tenet virtutem iſtam ſm Ariſto eſſe in corde,& ibi eſt virtus principalis,quia cor trãſmittit eis calorem temperatum in debita quantitate, & qualitate. Et ideo iſta membra inſeruiunt,& cõcurrunt, vt inſtrumentum, & ſi qua eſt virtus in eis illa eſt particularis.

Gale.opinatur ꝙ inſtrm̃ tactus eſt neruus qui venit a cerebro, & Ariſto.opinatur ꝙ organum tactus ẽ caro.2.Colli.ca.11.de iuuamento membro.officialiũ deſeruientium virtuti ſenſitiuæ.

Gale.qñ dicit ꝙ in euacuatione mẽbri maior cadit timor in euacuando quã in alterando,nõ ſane loquitur,ſed errat, quia ſicut timẽda eſt euacuatio ne virtutem ledam⁹,ita ẽ ĩ alteratione & maxĩe ĩ alteratione frigiditatis,ſed dic tu ꝑ Gal ꝙ ſermo eſt cõparatiu⁹& ñ abſolut⁹.

Gale dixit ꝙ ſenſus cõis eſt in cerebro,& Ariſt d.ꝙ primo & principaliter eſt in corde.2.Coll.cap.11.

Opinionẽ Ariſt.require in libr.de ſenſu & ſenſato.& in.3.de partib⁹ animal.ca.4.

Gal.dixit odoratus ſenſum fieri in duabus carunculis, quæ ſunt ſimiles capitibus mãmillarum,ſed Ariſtot.d.ꝙ fit in duobus meatibus q̃ ſunt in naſo.2.Col.ca.17.de iuuamento inſtrumenti odoratus. Et ibi require impugnationem Auerrois contra Gal.

Gale.ſentit ꝙ origo, & ſitus caloris naturalis deſeruientis motui volũtario ſit cerebrum,& ad totum corpus miſceatur per neruos ab eo, ſed Ariſtot. opinatur ꝙ cerebrum ſit ſeruitor cordis in hac opinione ꝑ viam qua ſeruit & in ſenſibus & origo eius eſt in corde.2.Colli.cap.18.de iuuamẽtis membrorum voluntarii motus.

Galenus& omnes medici confitentur quód virtus voluntaria eſt in corde. ibidem.

Gale.opinatus eſt ꝙ motus voluntarius nõ fit niſi per muſculos, & nõ eſt ita:muſculi enim non ſunt niſi in animalibus ſanguineis perfectis, & non eſt impoſſibile eſſe motum volũtarium ſine muſculo, & ſi eſt, eſt ꝑpter calorẽ naturalem, aut propter rem quæ ſtat loco eius in animalibus, quæ ſunt ſanguinea neq; carnoſa.2.Colli.ca.18. de iuuamẽtis membrorum anhelitus, vbi etiam vide impugnationẽ an ſit minus voluntarius.

Gale.opinatus eſt ꝙ virtus voluntaria motiua principaliter ſit in cerebro,& ꝙ immediatũ inſtrm̃ iſtius virtutis ſit neruorum. Ariſto autẽ & Auer. tenẽt virtutem iſtam principaliter eſſe in corde,& ꝙ primũ inſtrm̃ ꝑ ſe mobile ab iſta virtute

fit

ſit muſculus in animalibus perfe-ctis. Et ideo egritudo a qua prouenit leſio in motu, eſt primo & per ſe in muſculo & in neruo & cerebro non eſt niſi per viam & modũ colligantiæ. 2. Coll. ca. 18. & 19.

Gal. non habuit veram radicem in logica. ibidem. ca. 19.

Gal. in maiori parte rerũ in quibus putant hoĩes ꝙ contradicit Ariſto. non eſt vera contradictio, ſed ſunt ſicut concluſiones & complemẽtã. Et ideo nõ eſt dicendũ quòd illud quod dicit Gale. in particularibus rebus contradicit in vĩbus. Ariſt. 2. Coll. ca. 19. de iuuamentis mem brorum motus anhelitus.

Gal. & ſi tempore ſuo ars medicinę eẽt plene completa dixit, nõ eſt im poſſibile ꝙ aliquis veniat poſt me, & inueniat aliquid quod per me non fuit inuentum. 2. Coll. ca. 19.

Galenus dixit ꝙ in motu anhelitus pulmo nullum habet propriũ motum in ſe, ſed ſequitur motum pectoris, ſed Ariſtoteles tenet oppoſitum. ibidem.

Galeni ſententia motus pulmonis eſt violentus vel per violentiam. i. per viam per quam mouentur corpora artificialia. Et melius eſt dicẽdum ꝙ illud principium eſt in eo per motum, ſecundum quem mouentur naturalia. ibidem.

Gale. ſentit ꝙ temperatior regio eſt terra græcorum, & inter alias eſt terra Hippocra. Et dicit ꝙ totum tempus illarum terrarum eſt, ſicut tempus veris. 2. Coll. ca. vlti. quod eſt de complexiõibus temporum. vide tamen tu Gal. in prima particula ſeparatorum ſermonum. cõ. 14. & in lib. de tuenda ſanitate parum poſt principium, quia Auer. nõ bene habuit mentem Gal. quia non dicit Gal. totum tempus illius regionis abſolute eẽ, ſicut veris, ſed reſpectu climatum inter quæ mediatur quartum clima, quia reſpectu tertij eſt, ſicut eſtas, & reſpectu quinti eſt ſicut hiems.

Galen. opinatus eſt ꝙ cholera non naturalis vitellina eſt calidior naturali, & alii medici præter ipſum tenent oppoſitum, & Auer. laudat dictum Gale. 3. Coll ca. 4. de cauſis egritudinum naturalium.

Gale. non cognouit virtutem diſcretiuam, cuius officium eſt vt cognoſcat ſanguinem a ſuperfluitatibus, vt nutriat membrum ex conuenĩẽtiori, & mittat vnicuiq; membro quod eſt ei ſimile, & virtus ſeparatiua non eſt hæc virtus de qua ipſe loquitur, Etenim eſt magna differentia inter virtutem diſcretiuam & ſeparatiuam, & in eſſe & tempore. 3. Colli. cap. 16. de accidentibus ſuperuenientibus virtuti nutritiuę in generali.

Gal. dixit ꝙ ſolutio continuitatis ſit cauſa doloris contra quem vide Auerro. 3. Colliget. cap. 31. de accidentibus ſuperuenientibus virtuti ſenſibili.

Generatio eſt tribus modis, aut ſimplicium, aut organicorum, aut cõplexionis & mixtionis. 6. phyſico. commen. 59.

Generatio & corruptio non ſunt extra magnitudinem, licet non ſint in ipſa magnitudine. 6. phyſicor. tex. commen. 59.

Generatio primæ partis carnis componitur ex alteratione, & generatione, vt cum generatur caro ex ſãguine, primo amittuntur qualitates & accidentia ſanguini propria, & fient accidẽtia propria carni donec amittatur forma ſanguinis, & fiat forma carnis. ſ in fine mot᷑. ſ. in non tempore. 6. phyſi. com. 59. idem. 1. phy. com. 62.

Generabile quodlibet habet aliquã quantitatem naturaliter in initio generationis & fine, & iſta quantitas habet extrema & medium. Vide conſimile. 6. phy. commen. 32. & 1. phyſic. 34 & 2. de anima. text. commen. 41.

Generatio ita ſe habet ꝙ in ea forte eſt magis manifeſtum quã in aliis motibus ꝙ generãs eſt ſimul cum generato. 7. phy. com. 10.

Genus non videtur eſſe ſubiectum propinquum formarum. 7. phyſi. tex. commen. 29.

Genus vnum aliquid non eſt, ſed iuxta hoc latent multa. 7. phyſi. tex. commen. 30.

Generatio impoſſibile eſt vt fit ex non eſſe puro, vt apparet ex diffinitione motus. 8. phyſi. com. 4. idem 1. phy. com. 71.

Generatio impoſſibile eſt vt fit ex prima materia ſecũdum ꝙ poteſt intelligi nuda a forma. 8. phy. c. 4. vide in concordantiis.

Generibus licet quandoq; abuti loco ſpecierum, licet enim omnibus

vocabula arbittatu ſuo interpræ-
tari ac fingere. Themiſtius primo de anima. cap. 19.

Generari contrarium ex contrario poteſt intelligi duobus modis. 8. phyſi. com. 4.

Generatio non eſt primus motus tẽporalis, quia generatio non eſt motus, ſed finis motus. 8. phyſic. com. 7. idem. 6. phy. com. 32.

Generatione exiſtẽte erunt alij motus, quia generatio eſt finis aliorũ motuum, & qui deſtruit finem, deſtruit omnia quæ ſunt ad finem. 8. phyſico. commento. 24. Vide in concordan.

Generans eſt quod dat generato formam ſuam corpori ſimplici & omnia accidentia contingentia formæ, quorum vnum eſt motus in loco. 8. phyſicor. com. 32. & 3. cœli. commen. 28.

Genus aut mera notio eſt ſine euidenti ſoliditate aliqua, ſed ex tenui ſub oſcuraq; ſimilitudine ſingularium collecta, aut penitiſſime nihil antequam ſingularia multo poſterius, at ſpecies natura quædam eſſe amat & forma, nam ratio hominis ſimulatque iugata materiæ eſt, homo fit. Themiſt. primo de anima. tex. 8. idem Boetius in prædicamento ſubſtantiæ. & Commẽ. 12. meta. com. 4 & 27. & 1. de anima. comm. 8.

Generum & ſpecierum nomina, vtrum notiones ſabraque ſint an naturæ aliquando in ſingularibus cõtentę pulcherrima conſideratio eſt Themiſtius. 1. de anima. tex. com men. 8. idem Porphirius. vbi pondera, quia dicit, ꝙ neque animalis notio ſubſtantia eſt animata ſenſibilis multoq; minus notio hominis põt eſſe animal rationale mortale, ſed ſingulares homines propria animalia rationalia & dicuntur & ſunt. idem vide ab Auerr. ibidem commen. 8. & . 1. metaph. comm. 45. tenet Alexan. in. 1. lib. naturalium quæſtionum. quæſtione tertia. vbi quærit quorum ſunt diffinitiones.

Generabilia ex ſemine habent eſſe perpetuum: quia habent in ſeipſis generãs propinquum, ſecus eſt de genitis ex materia putri. Cõmẽ. in 8. phy. com. 46.

Generatio eorum quæ generant ſe nõ completur niſi illic ſit generãs extrinſecus præter generans propinquum ꝙ dedit ſolum generationis principium. 8. phyſi. comm. 46. & habet 2. phyſi. tex. commen. 26. & . 12. primæ philoſophie. tex. com. 13. vbi dicitur, ſol & homo generant hominem.

Generans extrinſecum neceſſario ẽ alterans, & ſua alteratio eſt temperata, ita ꝙ neceſſe eſt, vt ſit ſimĩlis calori naturali per quem completur illud ens. 8 phy. comm. 46. & idem habet in. 12. metaph. com. 18. & in. 2. de gener. animalium.

Generatio Ciceronis a Platone non eſt propter generationem eius ex Socrate; ſed eſt propter voluntatẽ eius, quia voluit proijcere ſemẽ in illam fęminam, Sortem. n. generare Ciceronem eſt per accidens. 8. phy. com. 47. Ex quo patet contra illos qui aſſerũt ꝙ Plato nõ potuit gñari niſi a ſuo pr̃e & nõ ab alio.

Generatio aut eſt alteratio, aut ſeqẽ alterationem. 8. phy. com. 55.

Generatio in animalibus quę ſunt hic præcedit alios motus ſm̃ ꝙ prędicamentum ſubſtantiæ præcedit reli-

reliquā prædicamenta in quibus ē motus. 8. phy. tex. com. 57. Et iſta eſt gloſa Auer. in com

Generationem ſi alteratio præcedat hoc eſt per accidens. ibid. cō. 57.

Generatione poſterius natura prius eſt. 8. phyſi. tex. com. 58. & . 9. met. t. c. 15. & . 2. de parti. anim. ca. 1.

Generatio & corruptio cū ſint motus oppoſiti, non tñ habent alterationē per quietem mediam: ſicut cæteri motus. 8. phy. com. 62. & ibi requirit cauſam, inquit. h. ꝙ hoc eſt, quia ſubiectū non eſt aliquod demonſtratum in actu, ſed ambobus extremis motuum. Caueāt igitur ponentes corporeitatem de prædicamento ſubſtantiæ coeternam in prima materia, ſm viam Ariſto. & Auer. tunc enim iſtud dictū minime verificari poſſet, vt patet intelligenti. In generatione & corruptione inconueniens penitus eē videbitur ſi factū mox neceſſe eſt corrumpi, & nullo tempore pmanere. 8 phy. te. com. 62.

Generatio quælibet ex contrario fit in cōtrarium, & ex ſubiecto quoddam & ſiſt corruptio. 1. cœli. tex. com. 20. idē. 1. phy. t. c. 43. & . 44.

Generatio duplex, vera & tranſumptiua, generatio vera eſt quæ fit p alterationem paſſiuam, quæ requirit ſubiectū & cōtrarietatem & tēpus. inquit n. Cōm. 1 cœl. com. 20. generabile vere eſt terminatum tempore, & fit ab aliquo. ſ. tanquā ex ſubiecto ne dum tanquā ab agēte, ſed generatio tranſumptiua eſt quæ non fit ab aliquo, ſicut ex ſubiecto, & in nullo tempore Auer. eſt diſtributio. 1. cœli. com. 20.

Generabile quodlibet non generatur niſi ex aliquo ente ſibi contrario, & iſta propoſitio eſt vera, tam in generatione ſimplicium, quàm in generatione compoſitorum ex ſimplicib. quā in gñone vnius cōpoſiti ex alio cōpoſito. 1. cœl. c. 20.

Gño triplex, ſimplicis ex ſimplici, cōpoſiti ex ſimplici, & cōpoſiti ex compoſito: & ita eſt triplex corruptio. 1. cœli. com. 20.

Gñatio cōpoſitorū fit duob' modis, vł fit ex primis cōtrariis nullo alio cōpoſito mediāte, vt gñatio mineraliū, & eorū q̄ ſine ſemine gñanť ab elħtis, vt plantę, & ſicut gñatio aīaliū q̄ p putrefactionē gñanť; & qa ē et alius mod' q̄ñ vnū cōpoſitū gñať mediāte alio cōpoſito, vt gñatio ſanguinis ex pane, & gñatio mēbrorū a ſāguine. 1. cęl. c. 20.

Gñans eſt ſiſt gñato, & eſt cōtrariū ei, ex quo fit gñatum, nō. n. agit in materiam generandi niſi inquantum eſt contrarium. 1. cęl. c. 20.

Gñabile quodlibet, & corruptibile eſt terminatū a tpe, & ideo qđ nō eſt terminatum a tēpore, eſt ingenerabile & icorruptibile 1. cęli authoritate Alex. & Them. in. c. 100.

Non gñabile non vere dř duobus modis, aut illud qđ fit ſine cauſis generationis, aut quod eſt difficilis generationis. 1. cęli. com. 3.

Generabile tribus modis ſumitur. 1. cęli. tex. com. 112.

Gñatū vel illud qđ gñať neceſſario nō fit ſm viā gñonis. ſ. p alterationē. Cō. 1. cœli c. 112. vbi pȝ ex intētione Auer. in entib' ęternis & neceſſariis eē aliū modū gñonis a mō verę gñonis, q̄ fit p alterationem. contra Grego. Ariminen. & Io. de Baccone, qui dicunt ſm Ariſto. & Com. nullū aliū modū gñonis ipſos intellexiſſe niſi illū, qui fit per

alterationem temporalem, cum tamen Com. etiam. 1. Cœli. cō. 105. Dicit ꝙ ſi Plato dum dixit, mundū eſſe generatum, intellexit ꝙ partes eius præcedunt ipſum natura non tpe. Ariſt. nō diſcrepat ab eo, & in eodem lib. com. 106. inquit, ꝙ innatum eſt inueniri in tpe non habet prius & poſterius, niſi ſm eſſe, qd eſt de lineis cum figuris. Et magis de rebus abſtractis, qm̄ ſi aliqua generatio fuerit ex rebus non temporalibus, tunc illę res non erunt priores niſi in eſſe tantum, ſi igit̃ intendebat dum dicebant eē generatum, qa eſt ex cauſis priorib⁹ in eſſe, erit verum, ſed verba eorum non compatiuntur hoc. Ecce igit̃ quō in via Cōm. & Ariſt. datur aliquis modus generans in rebus eternis & non temporalibus, in quibus eſt prioritas naturæ nō temporis. Negauit autem Ariſt ibi eſſe generationem quæ fit ex ſubiecto præſuppoſito & priuatione, quia talis fit per veram alterationem, & cum tēpore. Et hoc ſequebatur ad verba Platonis, quia poſuit ipſum eſſe generatum ex inordinatione eſſentiorum reductorum in ordinem. Inordinatio autem eſt priuatio & talis generatio quæ fit ex priuatione præexiſtente eſt cum nouitate & tempore, & ideo dixit Cōmē. ꝙ verba Platonis non patiuntur illā defenſionem. Et confirmatur per Auer. in. 2. ca. de ſubſtan. orbis. vbi poſtquam dixit. ꝙ finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria, intulit ꝙ agens eſt duplex, quoddam eſt prius tempore acto, & hoc eſt ĩ rebus generabilibus, quoddam vero eſt prius ſm eſſe. i. ſm naturam qd ēt illo modo eſt prius ipſo tēpore. Et ideo via iſtorū virorū multum deuiat a via Cōm. ſicut vides, vnde Cōm. 1. cęli. com. 114. ſcribit & innuit per hoc, vt reputo opinionem Plato. dicentis ꝙ mundus ante hoc non fuit equalis per naturā, & hoc eſt ordinatio quam intendebat cum dixit, ꝙ mund⁹ prius fuit ordinatus. deinde poſt venit ad ordinem. Et voluit hic notificare ꝙ mundus ſi ſemper fuit ordinatus, non eſt in eo potentia ad ordinationem. Et ſi venit ex inordinatione ad ordinationem, potentiam habet ad ordinationem & inordinationem, ſic igitur philoſophus ſm Auer. negat iſtum modum generationis qui fit ex priuatione ad eſſe in rebus non tpalibus, quia talis eſt generabilibus proprius & corruptibilibus, vt patet in. 1. phy.

Generationem rei cuiuslibet prædicamenti diffinimus vel potētiam ad generationem per primū tempus in quo poſſibile eſt generari, & corruptionē determinamus ex primo tempore in quo poſſibile ē corrumpi. 1. cœli. 118.

Generabile quodlibet eſt corruptibile & econuerſo. 1. cœl. t. cō. 131.

Generabile eſt quodlibet a ſuo ſimili, & corrumpitur a contrario. 1. cœli. tex. com. vlti.

Generatio cuiuslibet ſpeciei iſtius mundi non perficitur, niſi per aggregationem motuum corporum cœleſtium. 2. cœli. t. c. 2.

Generatur quodlibet a ſuo ſimili in ſubſtantiis, in accidentibus aūt nō eſt neceſſarium, vt oē accñs fiat a ſuo ſiſi ſpecie vel genere. 2. cęl. cō. 42. Vide in Theorem. noſtris quō ſit plene intelligendum hoc.

Gñatū & nō gñatū non differūt in neceſſitate

neceſſitate, quæ eſt inter cauſam, & cauſatum. 2. cęli. com. 104.

Generatio & alteratio ſunt in qualitate, ſed hæc in ſubſtantiali, illa vero in accidentali. 3. cęli. c. 38. vide 5. meta. in cap. de quali. & eius forma ſubſtantialis qualitas quodam modo dici poteſt.

Generatio elementorum ex corpore duobus modis poteſt intelligi. 3. cœli. com. 56.

Generatio vera & ſophiſtica. 3. cœli. commen. 56.

Genus quodlibet habet differentias oppoſitas ſm perfectum & imperfectum. 4. cœli. t. c. 35.

Generatorum & corruptorum cauſæ ſunt, quia elementa inueniuntur extra ſuum locum naturalem. 4 cęli. com. 41.

Generatio vnius eſt corruptio alterius, & corruptio vnius alterius eſt generatio. 1. de gene. & corruptio. tex. c. 17. & 18. & hoc in ſubſtantiis, vt habetur ibidem. t. c. 20.

Generatio alia ſimpliciter, alia non ſimpliciter. 1. de gene. te. com. 18. & 5. phy. tex. com. 17. & 1. phyſic. tex. comm. 62.

Generatio eſt trāſmutatio totius in totum, nullo ſenſibili remanēte ut ſubiecto. 1. de gene. & corr. t c. 23.

Generatio eſt in toto & crementum in parte. 1. de gene. & corr. cō. 17.

Generatur quodlibet, aut ab omogeneo, aut ab ethetogeneo. 1. de generatio. & corruptione. text. com. 30. Vide in Theorematibus quomodo ſit intelligendum.

Generatio non eſt vniuerſalis, ſequeretur enim generationem eſſe ex non ente. 1. de generatione. t. com. 40. idem. 7. met. t. c. 27.

Generatio & corruptio omnibus natura ſubſiſtentibus ſubſtantiis non eſt ſine ſenſibilibus corporibus. 2. de generatione & corruptio. tex. commen. 1.

Generantur natura conſtantia, aut ſemper, aut vt multum. Ea autem quæ ſunt præter ſemper, aut vt multum ab euentu proueniunt. 2. de genera. & corrup. tex. com. 39. idem. 2. phy. te. com 48.

Generatio eſt continua & ęterna, quia motus localis eſt continuus & ęternus, quoniam motus generat faciēdo appropinquare generantē generando. 2. de genera. & corrup. tex. comm. 55. & 56.

Generationis perpetuitatis tres cauſæ ſunt aſſignatę ab Ariſt. materialis, formalis, & cauſa agens. de genera. & corru. com. 60.

Generationes quorundam entium ſunt neceſſariæ, & quorūdam ſunt contingentes. ex. 2. de gener. & corru. t. com. 66.

Genus demōſtrat materiam, & differentia formam. 2. de anima. cōmen. 8. Non eſt intelligendum genus eſſe materiam Alexā. enim in libro naturalium quæſtionum demonſtratiue ſcripſit genus eſſe diuerſum a materia. Et hoc etiā Cōmē. in. 1. p̄timæ philoſophię. com. 17. & in. 12. com. 14. ſed intelligitur quòd genus comparatur ad differentiam, ſicut potētia ad actum, & ſicut materia ad formam. Vnde teſte Porphyrio in cap. de differentia, genus eſt proportionale materiæ, & diffierentia formæ. & 7. primæ philoſophiæ. t. c. 43.

Genus non eſt præter generis ſpecies, & ſi quid eſt illud vt mā eſt.

Genera impoſſibile eſt elementa rerum eſſe. 1. de anima. tex. com. 78.

vbi Them. dicit. ꝙ gña porro ſunt notiones animi noſtri & non elementa rerum.

Gña accepta in diffinitionibus, aut ſunt vniuoca vt animal in diffinitione hominis, aut dicta multipliciter, vt ens & potentia & actus. 2. de anima. cõ. 30. Vbi patet duplex eẽ genus ſ.m Peripateticos, vniuocũ, videlicet, & analogũ, vide pro hoc etiam 4. met. cõ. 2. & 5. meta. cõ. 4. & 1. de ani. cõ. 7. & 3. de aïa. cõ. 4. & & 3. phy. cõ. 4.

Generat nihil ipſum ſeipſum, ſed ſaluat 2. de ani. tex. cõ. 47.

Genera rerum ſcitarũ, aut ſunt ſcientiæ ſpeculatiuę, aut artes operatiuę, aut virtutes cogitatiuę particulares Cõmenta. in cõmẽ. libri de diuinatione.

Generatio & corruptio & omnis motus eſt a virtute quæ eſt habitus, & omne quod caret cauſis motus, eſt neceſſe habere quietem, quæ eſt priuatio motus. Cõmẽ. in vlti. cap. de ſubſtan. orbis.

Genus rei cum ignotum fuerit non debemus ſtabilire illud 1. metheo. cap. 2. Cõmenta. in ſua media.

Generatio mixti eſt dũ virtutes actiuę dominantur paſſiuis, corruptio autem fit quando paſſiuę dominãtur actiuis. 4. methe in principio.

Generatio ſimplex & naturalis eſt permutatio ab his virtutibus, cum habeant rationem ex ſubiecta materia 4. metheororum. tex. cõmen. 2. Vbi ſcire debes ꝙ triplex inuenitur generationis diffinitio tradita ab Ariſto. vna eſt generalis ꝗ principaliter verificatur de communi generatione, in qua vnum generatur ex vno, ſiue ſit ſimplicium, ſiue compoſitorum. Et iſto modo fuit diffinita in ſermonibus vniuerſalibus de generatione & corruptione in tex. cõ. 23. Generatio eſt tranſitio totius in totum, nullo ſenſibili remanente vt ſubiecto. Secunda deſcriptio eſt quæ competit generationi mixtorũ omogeneorum, in qua vnum fit ex pluribus, & eſt deſcriptio aſſignata hic. Tertia eſt quæ competit viuentibus, quæ fuit tradita ab Ariſto. in libro de morte & vita, dum dicit generatio eſt prima participatio animæ in calido naturali, & vita eſt eius permanſio.

Genus eſt diſtractum a materia 1. meta. cõ. 17.

Genus eſt forma vniuerſalis, & eſt vnum in forma media inter potentiam & actum. 1. metaphy. cõmen. 17. & ſecundo methe. cõ. 14.

Generatio ſemper eſt medium inter eſſe & non eſſe, ſecundo metaphy. tex. cõmẽ. 7.

Genera non ſunt in actu, niſi in ſuis ſpeciebus. 3. met. tex. cõ. 11. idem 7. meta. tex. cõ. 43.

Genera generaliſſima non habent genus niſi multipliciter dictum, quia omne quod habet differentiã hẽt genus, & non conuertitur. Cõmenta. 5. meta. cõ. 4.

Genus duplex, vniuocum & multipliciter dictum: elicitur diſtinctio ex 4. quinti metaph. & 4. meta. cõ. 2. & 1. de anima. cõmen. 7. & ſecundo de anima. cõ. 30. & 3. de anima cõmen. 4.

Generatio eſt natura, quia eſt via in naturam 5. met. tex. cõ. 5. & 2. phy. tex. cõmen. 14.

Generatio rerum naturalium non vt contingit, quemadmodum Em ped. ſed ratione quadã conſiſtit 2.

de generatione & corru.t.com.40. Vide in concordan.

Genus eſt ſimile materiæ. 5. meta. tex.com. 10. idem in Porphyrio in cap. de differentia, nota tamen ꝙ non eſt vera materia. 1. metaphy. com. 17. & 12. metaphy. commen. 14 Alexander enim demonſtratiue ſcripſit, quòd materia nõ eſt genus in libro naturalium q̃onum ſecundo. cap. vlti.

Genus pars ſpeciei dicitur, aliter autem ſpecies generationis pars dicitur. 5. meta t.com. 30.

Genus multifariam dicitur. 5. metaphyſi. tex. commen. 33. Et eſt in capi. de genere.

Genere diuerſa dñr, quorũ diuerſum primũ ſubiectum & nõ reſoluitur alterum in alterum, nec ambo in idem. quinto metaphy. text. commen. 33.

Genere diuerſa ſunt materia & forma. ibidem.

Genere diuerſa ſunt decem prædicamenta. ibidem.

Generatio hominum potius attribuitur primo patri quàm primæ matri, quia motor eſt nobilior materia. 5. metaph. commẽ. 33. & habet in textu.

Genus dicitur tribus modis. 5. met. tex com. 33.

Generatio quælibet, aut natura, aut ab arte, aut a caſu eſt. 7. metaphyſi. tex. com. 22.

Generatio propriæ eſt reſpectu ſubſtantiarum, accidentia, aut magis dicuntur pati quã generari. 7. metaph. com. 22.

Generationes quædam dicuntur factiones. 7. metaphyſico. tex. commento. 22.

Generationum & motuum hęc quidem intelligentia vocatur, illa vero factio. 7. met. t.c. 23.

Generabile in rei veritate eſt indiuiduum compoſitum, ex materia & forma, ſed forma non eſt generabilis, neq; corruptibilis niſi per accidens, & ſimiliter eſt de materia. 7. met c. 23. & tex. com. 26. &. 27. 31. 33. & 12. meta com. 18.

Genus differt a materia, quia genus prædicatur eſſentialiter etiam in recto de ſpecie & materia prædicatur denominatiue. 7. metaph. tex. commento. 24. & 43. idem primo metaphy. com. 17. & 12. metaphy. com. 14. Vide de hoc pulchre Alexand. in. 2. libro naturalium quæſtionum, quæſtione vltima. vbi oſtendit ꝙ materia non ſit genus demonſtratiue & apponit varias, & diuerſas differentias.

Generatio magis attribuitur priuationi quàm ſubiecto priuationis. 7. met. c. 25. vide in concor.

Generatum ex materia & forma eſt aliud ab eis. 7. metaphy. in cõmen. 26. & . 27. & . 60 idem. 5. meta. cõ. 6. & in. 3. de anima. comm. 5. iuxta dimidium, contra tenentes compoſitum non dicere tertiam entitatẽ in via Auer.

Generatum quodlibet neceſſe eſt, vt ſit diuiſibile in duas partes ratione non actu, in materiam, ſ. & formam. 7. meta. te. com. 27. Et ratio eſt quia in hoc eſt differentia inter per ſe generata a natura, & inter generata ab arte, quorum generatio fit per contactum, quia in talibus compoſitum poteſt diſſolui in duo, vel in partes ipſius componentis in actu, nedum ſecundum rationem, ſed in generatis etiam præſertim ſimplicibus non poteſt

compoſitum diuidi in duo ſ actu, quia ſeparatio formę a materia eſt corruptio ipſius.4.phyſi.com.17. vbi ſcribit ꝙ eſt poſitio naturalis, ꝙ forma non mutatur per ſe,ſcilicet non mutatur de materia in materiam ſecundum ꝙ corpora mutantur de loco ad locum, ſed ſeparatio eius a materia eſt corruptio, ſimiliter etiam ſeparatio materiæ ſecundum actum ab omni forma impoſſibilis eſt,quia quod non eſt in actu eſſet in actu,vt deducit Cómenta.in.2.phyſicorum in commento 12. Dixi autem notabiliter hoc veritatem habere in ſimplicibus,nam vt ſcribit Cómenta.in 3. cęli & mundi.in com. 31. vbi philoſophus pouit elementi diffinitionem aſſerens ſic, igitur elementũ corporum ad quod alia corpora diuiduntur intus exiſtens potentia aut actu,hoc enim vero modo ſe habet indubitabile ē. Dicit Cómē. ibi & debes ſcire ꝙ hæc elementa de quibus perſcrutatum fuit in.1. phy.ſunt alia ab elementis,de quibus perſcrutatur hic. Illic enim declarauit materiam primam,& formam quæ ſunt elementa vniuerſalia corporum,tam ſimplicium quã compoſitorum. Hic autem declarare intendit elementa corporum compoſitorum tantum, quæ equiuoce dicuntur elementa cum illis, quoniam quum compoſitum diuiditur non exiſtunt in actu, forma enim corrumpitur & materia induit aliam formam. Vnde Ariſ. etiam in.2.phy.t.c.12.dicit deſcribēdo naturā,quæ eſt forma, quia alio modo natura dicitur habentium in ſeipſis principium mot⁹, forma & ſpecies non eſt ſeparabilis ens,ſed aut ſm rõnem. Et ſic etiam dicit Cōm.ibi ꝙ eſt ſeparabilis nõ in eſſe, ſed ſecundum diffinitioné tantum.&.12.meta.commen.39. dicit.ꝙ intellectus innatus eſt diuidere adunata in eſſe in ea ex quibus componuntur, quamuis non diuidātur in eſſe,ſicut diuidit materiam a forma,& formam a compoſito ex materia & forma,& Ariſto. in.1.cœli & mundi, hoc idem aſſerit in tex.commen.92. &.95. in omnibus,tam natura quã etiam arte conſtantibus,aliud eſt ipſa ſecundum ſeipſam forma,& quę eſt mixta cum materia, de tali autem abſtractione facta ab intellectu qualis ſit, & ad quem ſpectet artifi cem pulchra difficultas eſt,& tu recurre ad ea quæ notaui tibi in concordantiis.

Genus eſt quod eſt commune & proximum equo, & aſino, & non eſt nominatum.7.metaphyſi.tex.28. Ex quo patet ꝙ non eſt vniuerſaliter verum ꝙ vniuerſalia ſunt notiora minus vniuerſalibus in cognitione confuſa,talia enim genera proxima rerum quandoq; latét & ſunt minus nota quám ſpecies, ex hoc enim prouenit quód ſunt innominata. Nullus enim impo nit nomen rei quam ignorat, vt habetur.7.primæ philoſophiæ.cõ mē.54.&.4.etiam primę philoſo. cō.10. Cuius oppoſitum tenuit diuus Thomas & ſequaces. Cōtra diuum Thomam.

Generās & generatum ſunt duo numero, & vnum in intentione vniuerſali.7.met.t c.28.

Genus aliud verum,aliud rhetoricū 3.de anima.com.6.

Generatio quælibet fit per tranſmutationem materiæ: & materia eſt indiui-

indiuiduum generationis.7. met. tex.com.28.

Generatum quodlibet generatione actuali.i.de generatione non ceſſabili generatur a ſuo ſimili. 7. met. tex.com.28. Vide limitationes huius propoſitionis. 12. primæ philoſophiæ.in commen.24. authoritate Alexandri.

Generatio ſi a formis ſeparatis proueniret non eſſet poſſibile, vt iſtę formæ eſſent cauſæ eius, quod apparet.ſ.ꝙ generans & genitum eſſent duo in numero, & vnum in forma.7.met.com.28. Et ratio eſt quia multiplicatio indiuiduorum in vna ſpecie, prouenit ratione materiæ, vt ibi dicit Côm.& in.1.meta.com.40. Et in libro deſtruct.in diſputa.1.in ſolutione ſeptimi, & octaui dub.

Generabilia ita ſe habent, ſicut mobilia: nam quemadmodum eorũ, quæ mouentur in loco, quædam mouentur ex ſe, & quędam ex alio ita eſt de generabilibus.7.meta.cõmen.29.vide in concord.

Generata ab arte ſunt in duplici differentia, nam in materia quorundam eſt pars potentiæ naturalis ſimilis artificio, & talia indiſcriminatim, & a natura, & ab arte generari poſſunt, & in materia, quorundam non eſt pars potentiæ naturalis, & talia non niſi ab arte generari poſſunt. vt domus.7.meta.text. commen.29.

Generata per accidens non generantur a ſibi ſimili.7.meta.commẽ.& tex.28.&.30.vbi etiam in.12. primæ philoſophiæ. in com. 24. vbi inter illas tres limitationes iſta eſt vna, authoritate Alexan. etiam, vt ibi refert Côm.

Generatis ex ſemine formas exhibet ſemina per formas quas dederunt generantia ſemina, ſed generans non ex ſe.i.caſu quia corpora cœleſtia ſunt illa quæ dant iſtis aliquid loco ſeminum & virtutũ, quæ ſunt in ſeminibus.7.meta.cõ.31.&.12.met.c 13.& 18.

Generatum ẽ formatũ, & generans eſt formans.ſ. illud. quod mouet materiam, donec recipiat formã, ideſt illud, quod extrahit illam de potentia ad actum, & illud quod mouet materiam neceſſario eſt corpus habẽs qualitatem actiuam aut potentiam quæ agit per corpꝰ habens qualitatem actiuam.7.meta.com.31.idem.12.metaphyſicę commen.18.vbi dicit.imaginatio ſuper creationes formarum, induxit homines dicere formas eſſe datorem formarum.

Generans ſubiectum formæ ſi aliud eſſet a generante formã, tũc ſubiectum & ſua forma eſſent duo in actu ꝙ eſt impoſſe.7.meta.com.31. inde colligitur vulgata propoſitio ꝙ idem eſt agens diſponẽs mãm, & introducẽs formã, nota tñ qđ fallit in gñone artificialium rerũ, vt patet in.2.phyſic.in.tex.commen. 24.&.25.

Generatio ſubſtantiæ proprium habet quod requirit aliquam ſubſtantiam actu exiſtentem quæ facit, vt anima, ſi animal naſcitur, generatio autem qualis, aut quanti nõ neceſſarium, niſi poteſtate ſolum.7.meta.t.com.32.vide pro hoc in.2. cœli.com.42.

Generatio eſt ipſius compoſiti non formæ neq; materię, & hoc eſt cõe tã ſubſtantiæ quã aliis prædicamẽtis.7.met.tex.c.32.

Generatio

Generatio qualitatum & accidentiū fit duobus modis, nam quandoq; generan{t}a ſibi ſimili, & quandoq; ſequuntur formam mixtionis primarum qualitatum. 7. meta. cō. 32.

Genus non videtur participare differentias, ſimul. n. contrariis idē participaret, nam differentiæ contrariæ ſunt quibus differt genus 7. meta. tex. cō. 42.

Genus non eſt præter eas quæ ſunt vt generis ſpecies, aut ſi equidem vt materia eſt, vox. n. genus & mā. 7. meta. cō. & tex. 43.

Genus propinquum appellatur primum, quia in diffinitione ponitur primus. 7. meta. cō. 43.

Generis rationem obtinent quæcū que mediant inter primum genus & vltimam differentiam in diffinitionibus. 7. primę philoſophię tex. cō. 43. vbi per primum genus non intelligitur proximum, ſed genera le quod eſt primum ſecundum naturā, & ita vides quomodo in paruo ſpatio equiuocat Philoſophus de primo genere in eodē tex. in habendo modicam ſolicitudinem de noībus ſicut in ſimili notauit Cōmen. in 1. phyſicæ auſcuſcationis 1 cōmen. 1. quod durum videbatur expoſitori.

Genera diuerſantur quia quędā magis aſſimilantur formæ, & quędam magis materiæ. 7. primæ philoſophiæ. cō. 43.

Genus aſſimilatur materiæ. ibidem. & 1. meta. cō. 17. & 12. met. cō. 14. & 5. meta. cō. 33. & 10. met. cō. 24. & 8. meta. 5. & 6.

Genera ſunt repræſentatio & exemplar materierum compoſitarum, quæ ſunt partim actus, partim potentia, vnde huiuſmodi eſſe ꝙ repręſentant genera eſt membrū inter formam quæ eſt in actu & materiam primam, quæ nō habet formam. Et ideo genera habent diffinitiones, ſicut & ſpecies donec perueniatur ad primum genus, quo nihil eſt propinquius materiæ primæ. Et propterea huiuſmodi gen᷒ nō habet diffinitionem, ſicut neq; vltima forma niſi per modum ſimilitudinis. Et vnumquodq; iſtorum genus dicitur vniuoce, quia id quod repræſentatur per iſta genera inuenitur perfectius ꝙ ea quę repræſentātur per genera analoga, vt ens & res, ex paraphraſi metaph. tracta. 2.

Genus per ſe non pr{e}dicatur de dria 3. meta. tex. cō. 10.

Genus gñaliſſimū eſt ſimplex & genera ſubalterna ſunt compoſita 3. meta. cō. t 1.

Genus duplex propinquū & remotum 5. met. cō. 10 & 2. phy. 28.

Genus quodāmodo aſſimilatur materiæ & quodammodo aſſimilatur formę, ſonus. n. quodāmodo aſſimilatur materiæ, quia eſt propinquus materię literarū, et quodammodo aſſimilatur formæ quæ prædicatur de literis in quid. 7. meta. tex. cō. 43.

Genus apud Ariſt. eſt forma vniuerſalis, & differentia particularis 7. meta. cō. 43. 1. meta. cō. 17. 8. metaphyſi. cōmen. 6. & 2. phy. cō. 28. & cō. vltimo, vbi per formā intelli ge formam declarantem quidditatem, ſeu vniuerſalem conceptum ne incidas in errorem Burlei & Ioānis de Gandauo.

Genus primo debet diuidi in primā differentiā & ſibi oppoſitā, & non primo debet diuidi in differētiam

ſuæ

ſuæ differentiæ 7. meta. tex. cõ. 43. & 1. poſteriorũ in illo cap. ad probandum autem terminum per diuiſionem, oportet coniecturare rẽ. Et eſt in tex. cõ. 21. in tranſlatione antiqua.

Genus prædicatur de hoïe ſm materiam, ſed materia non prædicatur 8. primæ philoſophię. cõm. 6. & ibi Cõmenta. reddit cauſam dicęns, & non debes dubitare in hoc, ex hoc quod dictum eſt in nono, ſcilicet quòd materia non prædicatur de aliquo ſecundum numerum, & ſecundum diffinitionem. Et eſt dictum hic ꝙ diffinitiones naturales conſtituunt ex formis & materiis, in diffinitionibus.n. compoſitorum ex ſubſtantiis & accidentibus, & in diffinitionibus rerũ quæ ſunt in ſubiecto eſt materia quaſi differentia & forma quaſi genus, & ſi nõ attribuitur ei niſi ſm aliquã prædicationem, quod ideo dixit; quia. 7. metaphyſi. commen. 41. & 23. materia non prædicatur de habente materiam nomine principali, ideſt in recto, ſed in obliquo, aut denominatiue, & ſequitur. verbi gra. vt dicatur ꝙ ſimitas eſt concauitas in naſo, & idolũ terreſtre idolum ex terra, in diffinitionibus vero rerum exiſtentium per ſe, genus eſt quaſi materia, & differentia quaſi forma, & ſic genus nõ dicitur materia de diffinito niſi ſecundum quòd eſt genus ei. hoc eſt. dictum ꝙ materia induit rationẽ generis, aut quod verius eſt, ꝓ quãto gen⁹ eſt proportionale materię, non ꝙ materia fiat genus. Et hoc declarant verba ſequentia. Nomẽ enim generis ſignificat materiam ſecundũ quod eſt in potentia illud quod habet materiam, & ſic prædicatur de habẽte materiam ſecundũ quod eſt. Nomen autem materiæ ſignificat in materia aliquid ĩ actu, pars.n. eius materia eſt. Et ideo nõ prædicatur de eo cum non prędicetur aliquid in actu de aliquo ĩ actu: niſi per aliquam prædicationẽ importantem habitudinem. Et hoc eſt ꝙ confirmauit etiam dominus Albertus cognomento Magnus ſuper Porphyrio. in ca. de generatione. vbi inquit. ꝙ hæc eſt cauſa vera, ꝙ genus prædicatur, non ideo tantum, quia eſt maris, ſed quia eſt forma, & ſecundũ aliquem modũ totum eſſe dicit, nam eſt totũ eſſe ſpeciei, ſed non eſt perfectum eſſe ſpeciei, totum enim eſſe eſt in potẽtia. Et nihil eſt de eſſe in potentia quod non ſit ante vltimum actum, ad quem terminatur motus potentiæ. Eſſe autem in potentia eſt eſſe in genere, & quòd ſic ſe habet ad ſubiectũ, prædicatur de eo prædicatione eſſentiali, & non per prędicationem ſeu denominationem accidentalem, & hoc eſt quod a multis dicitur, quòd eſt forma partisquæ non prædicatur, & eſt forma totius quæ prædicatur, ſed hoc non ſufficit, ſed oportet addere quòd forma totius ſit, & totum eſſe ſignificet & non ſignificet eſſentiam, cuius eſt actus proprius. Animalitas enim non prædicatur, nec etiam humanitas quamuis animalitatis eſſe ſit animal & humanitatis eſſe ſit homo, talis ergo forma deſignãs formam totius & eſſe prædicatur & non aliter, & aĩa ſenſibilis loco animalis poſita non prædicatur, quia animal non eſt anima ſenſibilis. Et ſimiliter aĩa hominis

minis non prædicatur de homine, hæc.n.dicit formam partis & non totius eſſe. Aīalitas autē & humanitas non prædicantur de his, quorū ſunt formæ, non enim deſignant formas vt eſſe ſubiecti, ſed vt eſſentias, aīal autē & homo prędicātur, quia deſignant formas vt totum eſſe ſubiecti, vel in potentia, vel in actu, ſubiectū dico de quo prædicātur. Et ſic eſt ēt in oībus formis accidentalibus, homo.n. eſt riſibilis & non riſibilitas, & eſt albus & nō albedo, hæc illæ. Et hanc etiam ſententiā ſequitur diffuſe Diuus Thomas in ſpeciali tractatu de ente & eſſentia, ſicut poteris videre, & eſt doctrina etiam Auicennę in ſua logica & in ſua prima philoſophia.

Genus vniuocum qñ o diſtinguatur ab analogo, vide Simpliciū in 2. de anim. in tex. ſecundo.

Genera altiſſima sūt ſimplicia cum non habeant gña, diffinitiones vero ſunt cōpoſitorum. 8. me. cō. 16.

Generatio ex tribus perficitur additione, diminutione, & tranſmutatione. 9. meta. tex. cō. 12. Nam vt inquit Cōmentator in cō. neceſſe eſt quādo aliquid generatur, vt aliquid ſuperfluum quod non conuenit ad recipiendum formam diuidatur a ſua materia, & neceſſe eſt vt aliquid addatur ei .ſ. forma per quam dicitur generari, & additio & diminutio non fiunt ſine tranſmutatione. vbi aduerte vt habetur ibi in textu, hoc tm̄ hēt in his, quorum generatio eſt ab extrinſeco, ſicut eſt generatio domus & rerum factarum ab arte, nam in naturalibus generatio non fit per congregationem, vel additionē aut diminutionem, ſed alterationem vt dicitur primo phy. tex cō. 63. & in 1. de gener. & cor. contra antiquos.

Generabilia ex ſe ſunt quæcunq; sūt in potentia, & ſunt illa in quibus ſicut nō eſt aliquid, quod indiget primo motore extrinſeco, ita q fit in potentia illud, ſicut ſperma, non qñ fuerit in aliquo in quo indiget trāmutatione, vt dum eſt ſanguis in venis, ſed quando fuerit ſperma in in actu. 9. meta. tex. cō. 12.

Generatione poſteriora ſpe & ſubſtantia ſunt priora vt vir puero, & homo ſpermate. 9. met. tex. cō. 15.

Genera non ſunt ſubæ & naturæ ſeparabiles ab alijs in 10. meta. habetur in tex. cō. 6.

Genus quodlibet habet in ſe vnū primū, quod eſt metrū oīum i illo genere. 10. primę philoſophię. t. c. 7.

Genus vniuocum ſignificat ſuas ſpecies mediante aliquo cōi, ſed analogum ſignificat prima ſignificatione, & ſine medio vt ens & vnum ſignificat, 10. prædicamenta prima ſignātione, & ſine medio. 10. met. cō. 8. & in lib. deſtruct. in diſputa. 7. in ſolutione 5. dubij. Vide de hoc lucidiſſimum Themiſt. in 2. de anima in cap 12 & eſt in expoſitione tex. 30. Vide etiam de hoc. 12. primæ philoſophiæ. cō. 19. & 20.

Gña entium naturaliū repræſentant materias ſenſibiles: ſed gña in diffinitionibus entium mathematicorum, repræſentant materias fictas intentionales, quia in diffinitionibus eorū non apparet materia ſenſibilis, ex paraphraſi meta. tracta. 2.

Gñe differunt, quorum non eſt cōmunis materia, nec gñatio ad inuicem. 10. meta. tex. cō. 12.

Genere differentia mutuā ad ſe viā non habent, ſed plurimum diſtant 10. met.

10. meta.tex.cōmen. 13.

Genus ſignificat materiam 10. meta.tex.cōmen. 24. Vide in concor.

Genere diſtantia nō conueniunt in vna natura oĩno. 10. meta. cō. vlti. Ex quo patet ꝙ genus analogũ nō ſignificat vnam naturam cōmunē analogatis ſm Peripateticos, ita ēt ſentit lucidiſſimus Themi. in 2. de anima cap. 12. Et eſt in expoſitione tex. 30. idem tenet Cōm. 10. metaphy. cō. 8. de ente & vno. idem tenet in lib. deſtruct. in diſp. 7. in ſolutione quinti dubij.

Genus verum nō habet ſpecies priores ſe adinuicem, 11. meta. Commenta. ex authoritate Alexan. Et eſt ſententia Ariſto. in prędicamentis, in cap. de ſimul. Et eſt authoritas Porphyrii in cōmunitatibus, licet Auerrois ibi dicat ꝙ prioritas inuenitur, & in eodem genere; & in diuerſis generibus quę dicuntur in reſpectu eiuſdem rei; Themiſt. etiam in 2. de anima in cap. 12. in expoſitione textus. 30. expreſſe dicit, ea namq; quæ ita inter ſe hn̄t, vt priora hæc poſteriora ſint illa, quamq̄ communem aliquam notionem habeāt, quæ de his dicatur fieri, tamen negauit, vt illa, aut genus ſit, aut natura vna, ita vt ſine his intelligi ſeorſum poſſit, de quibus iudicatur dici diciturue, vide quid ſenſerim de hoc in. 12. primæ philoſophiæ. in expoſitione ſecun di cōmentarii.

Genus quandoque dicitur vniuoce, quandoq; ſecundum prius & poſterius 12. meta. cōmen. 2. idem. 1. de anima. cōmen. 7. & in ſecundo de aĩa. cō. 30. Et in. 3. de a a. cōmē. 4. & 4. meta. cō. 2. & 5. metaphyſi. cōmen. 4.

Generationes priuationum nō proprie dicuntur. nec eſt rectũ eas appellari generationes, quia non proueniunt ſm primã intẽtionem, ſed ſunt ex erroribus contingentibus, & hoc eſt tã in natura q̄ in arte. 12. meta. cō. 13.

Genita ex materia putri videntur eſſe ſpecies intentę a natura, & plura eorum generantur in temporibus terminatis, & etiam in locis terminatis. 12. meta. cō. 13. Et lucidiſſimus Themiſt. in primo de anima. in cap. 24. inquit. in ægypto mures ſponte naſci, & in noſtro cœlo vermes & locuſtę.

Genitorum ex materia putri, virtus quæ eſt in materia putri ſimilis arti eſt a ſole tantum, ſed genitorum ex ſemine fit virtus a ſole, & habente ſemen. 12. primæ philoſophiæ cō. 13. & 18. & 7. meta. cō. 31. idem 12. meta. cō. 40.

Generatio qũo fiat require quinque opiniones duas extremas, quarum vna eſt ponentium latitationem, & quodlibet eſſe in quolibet. & fuit opinio Anaxagorę, & ſecunda eſt ponentium creationem ex nihilo, & tres aliæ opiniones ſunt mediæ inter ipſas. 12. meta cō. 18. ab illa parte, dicamus igitur ꝙ omnes dicētes agens & gnationem eſſe ſunt bipartiti & contrarii, & habent medios vſq; ad calcē cōmenti iſtarum autem mediarum. una eſt Auicen. ſecunda eſt The. & tertia eſt Ariſt.

Gnātio aſſimilatur creationi quodammodo inquantum illud quod eſt in potentia fit in actu, ſed differt a creatione inquantum non conuenit per formam ex non forma. Et aliqualiter aſſimilatur latitationi. 12. primæ philoſophiæ cōmē.

cō.18.iuxta dimidium cōmenti.
Generans animam non ponit animam in materia, ſed extrahit illud quod eſt in anima in potētia ad eſſe animam in actu. 12. meta. cō. 18.
Generabile quodlibet & corruptibile, & oē generabile & corruptibile reciprocatur infinities. 12. meta. cōmen. 50.
Generatio nihil aliud eſt niſi res conuerti de potentia ad actum, nulla namq; per mutatio de ſumma priuatione fit, ex libro deſtructionū. diſp. prima, in ſol. 21. dubij.
Generationem fieri in infinitum recte impoſſibile eſt, ſed non circulariter, quia daretur infinitum in actu, ex diſpu. 3. in ſol. 18.
Generabile inquantum generabile pars eſt huius mundi, ſenſibilis. Ex libro deſtruct. diſpu. 3. in ſol. 18. dubij.
Generabile quodlibet vere generatur, ex re, & de re, & pro re, & in loco, & tempore. ibidem diſtin. 3, in ſolutione. 18.
Genera apud hoīum opiniones ita ſe hñt, ꝙ tres ſunt de generibus opiniones, quidam poſuerunt ꝙ genera ſunt omnia generabilia & corruptibilia, prout continent finita indiuidua, ſecūda opinio tenet, ꝙ quodam genus eſt ab æterno. ſ. ſine prīcipio, & ſine fine; vt apparet continere infinita indiuidua. Et hęc opinio eſt bipartita, nam aliqui tenēt ꝙ talia genera acquirunt ęternitatem ab aliqua cauſa extrinſeca neceſſaria, & iſta eſt via Philoſophorum. Alij vero dicunt ꝙ prout continētur infinita indiuidua optime dici pōt ꝙ ſunt ab æterno. Et hæc eſt opinio illoꝝ qui dñr æternales.
Genus vniuocum & differentia vniuoca ponuntur in diffinitionibus rerum compoſitarū ex forma vniverſali & particulari, ex diſpu. 7. in ſol one primi.
Generis compoſitio & differētia eadem eſt compoſitioni ex re potentiali & actuali, generis nanq; natura nunq̄ actu repetitur nuda a natura differētiali ſeu formali & qđcunq; compoſitum, Ex iſtis duab⁹ naturis apud philoſophos eſt generabile & corrup. & habent agens ex diſput 7. in ſolone. 3.
Generis vniuoci cōmunicatio oppoſita eſt cōmunicationi generis analogi, & vide cauſam. in. lib. deſtr. in diſp. 7. in ſolone vltimi dubij.
Genitum membrum. debet eſſe de ſubſtantia illius mēbri ex quo genitum eſt ſm Ariſt. ſed Galeń. negauit hanc propoſitionem Cōmē. in 3 de partibus anim. in ca. de corde, & Auicenna etiam negauit illā propoſitionem. dixit enim ꝙ corallum, quod eſt duriſſimum oritur ex terra molli. Auer. autem dicit propoſitionem iſto modo intelligi ꝙ quoties ortum eſt eiuſdē ſpeciei cum membro a quo oritur, & quoties ramus eſt eiuſdem formæ cū ſua radice, ſemper ſunt eiuſdem ſubſtantiæ. Et ideo non poteſt naſci malum punicum in ramo citri.
Generationis natura eſt ꝙ poſt multa genera ſimilitudo redditur, vt elide quæ cum æthiope concubuerat non filiam forma æthiopis peperit, ſed ex filia erat ęthiops, prīo de generatione anim. cap. 18.
Generatio & compoſitio naturalis non eſt ex ſimplicib⁹ prius tempore & loco. diſtincte generantis generare compoſita, ſicut in generatione

ſtione artificiali contingere poteſt. ibidem.

Generatio aīalibus data eſt ad ſpecierum perpetuitatem quum numero perpetuari, nequeant, Ariſt. ſententia eſt in principio ſecundi de generatione animalium: & eſt ſententia repetita per ipſummet & per Auerroem in 2. de anima. tex. cōmen. 34

Generare tale quale ipſius, hoc eſt cuiuſcunq; perfecti, tum animalis, tum ſtirpis ſecundum naturā effectum eſt in 2. de gene. animalium in cap. 1. in fine. & in 2. de anima. tex. cōmen. 34. & in 4. metheoro.

Generatio animalium quinque modis perficitur, quorum primus eſt animalium gignentium ſibi ſimile, figura & ſimilitudine intra ſe & extra ſe. ſecundus eſt animalium quæ ouum generant intra ſe mox animal edunt foras, & hoc eſt dū ouum intra corpus animalis corrumpitur, & eſt ſpecies animalium cartilaginea nuncupata. tertius eſt animalium generantiū intra ouū imperfectum & extra perficitur vt piſces non habentes ſquamas & pēnulas, quartus eſt animalium quæ vermiculum extra pariunt, & ſunt animalia quæ non gignuntur, ſed ſponte natura gignuntur. Auer. ex 2. de generatione animalium colligit hanc diuiſionem ex Philoſopho. ibidem cap. 1.

Generationum ſecūdum naturam diſtinctarum & corruptionū principia quędam incidunt, quæ illas impediunt, atq; ita cauſæ fuerit eorum quę præter naturam eueniūt. Ariſt. in 4. de gener. anim. cap. vlt. inde patet ꝙ non omnia ex neceſſitate proueniunt.

Generatio ſimilis in ſpecie & quidditate magis videtur apparere in artificialibus q̄ in naturalibus, tamen ita eſt in natura, ſicut in arte. Ex pataph. meta. tract. 2.

Generationis proprium in his quæ gignuntur in paruo conſiſtit, paruum autem facile moueri deprauariq; poteſt. Ariſt. in 5. de generatione anima.

Generatio præcedit motum localē ſingulatium, ſed vniuerſaliter motus localis præcedit omnem motū. Them. 8. phy. 58.

Generatio eſt ꝙ nō a ſua natura degenerauit. Nobile autem eſt quod ex bono prodiit genere. 1. de hiſtoria anim. cap. 1.

Genera multa in ſpecies diuidi poſſunt, ſed nullis noībus nominatas. 1. de hiſtoria anim. cap. 6. Et ibi ēt colligitur ꝙ multa ſunt genera carentia nomine. Et habetur ēt in 7. meta. tex. cō. 28.

Generatio animalium & ſtirpium alia ex ſemine, alia uero ſponte naturæ proficiſcitur. Ariſt. in 5. de natura animalium. cap. 1. & 11. primæ philoſophiæ. tex. cō. 27.

Generatio animalium ſponte naſcētium, aut ex humo, aut ſtirpe putreſcente conſiſtit, aut in animalibus & eoꝝ excremētis fit. 5. de gen. anim. cap. 1.

Generatio piſcium ex ouo differt a generatione auium. ſexto de natura anim. cap. 10.

Gentes diuerſantur duobus modis, quorum vnus eſt naturaliter. ſ. ſm uirtutes eorū, & ſm entia propria ſuis regionibus, ſecundus eſt ſm ſimilitudines & opiniones eorū ſm leges ſuas. Cōmenta. in cō. libri de diuinatione.

Geometer non habet diſputare cōtra negantes principia geometrię. 1.Phy.te.cō.8.Nā redditur ibi ratio, quia hoc pertinet ad ſciētiam cōmunē. idē habetur in 1. Poſterio.ab Ariſt.idem 3. Cœli cō.4.& 8. Phy.com.22.

Geometer habet pro principio ꝙ diuiſio magnitudinis procedit ī infinitum,idē 3.Ph.cō.60.& 1. Phyſico. com. 11.3. Cœ.com.6.& 4. Phyſi.cōmen.72.

Geometer conſiderat ſuperficies lineas & pūcta & corpora, vt abſtrahunt a materia ſenſibili.2.Ph.t.c. 18.1. Cœ.cō.1.3.Cœ.co.5.6. Meta.t.c.2.3. Meta.tex.c.3.7. Meta. t.c.34.&35.1.de aīa.17.1.cœ.92.

Geometer habet pro maximo fundamento ꝙ omnis magnitudo diuiditur ī duo æqualia 3. Ph.c.56.

Geometer dicit magnitudinem augeri in infinitum.3. Ph.cō.60.

Geometer cōuenit cum naturali in hoc ꝙ magnitudo eſt diuiſibilis ī infinitū, ſed non conuenit in hoc ꝙ ſit augumentabilis in infinitū 3.Phy.com.60.& 3.Cœ.com.6.

Geometricę propoſitiones ſunt de capitulo opinabilium propoſitionum, quæ ſunt fundamenta geometrię abſq; eo ꝙ ſunt extra animam 3. Phyſico.commen. 60. & 3.Cœ.cōmen.72. Nota tamen ꝙ ex hoc non ſequit͛, vt ſcientia geometrię ſit ſcientia rationalis, & de ſecūdis intellectis vt alibi notaui.

Geometer dicit ꝙ linea recta ē breuiſſima linea ducta inter duo puncta, ſed hoc eſt large. & ſilr ꝙ figura circularis eſt ęqualis figurę pologoniæ 1.Phy.com.29.

Geometer imaginat͛ ꝙ linea recta incuruetur, & decipitur in hoc 7. Phy.com.29. Vide in concordan.

Geometra licet ponat diffinitionē continui, tñ naturalis experitur probare 1. Cœli commen.4. vide idem 3. Phyſi cō.31.

Geometra & naturalis communicāt in tribus magnitudinibus, ſed diuerſis modis 3. Cœli com. 6. & 3.Phy.com.60.& alibi.

Geometrię certitudo in demonſtrādis rebus & iudicādis maior aſtronomię: nobilitas amplior ē merito eius naturæ, circa quam verſatur, demonſtratiōes vero eius probationesq; eius imbecilliores ſunt ꝗ geometriæ aliquāto, propterea quia agit de rebus agnoſcentibus motum,Themiſt 1.de Ani.& Cō. ibidem tex. cō. primi.

Geometriæ principia non oīa ſunt eadem numero,ſed propria numerorum ſunt eadē numero. 3. Cœli commento 35.

Geometrię principium eſt ꝙ omne corp' eſt diuiſibile, & ꝙ omne corpus diuiditur in quęcunq; pūcta. 3.Cœ com.37.& tex.cō.38.

Geometria erat in magno pretio tēpore Plato. & Plato propter amorem geometriæ, & magiſtri ī multis errauit,opinās res geometricas eſſe principia rerum ſenſibilium, 3.Cœli com.61.

Graue & leue nō habent motus naturales a medio impeditos 4. Phy. com. 71.& 74.

Grauitas qñq; ſeparatur a denſitate 4.Phy.t.c.85. vbi dicitur in tex. diſſonant autem graue & durum, in plumbo & ferro, vbi dicit Cō. ꝙ plumbum eſt grauius ferro, & tamen eſt rarius,vide idē in 3.Cœ. in cō.10.& in 2. de Generatiōe & corruptione in com.15.

Grauitas

Grauitas & leuitas ſunt numeratę in tactu, & ſimiliter mollities & durities 7. phyſic. cōmen. 11. vide in concordantijs.

Grauis & leuis eſſentia efficit vt leue vbi dicitur ſuperius, & graue inferius 8. phyſi. tex. cōm. 32.

Grauitas & leuitas in deſcriptione grauis & leuis ſumuntur pro habitu & forma, quæ eſt principium mouendi, licet vulgariter ſumantur pro qualitate 1 cœli. cōmen. 17. Ex quo patet grauia & leuia habere principium intrinſecum actiuum reſpectu motus, vide etiam in primo Cœli. cōmen. 81.

Graue & leue habent duas deſcriptionas, vnam ex motu, aliam ex quiete. vide primo Cœli. tex. cōm. 17. vide quæ ſit magis declarans ſubſtātiam in 4. cœli. cō. 26. & 31.

Grauitas eſt leuitatis priuatio 2. cœli. tex. cōmen. 19.

Grauium corporum deſcenſus ad medium totius coegit nos dicere ea eſſe rotunda, ita motus leuium a centro ęqualiter ad circūferentiam cogit nos dicere ꝙ circūferentia ſit rotūda 2. cęli. cō. 30. & c. 26.

Grauitas quādoq; ſumitur pro motu ad medium, & quādoq, pro forma corporis grauis 2. cœli. tex. cōmen. 104.

Graue & leue quodlibet quod eſt grauitatem, aut leuitatem habens non per ſe, ſed in comparatione alterius neceſſe eſt vt ſit grauius alio, & leuius alio. 3. cœli. tex. cōm. 9.

Grauitas & leuitas non ſunt eiuſdē naturæ in ſimplicibus, quia terra eſt grauis ſimpliciter: & aqua eſt grauis ſecundum comparationem 3. cœli. cōm. 8. Simplicia enim vt aſſerit non ſunt eiuſdem naturæ inter ſe vbi ponit tres concluſiones. Prima concluſio quę elicitur eſt iſta, ꝙ grauitas & leuitas nō eſt eiuſdem naturæ. In ſimplicibus natura differunt ſpecie, quia grauitas terræ eſt grauitas ſimpliciter, & grauitas aquę eſt grauitas comparatiua. Similiter leuitas ignis eſt leuitas ſimpliciter, & leuitas aeris aeris eſt cōparatiua. Secunda concluſio eſt, ꝙ grauitas & leuitas ſimplicium non ſunt eiuſdem naturæ & ſpeciei, cū illis quæ ſunt in corporibus compoſitis, i. mixtis, quia vt aſſerit parua pars plūbi eſt grauior magna parte terræ. Tertia concluſio eſt, ꝙ grauitas & leuitas mixtorum corporum adinuicem comparatę differunt ſpecie, vt grauitas plūbi & grauitas auri, quia pars parua auri eſt grauior magna parte plumbi.

Graue ſimpliciter non eſt grauius alio ſecundum Ariſt. inquantum eſt terra, aut aqua, ſed inquantum eſt graue 3. cœli. cōmen. 8. Conſimile de ſubtilitate dicit Cōmē. in 4. phyſi. cō. 72. & de velocitate motus 6. phyſi. cōmen. 15. & de regularitate motus 5. phyſi. cōmen. 45.

Graue quodlibet denſum eſſe & omne leue eſſe rarum non eſt vniuerſaliter verum, lapis enim diaphanus eſt grauis, & tamen eſt rarus & nubes ſunt denſæ, & tamen ſunt leues. 3. cœli. cōmen. 8.

Graue eſſe oportet ꝙ graui grauius eſt, quemadmodum albo albius album. 3. cœli. tex comen. 12.

Graue aliquod eſſe compoſitum ſecundum quantitatem ex non grauibus impoſſibile eſt, & ideo additum eſt ſecundum quantitatem ad excipiendum materiam & for-

mam, quę non ſunt graues, aut leues, ex quibus comparantur corpora grauia & leuia, quia compoſitio ex materia & forma, eſt ſecundum qualitatem. 3. cœli. cōmen. 12. Ex quo habes φ ſint partes ſm qualitatem ſecundum viam eius.

Graui quolibet dato grauius aliqd accipi poteſt, quomodo ſit intelligendum hoc dictum Philoſophi. 3. cœ. t. c. 9. vide Auer. ī paraphra. 3. cœli. in ſum parte ſecunda, in contradictione prima.

Graue & leue quandoq; ſignificāt habitum & formam, & quandoq; ſignificāt actionem. 4. cœli. cōm. 2. Vide etiam. 1. cœli. cōmen. 17.

Graue & leue aliud ſimpliciter, aliud ad alterum. 4. cœli, tex. cō. 3.

Graue & leue ſecundum comparationem eſt illud in quo non eſt pura grauitas, neq; pura leuitas 4. cœli. cōm. 3. vide quomodo ſit intelligendum. 4. cœli. in cōm. 26.

Graue & leue ſimplicia fuerunt cognita ex motibus eorum naturalibus, quia cū inuenimus duo corpora, quorum vnū eorum moueť ex eodē loco ex partibus oībus ad partes oppoſitas, & alterum eorū mouetur ad illum eundem locum ex omnibus partibus oppoſitis, neceſſe eſt vt ſint hic duo loca naturaliter oppoſita, medium, ſ. qd̃ vocat inferius & circunferentia quā vocat ſuperius ſimpliciter, & non ſecundum comparationem. 4. cœli. cōm. 3. & habetur in tex.

Grauitas in magnitudinibus quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, non differt niſi ſecūdum magnitudinem & paruitatem, ſed in magnitudinibus dictarum ſpecierum ſunt diuerſę in grauitate, quia quemadmodum velocius mouentur ad medium. 4. cœli cō. 6. vide cō. 8. tertij de cœlo & bene intelliges illud.

Grauitas in cōpoſitis magis dominatur, raro enim dominatur leuitas in eis. 4. cœli. commen. 6.

Grauitatem diuerſificari ex diuerſitate corporum intelligibile eſt, ſed non ex diuerſitate ſuperficierum, quia grauitas non dicitur de ſuperficie 4. cœli. tex. cō. 11. vbi prefertur opinio Democriti opinioni Platonis in aſſignanda cauſa grauitatis & leuitatis maioris & minoris in corporibus.

Grauitatis & leuitatis cauſæ traditę ab antiquis diuerſimode ſunt, & vl'iter ſunt quatuor opiniones antiquorū. de hoc vide 4. cœli. cō. 20.

Grauitas in elementis mouet vt eſt forma. & mouetur vt eſt in prima materia. 4. cœli. cōmen. 22.

Graue ſimpliciter eſt illud qd̃ quieſcit ſub omni corpore, & leue ſimpliciter eſt illud quod naturaliter qeſcit ſup oīa corpora. 4. cœ. t. c. 26.

Grauis & leuis diffinitiones datæ ꝑ quietem, magis demonſtrant naturas eorū quàm diffinitiōes datæ per motū, quia motus a medio, vel ad mediū non accidit eis, niſi poſt violentiam. 4. cœli. cōm. 26. & 31.

Grauitas & leuitas, vt tradit Ariſto. in græco idiomate, ſunt duo nomina ſignificātia potētias qbus hæc corpora mouentur, ipſorum vero corporū motus nullum, vt inqt nomen effertur, in arabica vero lingua vſus horū noīum videtur eſſe in cōtrarium. Auer. in paraphraſi. 4. de cœlo. ſumma 1. cap. 1.

Grauis & leuis ſubiectum perfectū eſt & propinquū eſt ſubſtātiæ elemētorū. ſecus eſt de ſubiectis aliorum

rum motuũ, ſubiectũ enim albedinis & nigredinis, & ſubiectum receptiuũ ſanitatis & egritudinis longe diſtant à ſubſtantia,& perfectione rei recipientis ſanitatẽ & ægritudinẽ.4. cœli. in paraphraſi in ſum.ſecũda.idẽ 4.cœli.t.c.24.

Grauis & leuis diffinitiões ſm The. rectius dantur p motũ q̃ p quietẽ: huius tamẽ oppoſitũ ſentit Auer. in para.quarti de cęlo. ſum.3.c.1. Et conſidera ibi auream digreſſionem contra Themiſt. vide etiam ipſum 4.cœli.cõ.26. & 31.vbi habetur ꝙ diffinitiones datæ p quietem demonſtrant magis naturam eorũ,licet deſcriptiones datæ per motũ,magis oſtendunt dñas quæ ſunt inter abſolutũ & cõparatiuũ.

Grauitatis & leuitatis diuerſitas ĩuẽta in compoſitis proficiſcitur ex diuerſitate ſimplicium in multitudine & paucitate 4.cœli.tex.cõ.28.

Grauitas magis aurũ q̃ argentum in eodem loco, qa cõſtat ex pluribus partibus terreſtribus,q̃ ex quibus componitur argentum,& hoc eſt manifeſtum.4.cœli.cõm.28.

Grauitat ex cõpoſitis quoddã magis q̃ alia in eodẽ loco,& quædam in locis diuerſis.4.cœli.ibidem.

Grauitat in aere magis lignũ centũ librarũ q̃ plumbũ vnius libræ, in aqua vero eſt leuius 4.cœli.t.com. 28.vide cauſam ibi contra Them.

Grauitas & leuitas elementorũ mediorũ in proprijs locis eſt alterius rationis & equiuoce cum grauitate & leuitate dictis,quando ſunt extra loca propria: & hoc ignorauit Themiſt.4.cœli.cõmen.29. idem habet in paraphraſi.vide etiam.4. cœli. cõm. 39. contra Themiſtiũ.

Graue & leue vno modo ſunt contraria & alio mõ ſunt relatiua, cũ vnũ ſit pfectio alterius.4.cœ.c.35.

Grauitas in aere magis dñatur q̃ leuitas:vide cauſam & ſigna.4 cœli.tex.cõmen.39.

Grauitatis & leuitatis ſimpľr cauſa eſt terminatio in parte ſuperiori & inferiori ſimpľr,& cauſa qđ ſuperius & inferius ſimpľr ſint eſt finitas extremorum loci,& cauſa finitatis extremorũ in loco eſt ꝙ vnũ extremorũ eſt cẽtrũ & reliquũ eſt circũferẽtia: alioqn nõ ĩueniret̃ finitas ĩ lõgitudine recta, qa lõgitudo recta nõ eſt forma p ſe,& pp aliquod finitũ p ſe,ſed pp lõgitudinẽ rotundã. & ex hoc apparet ꝙ loca ſunt duo tm̃:& impoĩe eſt eſſe plures mundos vno ex 4. cœli.cõ. 40.

Grauis & leuis antiqui cauſas aſſiguauerunt ex quãtitatibus. Ariſt. autem ex formis, & nõ parua dña quia finitas nõ eſt ex quãtitatibus rerum,ſed ex formis.4.cœli. c.40.

Grauitas aeris in ſuo loco proprio non eſt ſicut grauitas quã dicitur habere in loco ignis. Cõmentator cõtra Themiſtium in paraphraſi quarti de cœlo in ſum.3.cap.2.

Grauitas & leuitas non ſunt qualitates actiuæ.2.de genera.& corruptione.tex.com.8. vide in concor.

Graue & leue ſunt in prædicamento ſubſtãtiæ.2. de anima.cõmen. 108.idem 4.cœli.cõmen.20.

Grauitas & leuitas ſunt in prædicamento quantitatis,ſecunda intentione.5.metaphy.cõmen.18.

Grauitas terræ cauſa eſt maxima diſtantia a motu orbium,& per contrariam cauſam ignis eſt in maxima leuitate, ex libro deſtructio. diſpu.prima. in ſolutione.11. dubij.idem in 2.cęli.cõmen.94.

Grauitas ſequitur priuationem motus, & leuitas ſequitur ad calorem qui cauſatur a motu. ex praphraſi metaph. tract. 4.

Granis granatorũ ineſt proprietas reſiſtendi putrefactioni, & vt cibus in fumoſitatibus malis minime cõuerti poſſit 7. colli. cap. 16. Ideo in cura putridarum febrium ſolet a medicis expertis adhiberi in digeſtiuis ſyrupis commiſcendo vinum granatorum.

Gradus virtutum actiuarum eſt ſuper vnam eãdem complexionem ſecũdum comparationem graduũ virtutum paſſiuarũ. ex 2. colliget, cap. de complexionibus membrorum conſimilium, vbi etiam dixit contra Galenum ꝙ menſura duarum qualitatũ actiuarum ſequitꝰ a mẽſura duarum paſſiuarum, quia formæ proprie habent materias proprias ſub eis.

Grando eſt aqua congelata in nube 1. metheo. cap. 4.

Grando magis generatur in autumno & in vere; econtrario diſpoſitioni huius ibidem.

Groſſitudinem habens ex admixtione aeris cum aqua eſt aereũ a predominio, ſicut oleum, & ideo natat ſuper aquam. Commẽtator in 4. metheo. in ſumma.

Grues ſeneſcẽtes cuius effectus cauſa eſſe poteſt ꝙ pennarum natura earum albicet pluſquam humoris his ſeneſcentibus conſtituitur in pennis quàm vt facilius putredini pareat. Ariſtoteles in 5. de generatione animalium. cap. 5.

Grues ex ſcyticis campis ad paludes ægypto ſuperiores, vbi nilus profluit veniunt, quo in loco pugnare cum pigmeis dicuntur: non enim id fabula eſt, ſed certe genus tũ hominum, tum equorum puſillum eſt, vt dicitur, deguntq; in cauernis. vnde nomẽ troglodite a ſubeũdis cauernis accepere Ariſto. in 8. de natura animalium. cap. 12. Credo autem ideo Ariſt. dixiſſe id nõ eſſe fabulam, quia de hac re multiſcius Home. meminit in 3. lib. Iliados. vbi ſcribit. Aduerte tamen ꝙ tametſi & Ariſt. & Homerus aſſerant pigmeos eſſe hominũ genus, non propterea intelligendum eſt ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei, non enim habent animam rationalem, ſicut bene notauit Albertus cognomento magnus in libro ſuo de animalibus libro 7. ca. 6. Eſt igitur genus ſimile homini, quia ſunt figuræ rectę ſed non ſunt vere homines. Nota de pigmeis.

Grues volant de vltimis in vltima, vt dictum eſt, & volant flatu ſecundo. Quod de lapide narrãt falſum eſt: lapidem enim eas tenere fulcimento quem vbi deciderit accipi vtilem ad auri probationem. ibid.

Gruum prudentia requiratur in 9. de natura animalium. cap. 10.

Grues inter ſe tam acriter pugnant, vt dimicantes capiantur: hominẽ enim expectant potius quàm pugna deſiſtere patiantur. 9. de natura animalium. cap. 12.

Gummi ſunt ingroſſata & inſpiſſata a calore, quia ſunt ſuperfluitates terræ naſcentium, & in omnibus eſt ſiccitas aliqua per viſcoſitatem exiſtẽtem in ipſis. 5. colliget. ca. 2. vbi loquitur de ammoniaco.

Guſtus & tactus in vnam et parte linguæ ſunt. Themiſt. in 2. de anima cap. 39. vbi collige non eſſe ſemper neceſſarium diuerſorum ſenſuũ eſſe organa diuerſa ſm rẽ.

Gſtus

Guſtus eſt quidam tactus 2.de anima.tex.cōmen.94.

Guſtus cum ſit in homine abſolutior & certior odoratu', cur deguſtatis rebus ſtatim voluptas, ęgritudoue conſequatur, neq; Ariſt. neq; expoſitores attingunt. The. 2.de anima.cap.32.& eſt ſup t.95.

Gutta vltima lapidem cauat,8.phy. tex.comen.23.& vide Themiſtiū in 2.li.de memoria & reminiſcentia ꝙ præcedētes molliunt & ſubigunt lapidem,cap.8.

Gutta quomodo cauet lapidem, vide 8.phy.tex.c.23. & vide Them. in 7.phyſi.verſus finem ſuper tex. 38.vbi dicit neq; ſi lapidem multa ſtillicidia incauant, neceſſe eſt ſingulis ſtillicidijs ſeparatum ſua ramenta reſpondeant: hæc enim ſemper ad diſcretionem potentiarum ſubiectæ magnitudines diſſecantur,& nonnullæ quoque potentiæ ſunt, quæ illas quaſi trans curſu prætereunt non diuidendo, ſecandoue, ſed ita efficiendo & præparando vt ſecari & diuidi aliquando poſſint.

Guttur quod & arteria dicitur corpore cōſtat cartilaginoſo.2.de partibus animalium.cap.3. vide 7.de vtili.particu.Gal.ca.3. vbi agit de trachea arteria, & ibi videbis quid ſit cartilago. Et nota etiam ibi ꝙ anuli qui ſunt ī trachea iuxta ſubſtantiam pulmonis,non ſunt completi cōtra Mondinum & modernos anathomiſtas.

De litera H.

HABITVS nō īdiget ad ſui cognitionē concipi reſpectu priuationis,niſi eēt habitus inquantū eſt perfectus,& priuatio ex parte qua eſt quid imperfectum,& vt vniuerſalius dicam inquantum eſt habitus,hoc eſt,inquātum eſt relatiuū, et commento magno in prologo primi poſteriorum Cōmentator.

Habituum continuas paſſiones facit ſeries & continuatio temporis: Actuum vero vnum eſſe non conceſſerim:niſi iunctus ſit & continuo defluat. Themiſt.5. phyſic. 38.& habetur in tex.

Habitus eſt prior priuatione ī re cętēte habitu.4.phy.cō.67. vbi ſubdit Cōment.ꝙ hæc propoſitio, vt mihi videtur, non conceditur ab Auicen.& eſt fatuitas in illo.

Habitum eſt quod conſequenter eſt cum tangat.4.phy.tex.cō.26.

Habitibus præſentibus nō dum generatur aliquid, ſed iam eſt 1. de generatione & corrup. t. cōm.55.

Habitatio tota impoſſibile eſt vt fugiat a philoſophia,& forte philoſophia inuenitur in maiori parte ſubiecti,3.de aīa.c.5.in ſol.qōnis.2.

Habitatio eſt poſſibilis in quarta meridionali,ibidem.

Habitus diffinitio eſt vt habens ipſum operetur per ipſum quando voluerit,& ex ſe abſq; hoc ꝙ indigeat aliquo' extrinſeco,3. de anima.commento 18.

Habitus mediat inter habentem & habitum 5.metaphy.tex.cōm.25.

Habitū haberi non contingit, alioquin in infinitū erit,habiti fuerit habere habitum.ibidem.

Habitus eſt prædicamentum ſm ꝙ contētum dicitur habere cōtinēs. Cōm.5.meta.cō. 28. ſed quando continēs habet cōtentū, tunc hoc eſt predicamētum vbi vt idē dicit.

Habeo verbū demōſtrat tot reſpe

ctus quot demõſtrantur per hanc propoſitionem in, licet differat qa habere dignius. d. reſpectum continentis ad contentum, ſed, in, præpoſitio, eſt conuerſo modo. Commenta. 5. metaphy. cõm. 28.

Hanelitus inſtrumenta ſunt canna, dyafragma, pulmo, trachea, arteria, epiglottis, & vuula, 2. coll. c. 19.

Hanelitus ſecundum Galenum eſt motus volũtarius, & vide rationẽ. 2. colli. cap. 19.

Hanelitus ſecundum alios eſt motus naturalis. ibidem. ſicut motus pulſus.

Hanelitus ſecũdum aliquos ſapientes eſt compoſitus ex duabus virtutibus. v3 naturali & voluntaria: & iſta opinio eſt verior ſm Auer. ibidem. Comparando autem duas primas opiniones ad inuicem, ſecunda eſt verior prima. ibidem.

Harmonia ẽ poſterior inſtrumẽto.

Harmonia non pugnat cum inſtrumento.

Harmonia intẽditur & remittitur.

Harmonia cõſtante nõ poteſt conſonantiæ accidere offenſio.

Harmonia corporis nihil aliud eſt q̃ firmitas valẽtia & pulchritudo.

Harmonia eſt quædã ratio mixtorum aut compoſitio. primo de anima. tex. cõmen. 53.

Harmonia nõ eſt ſubſtantia. ibidẽ.

Harmonia non mouet inſtrumentum. ibidem.

Heraclitus ignẽ principiũ oĩum eſſe aſſeruit, & orbẽ quandoq; deflagraturũ, vt hæc oĩa redeant, vnde profecta deriuataq; fuerint. 3. phy. tex. cõm. 46. Forte hoc eſt ꝙ Ouidius cecinit ĩ 1. Metamorphoſeos, eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus, Quo mare quo cœlũ, correptaque regia cœli, Ardeat & mundi moles operoſa laboret.

Heraclitus negauit ſcĩam, & exiſtimauit oĩa entia ſenſibilia eſſe, qa ſunt in continua trãſmutatione, ideo nulla de eis poteſt haberi materia. 4. metap. tex. cõmen. 22. ibidem dicitur ꝙ Cratillus increpauit ipſum aſſerentem eundem nõ poſſe bis in idem flumen intrare, immo nec ſemel.

Herinaceus ſolus inter animalia, quæ animal generant, habet teſtes contrario modo adhærentes: cætera aũt hñt, añ, vel intus, vel extra. vide cauſam 1. de gen. ani. c. 2.

Herinacei cõmutant ſua cubilia auſtrorũ & aquilonũ mutatione, qui autẽ intra tecta aluntur ad parietes diſcœdunt, quod ita fieri cũ Bizantij quidam aduertiſſet, cõſecutus exiſtimationẽ eſt, vt tempus futurum poſſet præſagire, 9. de natura animalium. cap. 6.

Heſiodus primum omnium chaos, deinde terra, litẽ & amorẽ fuiſſe tẽ ſtatur, ex erratis primi metaphyſi.

Hirci pingues minus fecundi ſunt, quorum argumento vites quoties per nimiam alimenti copiã luxuriantes fructum non ferunt, hirci ſtare ruſtici dicunt. Ariſto. in 5, de natura animalium. cap. 14. idem in 1. de generatione ani. cap. 18.

Hiems noſtra eſt æſtas in partibus meridionalibus, & cũ fuerit frigiditas in parte ſeptẽtrionali, erit caliditas in parte meridionali, & ecõuerſo. Cõ. in princi. lib. metheoro.

Homo eſt magis aptus ad diſcernẽdum indiuidua odorabiliũ q̃ cætera aĩalia, quãuis quædã aĩalia habeant fortiorem ſenſum odoratus a remotis. 3. colli. cap. 34.

Hominum perfectorum in artibus vna conditio eſt, vt ſit dominus ar tis ex ſe, ita vt hoīs cognoſcat res neceſſarias perfecte cū inſpexerit rerum diuerſitatē ex 7. coll ca.28.

Hominis tactus eſt fortior q̄ in cæte ris animalibus. 3.collig.ca.36.

Homo diuerſificat̄ ī ſenſu olfactus a ceteris animalibus, quia homo non pōt odorare niſi cū olfactione, ſed multa animalia odorant ſine olfactione, vt animalia carentia ſanguine, vt apes & formicæ. 3.collig.cap.36.

Homo pluries cribrat vnū modiū ſabuli, vt inueniat vnam margari tam. Auerroes.4.colliget.cap.9.de ſignis ægritudinis in generali.

Homini ab Apolline pythio iniunctum eſt, vt ſe ipſum noſcat, perinde quaſi oībus ex ſua cuiuſq; cognitione naturalis viuendi ratio ſtatuenda videatur. Alexander in princ.paraphraſis de anima.

Homini ſoli pariendi tempus multiplex datum eſt: cætera autē animalia oīa ſingulari ac ſimplici modo partum ſuum perficiunt: nam & ſeptimo menſe, & octauo, & nono parere poteſt, & quod plurimum decimo: nonnullæ etiā vndecimū attingūt.9.de na.ani. c.4.

Hō cū aīalia alia ſingulos pariāt, alia plures in ancipiti eſt: nā ꝙ plurimū & in locis plurimis agit̄ mulieres ſingulos ſingulæ pariūt, ſed ſæpe & locis pleriſq; geminos etiā, vt in terra ægypti fieri certum eſt: pariunt etiā tres & quatuor, & quidem locis nonnullis valde, ita fit quod dictum eſt: ſed quinq; cum plurimum naſcuntur: iam enim hoc pluribus eueniſſe certū eſt, & quædam partubus quatuor, viginti enixa eſt: quinos enim ſingulis partubus edidit.ibidem.

Hoībus ſolis contingit vt ſi gemini concipiant̄ quorū alter mas alter femina ſit pauco ſeruentur: in cæteris autem aīalibus gemini nati ſi mas & femina ſint, enutriuntur atque ſeruantur. ibidem.

Hoīes octauo mēſe geniti in terra ægypto viuere & adoleſcere poſſunt, & quibuſdā alijs locis vbi mulieres fertiliores ſunt, multoſq; ſimul & ferūt & pariūt, ſed locis grꝺciæ multi intereūt, nec niſi perpauci ſeruant̄. vnde fit, vt ſiquis ſeruet̄ nō octauo menſe natus exiſtimet̄. ibidem. Ex quo patet rationē mathematicorū nullam eſſe, quia natus octimenſis nō poſſit viuere. vide Cōciliat.in drīa ꝓpria de hoc.

Hominis oſſa ſunt numero 348. exceptis paruis quæ replent ſpatia iuncturæ, & oſſe epiglottis, & oſſe cartilaginoſo quod eſt in corde ſecundum aliquos anathomicos. 1. colliget.capit. de anathomia dentium & oſſium.

Homines ætatis ratione inuitantur vt iuuenes inter ſe feminas generent, ſeniores facti mares, & quidā iuuenes nihil procreant ſeniores facti incipiunt procreare.7.de natura animalium cap.6.

Homini in pueritia ſinciput molle eſt ſeroq; duratur: cæteris autem animalibus diſcrimen oſſiū nullum eſt, ſed omnia perfecta iā inde a natiuitate proueniunt, Ariſto.in 7.de natura animaliū.c.11.

Homo eſt id quo coniungitur eſſe ſenſibile cum intelligibili, & propterea perfecit Deus in ipſo eſſe ſenſibile cui euenit imperfectio propter diſtantiam ab ipſo. ex pa-

raphraſi metap.tex.4.
Homo cũ cætera animalia naſcantur cum dentibus in pueritia, ſeptimo menſe dentire incipit.ibidem.
Homo ſicut cætera animalia quæ ſecundum naturam inuerſa in caput naſcuntur,& manus etiam ad coſtas porrectas extenſaſq; habet qui cum extierit ſtatim vocẽ emittit,& manus in os admouet ibidẽ.
Hominis aĩam ĩ pueritia ab anima beluarum nihil differre prope dixerim 8.de natura animalium.capitulo primo.
Hominis ſaliua plurimis morſibus venenoſorum animalium aduerſatur,vel animalibus venenoſis. 8. de natura anima.cap.29.
Homo eſt perfectiſſima natura, & ideo affectus animi in eo conſpectiores cõtinentur,quàm in cæteris 9.de natura animaliũ. cap.1.
Hominis ſtercus panthera quærit cum venenum pardalianches ab angore dictum comederit,quo etiam leones intereunt 9.de natura animalium. cap.6. vnde venenis aduerſatur,vt medicis etiam videt.
Homo ſolus ambidexter naſcitur. Ariſtote.in 2. de natura animalium.cap.1.
Homo pauciſſimis pilis integitur niſi in capite, qua quidem parte irſutiſſimus omnium eſt. ibidem.
Homo maxime oĩum animalium ſuæ magnitudinis ꝓportione plurimũ ſeminis emittit, & inter mares qui humidiores ſunt natura, nec valde carnoſi.7.de natura animalium.cap.1.
Homo ſolus ex animalibus pedes habentibus,pedes carnoſos habere cernitur.ibidem.
Homo cũ ad iuſta incrementa peruenit partem ſuperiorem minorẽ habet quàm inferiorem, contra atque cætera animalia quæ ſanguine conſtant, partem ſuperiorẽ intelligi volo quantum de capite ad eam portendit partem qua exitus patet excrementis: inferiorem vero quantum ab ea ipſa ſubſequitur reliquum corporis.ibidem.
Homo priuſquam adultior ſit,partem corporis ſuperiorẽ habet maiorem quàm inferiorem. ibidem.
Homo dentes priores mutat: maxillares autẽ nullum animal mutat.ibidem.
Hominis ſanguis eſt tenuiſſimus & minutiſſimus.3.de natura animalium.cap.19.
Homines tam mares quàm feminæ a primo ortu infecundi naſci poſſunt.7.de natura ani.cap.1.
Homines mares nimis ſalaces & feminæ quæ frequentius pariunt citius ſeneſcunt ibidem.
Homo corporis proportione plurimum ſemen emittit. Ariſtote in tertio de natura animalium, capitulo vltimo.
Hominis proprium eſt locutio. Ariſtote.in 4.de natura animalium capit.nono.
Homines locutione vtuntur varia cum vocem omnes emittant eandem,quarto de natura animaliũ, capi. nono.
Homines ſurdi a natiuitate ſunt etiam muti & vocem emittere poſſunt, locutionem vero nullam. ibidem.
Homo maxime animalium ſomniat.Ariſtote.in.4.de natura animalium,cap.10.
Homo anno quarto aut qnto ſomniare incipit,ibidem.

Homines

Hoïes quidam nunq̃ ſomniauerũt, & nõnullis accidit in proceſſu ętatis vt viſo ſomnio mutarentur habitu ſui corporis, vel in mortem vel in morbum, ibidem.

Homini maxime temporib' oĩbus coitus opportunitas eſt, atq; etiã plura alia pedeſtris generis 5. de natura Animal.cap.8.

Hominum mas ſtimulatur magis ad venerem hyberno tempore, fœmina ęſtiuo.ibidem.

Hominum in genere & quadrupedũ aĩal gignentium maxime patet vt nouellorum prima emiſſio ſeminis, vt ĩ cęteris generibus animalium, aut infœcunda, aut ſi fœcunda ſit imbecilliora tñ generat. 5.de natura Animaliũ ca.14.& in 7.de natura Animal.cap.1.

Homo in quartodecimo anno, ſemen incipit ferre, ſed vim genitalẽ recipit circa annos ter ſeptẽ.ibidem & in 7.de natura aĩal.cap.1.

Homo mas ad annũ vſq; ſeptuageſimũ.v3. termino vltĩo poteſt generare, fœmina vſq; ad quinquageſimũ, verũ id raro: paucis.n. proles in eo ętatis tẽpore procreata ẽ, ſed magna ex parte maribus qnĩtus & ſexageſimus annus finis, fœminis progenerandi eſt quintus& quadrageſimus. Ariſt.in 5. de hiſtoria Animal.cap.14.vide in contradictionibus nuper editis ſuper 7.lib. de natura Animal. ca.5.vbi oppoſitum habetur.

Hominibus tempore quo ſemen incipiunt ferre qui iam fricari, cõtra ctariq; per libidinem ceperint, accidit vt cũ ſemen emittũt nõ mõ voluptate, verum ẽt dolore afficiãtur 7.de natura aĩal. cap.1. cogita qũo hoc ſit poſ'e, & vide in ſimili de hoc Alexan. in 1.libro naturalium qõnum. qõne.12.

Hominis vox & fœminarũ immutatur dum ſemen ferre incipiunt qđ caprire denominant 7.de natura Animal.cap.1.

Homines nonnulli a natura biuertices nati ſunt, verum non oſſe ſed capillorum equamento. 1.de hiſtoria animalium cap.7.

Homo per ſe tempus ſentit, ſed cętera animalia per accidens vtpote q̃ non ipſius temporis ſenſum proprie habeant, ſed motiones & paſſiones eius q̃ tempore aliquo acceperunt.Them.3. de aĩa. cap.64.

Homo audit, homo guſtat, olfacit, obtuitur quanq̃ propõnes iſtę receptæ ſunt non tñ primariæ ſunt nec primum competunt functiones ille homini ſed ſenſarijs & internuntijs ſuis hoc eſt auribus, lingua, naribus, oculis ſicut dicit' trĩãgulus equilaterus duos rectos habere ſed non primum, quia ea afferre primo deberet triangulo, qcquid.n. in partibus aut in genere primum ineſt nõ põt de integritate aut de ſpecie primũ afferri. Themiſt.6.Ph.ſuper.t.44. vide in concordan. nuper editis.

Homines habentes magnam frontem ſunt ſegnes, quibus autẽ parua ẽ ſunt mobiles, quibus lata mẽte moueri idonei, quibus rotunda iracundi. Ariſtote. in 1.de natura Animal.cap.8.

Hominis ſupercilia ſi in rectũ porrigantur mollem aĩum ſignificãt. Ariſt.in 1.de natura Aĩal.cap.9.ſi iuxta naſum inflexa ſunt auſterũ notant & acerbũ, ſed ſi iuxta tempora inflectantur deriſorem ſimulatoremq; indicant: ſi vero in totum

tum demerſa notã inuidię habēt.

Hominis oculi duos angulos hñt, quorũ, alter iuxta naſum, alter iuxta tēpora eſt, & angulus ille albugo oculi dicitur, qui ſi iuſto longiores fuerint notam maleficorũ & morem præbent. ibidem.

Hõ ſolus aĩaliũ numeroſa oculoꝶ varietate notatur. Ariſt in 1. de natura animalium cap. 10.

Hominis oculi id qđ nigrũ appellatur, & eſt id qđ pupillã ĩ qua fit viſio ambit, in quibuſdã eſt atrũ in quibuſdam valde ceſium, alijs fuluũ alijs caprinũ, quod morũ optimorũ indicium eſt, & ad cernẽdi claritatem primatũ obtinet. Ariſt. in 1. de natura Animal. ca. 10. credo ꝙ iſtud ſit glauci coloris, & iõ Hom. Miner. glaucopiã appellat.

Hominis oculi qui mediocriter cõniuent, notam morum laudabiliũ habent. idem.

Hominis aures tm̃ ſunt ĩmobiles. Ariſt. in 1. de natura aĩal. cap. 11.

Hominis aures magnę arrectęq; vltra modum, ſtultitiæ indices ſunt aut loquacitatis. ibidem.

Hominis ſternutamentum ex naſo eſt vniuerſi flatus eruptio p naſum ſignum augurale & vnũ ex ſpirituum omniũ generibus ſanctum & ſacrum. Ariſto. 1. de natura Animal. cap. 11.

Homines quorũ interior pars plantæ pedum non caua eſt, ſed ita pleniuſcula plena eſt vt ſolum toto attingat veſtigio, hi verſuti ſunt & fraudulenti. Ariſto. in 1. de natura animal. cap. 15.

Hoĩem omniũ maxime aĩaliũ ſuperiora ac inferiora habere rõne locorũ naturaliũ intelligimus 1. de natura animalium cap. 15.

Homines qbus pedes exigui ijs ēt manus paruę habentur, & quibus cubiti breues, ijs etiam femora breuia magna ex parte ſunt. ibidem.

Hominis ſiniſtra omnia ĩbecilliora dextris ſunt. ibidem.

Hoĩes duos eiuſdẽ cõplexionis tẽperatæ equaliter, qui vno vtuntur regimine poſſibile eſt vt alter deueniat ad finem naturalem ſuæ vitę quem põt habere per naturã, alter vero non poterit, & vide cõm. 6. Collig. cap. 1. vbi dicit ꝙ eſt ꝑ indiuidualẽ ꝑparationẽ in materia, & ibidẽ dicitur ꝙ non eſt impoſſe vt homo tẽperatus bono vtens regimine, non viuat diutius alio vtẽte malo regimine, licet hoc rariſſime contingat.

Hominis inferiora ſimilitudinẽ ſuperiorũ præ ſe ferre ea ratiõe dixerim, qua venter intus rñdere dr̃ faciei ĩ gracilitate & corpulẽtia. ibi.

Hõ plurimũ cerebri ꝓportione magnitudinis ac humidũ habet 1. de natura animal. ca. 16. & 2. de partibus animal. cap. 7.

Hoĩs tm̃ cor ad partem potius ſiniſtrã vergit, ſed in cæteris quibus pectus ineſt, eſt in medio pectore 1. de natura Animal. ca. 17.

Hõ cum cętera aĩalium in ſenectute non caneſcant manifeſte maxime omniũ ita afficitur. Ariſt. in 5. de Gener. animal. ca. 1.

Homo ſolus caneſcit, & inter cætera animalia equus ſolus pilo albeſcit, & euidentius per ſenectutẽ: canities. n. debilitas quędã humoris ſita in cerebro & cruditas eſt. Ari. in 5. de Gener. Aĩal. cap. 1.

Hominis oculi diuerſicolores ſunt, ſed cęterorũ aĩalium ĩ ſuo cuiuſq; genere vnicolores potius ſunt, vt boum

boū nigri, ouiū aquilini, aliorum ruffi toto genere aut ceſij ſunt, nōnullorū caprini vt caprarij generis Ariſt. in 5. de Gener. animal. ca. 1.

Hō prę magnitudine minime ferè aīalium omniū procul ſentire pt, cū tñ differentiarū ſenſu maxime oīum valeat, cuius rei cauſa eſt ꝙ ſenſorium ſincerū minimeq́; terrenū corpulentumue obtinet, cutē ēt tenuiſſimā prę cæteris aīalib. hō ſuapte natura pro magnitudine habet Ariſt. in 5. de generatione aīalium cap. 2.

Hoīes calueſcunt parte capitis priore caneſcūt prīo tēporibus, ſed nemo vel tēporibus vel occipite calueſcit. Ariſt. in 5. de generat. aīal. cap. 3. & ibi vide cauſam.

Hoīes ſuis ętatibus hiemē ęſtatēq́; faciunt, quāobrē nemo anteꝗ̃ coire incipiat calueſcit, ſed a venereo potius coitu id euenit. ſ. his q ſunt ſua natura eō propenſiores. Ariſt. in 5. de Generat. aīal. cap. 3.

Hoīs cutis eſt tenuiſſima, & ideo diuerſitas in colore pilorū in homine non ſequitur cutim, ſicut in cęteris animalibus Ariſt. in 5 de generat. aīalium cap. 5.

Hō ſolus animalium vtitur rōne. Ariſt. in 5. de generat. animal. ca. 7. idem in 1. Politicę.

Homo vnus ex numero oīum aīalium vim obtinet cogitandi & cū memorię atq; diſciplinę cōplures animantes eē participes poſſunt: nullus tamen pręter hoīem poteſt reminiſci. Ariſto. in 1. de Hiſtoria animalium cap. 1. in fine.

Hominis naturam ancipitē ſocietatis & ſolitudinis apertum eſt 1. de Hiſtoria animalium cap. 1.

Hominis cōparatione aliqua ſunt calidiora quæ abſolute ſunt minus calida, vt vinum antiquum reſpectu muſti. Auerr. in 2. de generat. aīalium cap. 2. vbi etiā conciliat dicta medicorū cū Ariſt. de albumine oui, quod ſm Ariſt. eſt calidum, & ſm medicos frigidæ cōplexionis. vide etiam in 2. de Anima commen. 105.

Hō aīaliū oīum maxīe notū nobis neceſſario eſt, & ideo primum hominis ptes nobis explicandę ſunt, vt enim nummos ad id quod ſibi quiſq; exploratum certumq; habet probare ſolet: in cæteris etiam rebus agendum eſt. Ariſt. in 1. de genera. animal. cap. 6. Ex hoc collige ꝙ ordo doctrinę qñq; incipit a perfectiori, & hoc vbi illud fuerit notius, & hoc cauſæ fuit ꝙ ēt Ariſto. in 2. de aīa. prius egit de viſu ꝗ̃ de tactu, cuius tñ oppoſitū obſeruauit Auic. in 6. naturaliū. in lib. etiam de partibus animaliū 2. ca. 10. idem inuenies ꝙ primū de homine eſt diſſerendum. Aduerte tamē ꝙ illud hētlocū de ptibus exterioribus, ſed in interioribus ſecus eſt. Et ideo Ariſto. in 1. de natura animaliū. cap. 16. huiuſmodi partes interiores ex alijs animalibus dignoſci præcipit ī quibus homo conuenit cum alijs.

Homo ī obſecto & nudiſſimo omnium animalium corpore eſt, & vngues minimas pro magnitudine habet minimum nanq; eſt in eo excrementum terrenum. Ariſt. in 2. de generatione animalium cap. 4. in fine capituli.

Homines habentes membra gracilia ſunt ſalaciores. Ariſtote. in 3. de Generatione Animalium capite primo.

Homini monſtruoſitates minus accidere ſolent q̄ alijs animalibus q̄ plura pariunt, quia ſingulare perfectumq; parit: quapropter & homini locis quibus mulieres perfœcundæ ſunt magis id euenit, vt in ęgypto. Ariſtote. in 4. de Generatione animalium cap. 4.

Hō ſolus ex aīalibus metuere, cōſiderare, atq; ſperare pōt: nā audacia, metus, & ſpes ſtatim oſtendunt ſe rationalis animæ ditioni ſubeſſe, quia futurum & conſequens tempus videntur reſpicere, quod bruta non poſſunt Themiſtius. 3. de anima capite. 38.

Homo cum oībus generibus ambigit, nam & viuiparum eſt paruiparū, & multiparum intermediū eſt. Ariſt. in 4. de Generatione animalium. cap. 4.

Homini non vnū tēpus pariēdi cōſtitutum eſt ſicut cęteris aīalibus, ſed plura, quippe cum & ſeptimo menſe & decimo naſcatur atq; ēt inter ſeptimum & decimū poſitis, qui. n. menſe octauo naſcuntur & ſi minus viuere tamē poſſunt. Ariſtot. in 4. de Generat. animalium. cap. 4. Contra medicos aſſerentes octimenſes viuere non poſſe. de hoc vide Conciliatorē in dña. 49.

Cōtra medicos.

Homines piloſi libidinoſiores & ſeminis copioſiores ſunt q̄ leues: pili. n. abundātia & hirſuties copiam indicat excremēti. Ariſt. ī 4. de Generatione Animal. cap. 5.

Hominū genus magis in maribus q̄ in fęminis generandis læſionē recipit cum in cæteris animalibus nihilo poti⁹ mares q̄ fœmię ita ꝓueniāt, cuius rei cauſa eſt ꝙ in hominibus longe mas a fęmina ī calore differt naturę quo fit vt mobiliores ſint mares in vtero q̄ fœminæ, motu autem ipſo frangun tur cum recens quodlibet pro ſua imbecillitate facile frangi poſſit. Ariſt. in 4. de Gener. animal. ca. 6.

Hominū ī genere qui gemini mas & fœmina prodeunt minus ſeruātur cum in cæteris animalibus nihilo referat, hoībus. n. hic concurſus pręter naturam eſt, cum nō pari tempore mas & fœmina diſcernantur, Ariſt. in 4. de generatione animalium cap. 6. quod iō dixit, quia mas citius in vtero concipitur & perficitur q̄ fœmina.

Homines in ferendo vtero cum cęteris animalibus diſſident, cum. n. cætera plurimi temporis valeant corpore cum vterum ferūt, mulieres magna ex parte ęgræ degunt. 4. de Genera. animal. cap. 6. & ibi vide cauſam. Nam vt ait Philoſophus cæteris animalibus aut exigua purgatio aut nulla manifeſta fit, mulieri plurima euenit quę cū per vteri geſtationem deſierit infeſtat atq; perturbat.

Homo plus tēporis q̄ quoduis aīal viuit excepto elephante. Ariſto. in 4 de Gener. aīalium cap. vltimo.

Hominis pduratio prouenit ex eiꝰ complexione q̄ ſimilis eſt complexioni aeris ambientis ipſum calidi & humidi Auer. in 4. de Gener. aīalium cap. vltimo. & elicitur ex tex. ibid. vbi Ariſto. dicit cauſa ne quoduis animalium diutius viuat eſt ꝙ pro aere ambiente tēperatꝰ.

Homo quia prudētiſſimus animalium fuit ideo manum obtinuit, ſed non quia manus obtinuit prudentiſſimus fuit, vt male Anaxa. opinabatur. 4. de partibus aīaliū. cap. 9. Eandem ſententiam approbat

batGale. in 1. de vtilitate particularum capi. 3.

Hominis renes bubulis ſimiles ſunt qui ſunt tanq̃ compoſiti ex pluribus renibus neque æquabiles ſunt vt ſunt cęterorum quadrupedum, quo fit eorum morb⁹ difficile curari poſſint etiam ſi nuper ęgrotare inceperint, accidit.n. vt qui multum renibus laborẽt difficilius remedium adhibeatur q̃ ſi vtero infeſtarentur ex. 3. de partib. animalium capi. 9.

Hominibus qui vitio renum laborant licet pingueſcere: iuuat tamẽ ſi pingues admodum efficiãtur letales accidunt dolores. ibidem.

Homo ſolus animaliũ titillat̃ propter cutis tenuitatem, & ꝙ ipſe ſolus rideat ex 3. partib. animal. ca. 10. de ſepto tranſuerſo.

Homo ſolus cùm dormit ſternitur, quia ſolus erectus incedit. ex lib. de ſomno & vigilia. & vide Themiſtium cap. 21.

Homini ſoli accidere ſolet vt quidam fel in iecore habere videantur, quidam vero careant. ex 4. de partib. aĩalium cap. 2.

Hominibus aĩalia bruta demẽtiora ſunt, quia pomilionis figurata habent oĩa, & inter hoĩes pueri q pomiliões ſunt ideo viris ſunt dementiores, & inter viros qui pomiliones ſunt dementiores ſunt. ex libro 4. de partib. aĩal. cap. 9.

Homo animalium prudentiſſimus eſt, ideo manus ei natura tribuit: Anaxag. aũt cõtrariũ opinabatur ꝙ quia hõ manus obtinuit, ideo animalium prudentiſſimus eſt, & male. natura. n. rem minorem maiori portioriq; addere ſolet nõ maiorem nobilioremq; minori. ex 4. de partib. animal. cap. 9.

Hominem non bene a natura ſed deterrime fuiſſe creatum eo ꝙ nudum & inermem natura eũ produxerit, non recte ſentiuut qui ita dicunt. ex 4. partibus aĩal. cap. 9.

Hõ & viuiparæ quadrupedes maxillam ſurſum, deorſum, atq; in latera agitant: piſces vero & aues & ouiparæ quadrupedes ſolum ſurſum atq; deorſum, & nullo modo in latera. vide cauſam in. 4. de partibus aĩalium cap. 10.

Homo quinquẽnio fere capere vr̃ diminutionem omnis magnitudinis quæ reliquo toto tpe cõparat̃. 1. de Gene aĩal. ca. 18. prope finẽ.

Homines quidã in vno tpe non generant & in alio generãt, quia cũ ſemine eorũ admiſcetur aliqđ inutile excrementũ. Auer. 1. de Genera. aĩaliũ ca. 1. vbi ponitur improbatio antiquorũ de ſemine, & eſt ſententia Ariſt. ẽt ibidẽ in ca. 18. & inde etiam euenit quòd ægri minus ſunt prolifici.

Homo oĩum aĩaliũ prudentiſſim⁹ eſt. Ariſt. 2. de Genera. animl. cap. 4. prope finem.

Homo authoritate Hypocra. ſi eẽt ſimplex vel ex vna ſola re cõſtitutus nunq̃ permutaretur neq; aliquam paſſionẽ reciperet, imo eẽt incorruptibilis & impermutabilis neq; generabilis eſſet, ſed eſſet ab ęterno. Simplex. n. non permutatur nec ad aliam naturã conuertitur. ex lib. deſtru diſpu. 2. in Solut. vltimi dubij. Authoritas eſt Hypocra. in lib. de natura humana. hoc etiam tẽſtatur Galen. in principio tertij paruæ artis.

Hominis natura nedum viuẽdi ſed ẽt bene viuendi rationẽ obtinuit, quippe,

quippe qui ex aĩalib⁹ nobis cogni tis,aut vnũ ex oĩbus diuinitatis eſt particeps,aut oĩum maxĩe.ex 2.de partibus aĩal.cap.10. Si cupis mirabiles hoĩs proprietates intelligere,reqre Albertũ cognomẽto magnum in.22.lib.de aĩalib. cap.5.

Hominis caput macilẽtũ omniq; carne exutũ eẽ neceſſe eſt. ex 2. de partibus aĩal.cap.10. Et ibi addit̃ opinio antiquorũ & reprobat̃ tenentium hominis caput ſi carnoſius eſſet,diutius viueret.

Hõ mouet magis palpebras q̃ aliqđ aliud animal, quia habet eas molliores,& quia nã plus de nobilioribus ſollicita eſt. ex 2.de partibus animalium. Commenta. in cap.de membris viſus.

Hõ omnium animaliũ maxime pi loſo capite eſt. vide cauſam in 2. de partibus animalium cap. 14.

Homo eſt finis rerũ creatarũ pp ipſum 2.Ph.com.24 & ibi vide tex. quomodo ſit intelligendum.

Hõ non debet decipi in vita ex hoc ꝙ accidit ſibi de bonitate caſus q eſt res incerta.2.Phy. com.56.

Hõ hoĩem generat ex mã & ſol.2. Phy.tex.com.26.idem 12. primæ Philoſophię tex.com.13.

Hominẽ generari ab hoĩe ĩ infinitũ eſt verũ per accidens & in eius generatione eſt primũ,& eſt ſol & intelligẽtia operãs 5. Ph.c.13.pĩtelligentiã autẽ põt exponi ſubſtãtia abſtracta, q̃ eſt primus motor, in quo ſunt oẽs formę ĩ actu, licet in prima materia ſint in potentia 12.Meta.cõ.18. poteſt ẽt intelligi virtus informatiua exiſtẽs in ſemine hominis,nã ſol & homo generant hominem 2.Phy. tex.cõ.26. & 12.Metaphy.tex.cõ.13. nã virtutes informatiuę docẽtur ab Ariſto.in 2. de generat. animal. ca. 3. & etiam Cõmẽtator teſtatur in 7. Metaph.com.31.aut vtrumq;.idẽ in lib.deſtruct.diſpu.1.in Solutione 5.dub. & 12. & vide clariſſime in diſp.4.in Solu.2. dub.

Homo nõ intelligitur magis q̃ homo,aut equus magis q̃ equ⁹ ſicut intelligitur albedo magis q̃ albedo,Commentator.6. Phy.cõ.45. vbi patet differẽtias accidentium ſuſcipere magis & minus. & idem tenet Auerr. in communitatibus ſuper Porphirio.

Homo & album ſunt idem ſm ſubiectũ,& quę ſunt eadem ſm ſubiectum ſunt eadem per accidens 6. Phyſi.tex.cõmen.85.

Homo quilibet cõuenit nobiſcum in hoc ꝙ illud qđ mouetur ex ſe,ẽ dignius vt ſit primum prĩcipium q̃ illud quod mouetur ex alio 8. Phyſic.cõmen.39.

Hõ non poteſt generari a nõ ſemine hoĩs, quia tunc ille hõ diceretur ęquiuoce,cũ homine generato ex ſemine. Auerr.in 8.Phyſicæ auſcultationis in te. com.46.& eſt locus vbi digreditur aſtruẽdo nullã ſpeciẽ fieri a caſu in natura, & ꝙ genita per putrefactionem non ſunt eiuſdem ſpeciei cũ genitis ex ſemine & propagatione. & eſt iſta opinio damnata ferẽ ab omnibus latinis. vnde & beatus Tho.& Sco. in prĩo ſententiarũ diſtinctiõe ſecũda.q.5.arguit cõtra Auer.deducendo primo ipſum ad contradictionem. Nam in accidentibus eadẽ ſpecies poteſt fieri & ab vniuoco & ab equoco,vt calor a motu generari poteſt, vt patet ſecundo Cœli.commen.42.& tex.& ex primo

Digreſſio de genitis ex putri: mã:vbi defendit̃ via Auerr.cõtra latios.

primo Metheororum: item calor fit a calore, item hoc idem habet concedere in ſubſtantijs, & de facto concedit ipſe Cōmen. de igne qui generatur a motu, ſicut generatur ab igne. 12. Metaphy com. 18. Amplius quæcunque poſſunt oſtendere eandem eſſe naturā ſm ſpeciem, ſunt eadem in genitis ex putri materia & in genitis ex ſemine. Nam habent eoſdē motus, vnitas autem motus arguit vnitatem & identitatem naturæ, vt patet primo Cœli, & Commentator ibidē commento 8. vnus motus nō prouenit niſi ab vna natura. Amplius habent eaſdem operationes eadē organa reſpectu motus progreſſiui ab eiſdem conſeruantur & ab eiſdem corrumpuntur, habent ēt eadem membra, vnde ſequitur vt habeant eaſdem formas, quia mēbra cerui non differunt a mēbris leonis, niſi quia anima differt ab anima, vt ipſemet Commentator teſtatur primo de Anima comm. 52. habent etiam eaſdem operationes, vt dicit Auguſtinus quòd generatum per putrefactionem generat alia, vt videmus de apibus, & veſpis generatis ex putri materia, & etiam apparet de plantis. Amplius contradicit ſibi magiſter eius Ariſtote. in 7. primæ Philoſophiæ. in tex. commen. 23. & 31. vbi habet quòd quemadmodum aliqua ab arte fiunt eadem, & a caſu, ſic etiam in natura poſſunt aliqua fieri eadem a natura, & a caſu, ita quòd vt aſſerunt, ſi opinio eius vniuerſaliter intelligatur eſt opinio falſa. Nos autē credimus doctrinā iſtius viri fundatam eſſe in veris principijs Philoſophiæ. Ariſt. enim in primo Phyſicæ auſcultationis volens probare quomodo ex primis contrarijs fiunt omnia quæcunque fiunt in natura, inquit, quòd hoc oportet in ratione conſiderare, & ideo altius exorditur vbi inducit dignitates: quaſdam: quarum veritas vt dicit Simplicius, ſe extendit nō ſolum ad naturalia, verum etiam & ad generatiōes artificialiū, vt aſtipulatur etiam ipſe Ariſt. in exemplis adductis. & Commentat. etiā idem notat in commento quadrageſimo quinto, quæ tales ſunt ꝙ non quodlibet agit in quodlibet, nec quodlibet patitur a quolibet, nec quodlibet fit ex quolibet, nec quodlibet corrumpitur in quodlibet, ſed determinatum fit ex determinato & corrūpitur in determinatum, & inducit hoc primo in his quæ ſunt ſimplicia, & quæ fiunt per alterationem: deinde inducit illud idem in compoſitis, & in his quæ fiunt per concretionē, vt dicit Themiſtius, & ſecretionē, vnde aſſerit, ſimiliter autē hoc eſt & in alijs, quoniam nō ſolum ſimplicia eorum quæ fiunt, ſed etiam compoſita ſm eandem ſe habent rationem, ſed diſpoſitiones oppoſitæ latent: & ibi concludit ꝙ in generatione compoſitorum tam a natura q̄ ab arte, omne quod fit, fit ex ſuo oppoſito determinato. vnde cum generatio compoſitorum in quadam conſonantia conſiſtat dicit ꝙ omne conſonans fit ex inconſonanti, ſed non ex quolibet. vnde vt inquit Themiſtius, conſonantia domus non fit ex inconſonantia nauis, aut econtra, nec conſonantia hominis ex ea quę aſini, aut

Vid. iſta O vbi iuuenies hoc ſignum ✠

aut ecõtra, ſed ex propria ſibi correſpondente. vide ibid. tex.c.46. domus fit non ex eo ꝙ compoſita ſunt hęc ſ. ex eo ꝙ diuiſa ſunt hæc ſic, vbi Commẽ. vult ꝙ domus fit ex ſua priuatione oppoſita q̃ non cõſiſtit in quibuſlibet rebus, quia non reperitur in lignis ex quibus fit nauis, vel ĩ ęre ex quo fit ſtatua ſed in determinatis rebus, quia vt dicit Them. iſta incõſonãtia domus inuenitur in lapidibus & in cemẽto, & incõſonantia nauis in lignis ex quibus fit nauis, & ẽt qa litera dicit ſic vbi litera arabica habet & in determinata diſpoſitione vult Cõmen. iuxta intentionẽ Philoſophi ꝙ priuatio formæ domus non conſiſtit in lapidibus in quacũq; diſpoſitione exiſtentibus, nã nõ dicimus ꝙ in monte vnde adhuc lapides non ſunt excisi conſiſtat priuatio formę dom᷒, nec priuatio nauis eſt in arboribus quæ ſunt in nemore: priuationes.n. formarum ſm philoſophos ſunt in ſubiectis propinquis nõ in ſubiectis remotis: non enim priuatio hoĩs conſiſtit in elementis aut in cibis, ſed in menſtruo mulieris non in quacũq; diſpoſitione exñte: eſt.n. vt aiunt Phiſici & medici, aliquod menſtruum adeo fetulentũ ꝙ nõ põt eſſe materia conueniẽs ad hominis gñationem, vt teſtatur experimentum de illis quę in primis diebus concipiunt ꝙ fetus leproſi euadũt. ſic igitur Ariſt. iudicio cõpletur ꝙ cuiuſlibet cõpoſiti generatio fit ex priuatione determinata exñte in ſubiecto determinato, & ſic determinato. videlicet. ꝙ ſit ĩ diſpoſitione propinqua. Nam 2. de anima vniuſcuiuſq; act᷒ in potentia exñte & diſpoſito aptus natus eſt fieri, ſic paſſum diſpoſitum patitur ab agente. Mirum eſt igitur per vitam meam de iſtis viris illuſtribus qui vidẽt gñationes rerum artificialium requirere priuationes determinatas & in ſubiectis determinatis & in diſpoſitionibus determinatis exiſtentibus: & tñ in naturalibus hoc non concedunt pręcipue in compoſitis perfectis ſicut ſunt animalia & plãtæ: ſi enim priuatio domus non inuenitur in quacunq; materia indiſcriminatim ſed in determinata, multomagis credendum eſt hoc in rebus naturalibus & præcipue in rebus animatis, q̃ũo igitur fieri põt vt eadẽ priuatio reſpectu eiuſdem formæ ſm ſpeciem inueniat᷑ in materia digeſta & in materia putrefacta: nam materiæ quæ fundant priuationes proprias ſunt materiæ propĩquę reſpectu formę nõ materiæ remotæ Amplius reſpectus formę ad materiam propriam eſt neceſſarius, quia formæ propriæ diffiniuntur per materias proprias, & vnius rei non poſſunt eſſe plures diffinitiones, & inde ſequitur vnã formam non poſſe inueniri niſi in vna materia. Amplius niſi ita eſſet q̃ũo demonſtratio Philoſophi in 1. de gener. anim. deduci poſſit dum probat ꝙ talia quæ ex putri materia genita ſunt generant quidem ſed illud quod genitum eſt: diuerſum eſt a gignentibus ita ꝙ non eſt mas neq; fęmina. Amplius ſi vna & eadem ſpecies poſſet fieri ex putredine & ſemine tunc natura faceret aliquid ocioſum. ſi igitur natura põt generare ſpeciẽ aliquam ſine ſemine, magis igitur & fœminæ

feminę coitus eſt res vacua. Amplius ſi hoc eſſet non eſſet niſi propter ſolicitudinem naturæ in conſeruanda forma, ſed natura rei nobilioris magis ſolicitudinem gerit: videretur igitur naturā iſtum duplicem modum magis applicauiſſe ſpeciebus perfectiorib⁹ quod non videmus. Nam vt inquit, ſi talia genita ex genitis ex putri materia haberent mas & feminā & coire poſſunt & generarent, tunc aut talia genita eſſent eiuſdem ſpeciei cū gignētibus, aut alterius ſpeciei, ſi eiuſdē ſpeciei pariformiter eſſet etiā de animalibus gignentibus ꝙ debuerūt generari ex his quę erāt eiuſdē ſpeciei: nam hoc in cęteris, vt inquit, animalibus videmus. vnde Socrates ex quo genuit aliquē ſibi ſimilē in ſpecie, Sophroniſius eius pater, etiā genit⁹ eſt ab aliquo ſibi ſimili in ſpecie, hoc aūt in caſu non videmus: vnde pulices & pediculi, vt inquit Ioannes Philoponus in illo loco qui ex materia putri geniti ſunt, generāt quoſdā vermiculos albos qui nō ſunt eiuſdem ſpeciei cū ipſis: ſi igit iſti vermiculi generare poſſēt aliquā quę eiuſdē ſpeciei ſunt, pariformiter & tales vermiculi fuiſſent geniti ex his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, quod eſt falſum, & contra ſenſum & experimentum. ſi autem generāt aliqua diuerſarum ſpecierum pariformiter erit etiā de illis genitis ꝙ generabunt alia & non eiuſdem ſpeciei propter prædictā cauſam, ergo alterius ſpeciei: & ita generatio ſpecierum excreſcet in infinitum. natura autē abhorret infinitum, modo ſtante via latinorū aſſerēte in animalibus priuationē eiuſdem formæ ſm ſpeciem ſaluare poſſe in diuerſis materijs videlicet digeſta & putri. Dicam ꝙ ratio Ariſt. nulla eſt, quia dicam ſibi ꝙ iſta animalia genita ex his quæ ex putri materia genita ſunt, ſunt eiuſdē ſpeciei cum genetātibus, & talia etiā generabūt alia quę ſunt eiuſdem ſpeciei cum illis, & ſic nō procedit generatio ſpecierū in infinitum, vnde pulices & pediculi nati ex putri materia ſunt eiuſdē ſpeciei cū illis vermiculis genitis per propagationem ex illis, quia dicā ꝙ eadem priuatio formę repeiitur in materia putri ex qua generata ſunt prima, & in materia digeſta ex qua generata ſunt ſecunda, & ita rueret demonſtratio Philoſophi in loco allegato, & ideo mens Auer. eſt mens Ariſt. vt vides. Ad ratiōes igitur Scoti, primo nego ꝙ Cōmentator ſibi cōtradicat, quia in accidentibus quæ reſpectu ſubſtantiarum habent entitatem diminutam illud non inconuenit vt idem poſſit generari ab vniuoco & ab equiuoco, ſicut ipſe bene gloſat in. 12. metaphy. cōmen. 18. & ſimiliter eſt de elementis quę ſunt ſubſtantię imperfectæ: & ſunt, vt dicit. 3. cęli. cōmē. 67. medię inter ſubſtantias & accidentia, ſed loquendo de generatione ſubſtātiarum perfectarum pręcipue vt ſunt animalia & plantæ ſecus eſt, quia plura requirūtur ad generationes perfectorum q̄ imperfectorum entium: in iſtis enim generabilibus & corruptibilib⁹, vt dicit Cōmen. in. 2. cęli. cōmē. 62. quāto aliquid eſt nobili⁹ & perfectius tāto pluribus motibus cōſequitur finē ſuū, & ideo in talibus eadē ſpecies non

pōt fieri a natura & a caſu. Ad authoritatē Auguſt. reſpondetur ꝙ, vt dicit Albertus Magnus in tract. de tēpore, Auguſt. & Galenus non cognouerunt naturas rerū: tn̄ dato ꝙ dictum Auguſtini habeat locum, ꝙ animalia & plantæ ex materia putri gn̄ant, aliās ſunt illæ ꝗ ſunt genitæ ex ſemine: rn̄detur ꝙ verū eſt, ſed nō ſequitur ꝙ ſint eiuſ dē ſpēi: quia, vt dicit Philoſophus in primo de generatione aīalium, licet genita ex putri mā gn̄ant. vide ēt in 8. de natura aīalium. ca. 1. vbi dicit plantarū numerum aliud munus eſſe in ſe ꝙ gn̄ant alteram ſibi ſīſem in his quę ex ſemine generant, tn̄ illud non eſt mas neque femina, ſed ea ꝗ ſunt ex ſemine nata gn̄ant aliqua quę ſunt eiuſdem ſpēi. Et mirū eſt qūo iſti accuſant Auer. & non aduertūt ꝙ accuſant Ariſt in hoc, quia Ariſt. in illa demonſtrōne allegata ꝓſupponit ꝙ aīalia gn̄antia ſīle in ſpecie differūt ſpecie ab aīalibus gn̄antibus illud, quod nō eſt mas, neq; femina mō aīalia illa ꝗ ex putri mā sūt genita ſunt hmōi, qa nō gn̄ant, neq, mas, neq; femina, igiť ſunt diuerſarū ſpecierū ab aīalibus generantib⁹ marē & feminā: talia aūt ſunt quæcunq; ex ſemine gignūtur. Cōfirmatur ex ſn̄ia Ariſt. in 5. de hyſtoria aīalium. ca. 1. vbi dicit, ꝙ in piſciū gn̄e nōnulla nec mares, nec fęminæ gignunť quæ licet genus idē cū alijs ſortiantur, tn̄ ſpecie differunt, & in eodē cap. poſita diuiſione in qua aīalia cū ſtirpibus cōueniunt, v3, quia quędā ex ſemine, quædā ſponte naturę naſcunť, quę aut humo putreſcēte, aut ſtirpe putreſcēte cōſiſtunt, vt plura inſecta cernimus gn̄ari ī aīalibus ipſis excremētiſq, partiū gn̄antur. de his in fine capituli dicit. Quæ aūt per ſe, aut in aīali, aut in terra, aut in ſtirpe gn̄antur, vel in eorū partib⁹ generantur eadēq; maris & fœminæ ſexu diſtincta ſunt, iis coeuntibus gignitur quidem aliquid, ſed ex quo nihil amplius gigni poſſit. ver g. coitu pediculorū lēdes dictæ procreātur, muſcarū, vermiculi, pulicū, genus vermiculorū in ſpeciē referēs, ex quibus nec ea quæ gn̄arint proueniant, nec aliud vllū animal, ſed id quod ſunt ſordes tn̄ ꝑſiſtunt. Adduco Ariſt. authoritatē in 6. de natura aīalium in hac mā cap. 15. vbi loquitur de piſcibus, ꝗ ſponte naſci poſſunt, vbi habet, ꝙ ex his quæ coitu naſcuntur naſci poſſunt ſponte etiam nonnulla, vt aſſerit de mugilibus, qui naſcuntur in ſtagnis in qbus neq; ouum, neq; ſemen cōtinetur. Ex hoc aūt clare oſtenditur ꝙ iſtud genus mugilaginum taliter procreatum, nō eſt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſimæ cū illo quod ex coitu fit, qa illo ex coitu ē mas, & fęmina, ſed in iſto nequaꝗ ſicut dicit ibidē Ariſ. cap. 14. de anguilla quę neq; ouum, neque ſemē habet, & ideo nō eſt mas, neque femina, vt dicit Ari. in 4. de natura aīalium. cap vlt. & hoc oſtenditur ex ſentētia Philoſophi ibi. d. enim ſunt, qui omne mugilū genus ſponte oriri opinentur, ſed nō recte. Nam & oua eorum fœminæ & mares ſemen genitale hr̄e. mares cernuntur, verum genus quoddam eorum eſt quod nō coitu, ſed ex limo, arena ue enaſcatur. Ecce igiť aperte ꝙ aliud genus ſ3 Ariſt. eſt mugilum ex coitu, & aliud eorum

rum,qui ſpõte prodeunt, ſumit.n. genus pro ſpecie,vt ſui moris eſt ĩ illis libris,plerunq, fallacia igitur cõſequentis decipit eos, quia licet eadem animalia apud Ariſt.ex coi tu & ſponte naſci poſſunt, non ex hoc propterea ſequitur eadem ſpe cie prouenire,quia hoc impoſſe eſt propter allegatas rõnes, & ꝙ gen⁹ pro ſpecie plerunq; in libris de ani malibus ab Ariſt.ſumatur, oſtẽdi- tur ex octauo de natura aĩalium. Ad rõnem negauit aſſumptum ꝙ quęcunq; poſſunt agere,quia non habent eaſdẽ operationes,quia nõ poſſunt generare ſibi ſimile in ſpe cie 2.de anima.tex.c.34. Natura- liſſimum opus viuentium eſt quę- cunq; non orbata ſpontaneã gene rationem habentia generare tale quale ipſum, & ſimiliter non hñt eadem mẽbra,quia tunc in eis eẽt mas,& fęmina,quod Ariſt. negat. de motu aũt patet ꝙ vnitas motus infert vnitatẽ naturæ in ſimp'ici- bus,nã de illis Ariſ.loquitur ibi: ta men dico,ꝙ nec motus ſunt idem ſpecie,quia anima mouens & cor- pus motum differũt ſpecie:vt ego teneo: ſi aũt tu hoc aſſumas tunc petis,in hoc enim eſt qõ,de colore autem,& de aliis accidentibus cõ- munibus non eſt cura, quia talia inueniuntur etiã in rebus ſpecie & genere differentibus. Ad illud ve- ro in quo dicitur,ꝙ cõtradicit ma- giſtro:in ſeptimo metaph.reſpon- detur,ꝙ vt inqt lucidiſſimus The- miſtius in primo de anima miran dum eſt de illorum prudentia, qui volunt extra vim probationũ hr̃e cum ab exemplo ſit argumentum infirmiſſimum.& Comment.2.de anima.com.67.exẽplorum requi- riť manifeſtatio, & nõ verificatio: exemplis enim vtimur non vt ita ſunt, ſed vt audiant,qui addiſcũt. Dico igitur quòd dicit Ariſt.in ſe- ptimo meta.dum dicit,ꝙ quemad modum in artificialibus eadem ſa nitas poteſt fieri à natura,& ab ar- te,ſeu caſu,ſic in natura eadẽ ani- malia poſſunt fieri cum ſpermate, & ſine ſpermate:dico ꝙ ſimilitudo in hoc exẽplo de ſanitate non cur rit quantum ad omnia ꝙ ſicut ea- dem ſanitas ſecundum ſpeciẽ po- teſt fieri à natura & ab arte,ſeu ca- ſu, ſic idem animal ſpecie poteſt fieri a caſu,& a natura, quia tunc contradiceret ſibi Philoſophus in primo de generatione animalium manifeſte,ſed ſimilitudo ſolũ cur- rit penes hoc, ꝙ ſicut ſanitas po- teſt fieri diuerſis modis, ſcilicet ab arte,& a caſu,ſic animalia poſſunt fieri cum ſpermate, & ſine ſper- mate. Amplius iſti peccant per fal laciam conſequentis, quia textus ad eadem, ſed non dicit eadem ſpe cie. ſunt igitur eadem genere, aut ſpecie ſubalterna non ſpecialiſſi- ma. amplius ſunt eadem acciden te, & ſimilitudine, quæ eſt cauſa deceptionis.

Homo in generatione hoĩs non la- gitur aliud niſi illud quod ẽ quaſi inſtrumentum,per quod agũt cor pora cœleſtia,& virtutes informa- tiuę etiam quę ſunt in ſeminibus fiunt a corporibus cęleſtibus, & ideo corpora cęleſtia concurrunt, vt artifex, & homo vt inſtrumen- tum 8.phy.com.47.idem 12. me- taphyſi.com.13.& 18.

Homo eſt paruus mundus, & ani- malia 8 phy.com.17.& 57.

Hõ minimus nãliter ẽ terminatus

in natura & maximus ſimiliter: ſi .n. magnitudines rerum nõ eſſent terminatæ, non haberẽt pfectionẽ qſitam in nã p motũ augumẽti. 8. phy. cõ. 62. & 44. & 6. phy. 32. & 91.

Homines multi putando ſcientiam habere ignorãt. ex diſputatione 3. in ſolutione. 13. dubij.

Hõ proportione ſui corporis prę cęteris aĩalibus plurimũ cerebri hẽt, & inter hoĩes magis mares mulieribus. ex. 2. de part. aĩalium. cap. 7.

Homo ex animalibus ſolus rectus incedit. ibidem.

Hoĩ linguã nãliter q̃ aĩalibus dedit. habet. n. hõ linguã idoneã & ad duplicẽ vtilitatẽ datã, vt nã plerunq; facere ſolet: nã & ad ſaporũ ſenſum, & ad formatiõẽ ſermonis ſibi cõfert, ex. 2. de partib. aĩal. ca. 16. idem in 2. de anima. t. c. 88.

Homini lingua abſoluta molliſſima & lata præ cæteris animalibus eſt. ibidem cap. vltimo.

Hoĩs cor vergit ad ſiniſtrã partẽ, in cęteris vero aĩalibus in medio pectore ẽ, q̃a hõ aĩaliũ maxime hẽt refrigeratã partem ſiniſtrã. in 3. de part. aĩal. ca. 4. vbi agit̃ de corde.

Hominis ſolius aĩalium, vt ità dixerim, cor palpitat, quia ſolus hõ expectatione, aut ſpe rei futurę mouetur. 3. de partibus animalium. cap. 6. vbi de pulmone agitur.

Homini ſoli aĩalium vngues natura tm̃ operimẽti gratia dedit, tegũt .n. extremos digitos: ſed aliis aĩalib' ad aliũ vſum molita eſt. ex. 4. de partib. aĩal. cap. 9. Et aduerte q̃ Gal. & medici accuſant Ari. ĩ hoc.

Homo vnus cauda caret, nates hẽt, quod nulli quadrupedum datum eſt. ex 4. de part. animal. cap. 9.

Homini nates natura tribuit & ad ſedendum, & ad cooperiendum anum. ibidem.

Intellectus agens eſt ſui nã intelligibile & actu huiuſmodi. ibidem.

Intellectus agens eſt effectiuum intellectionis, & ad actum ducens intellectum materialem. ibidem.

Intellectus agens ab extrinſeco accedere dr̃, qui nõ eſt pars nec poteſtas aliqua animæ noſtræ,ſed ab extrinſeco nobis accedens, qñ ipſum intelligimus, ſiquidem per formæ ſuſceptionem intentio fit. ibidem. Ex quo patet ſm Alex. authoritatem illam philoſophi in 2. de generatione animalium cap. 3. eſſe de intellectu agente interpretandam, & nõ de intellectu materiali.

Intellectus agens forma eſt & ſubſtãtia abſque mã incorruptibili, ideo ab Ariſt. Imortalis merito nuncupatur, ſed vnaquæq; aliarum formarum materialium intelligibiliũ intellectus eſt qñ intelligitur, ſed non eſt intellectus qui deforis accedit,ſed qui fit dum intelligitur, in-

tellectus aūt agens ēt eſt intellectus anteq̄ ītelligat ī re, cū a nobis intelligitur extrinſecus, vt dicit ibidem.
Intelligere diuerſificatur ſm diuerſitatem naturæ 3. de anima. cō. 35.
Intellectum materialem aſſerentes eſſe virtutē gn̄abilē & corruptibilē nullā viā habent quo poſſimus cōtinuari cū intellectibus abſtractis. 3. de anima. cō. 36.
Intellectus agens ſm Alpharabium in nicomachia tenētem opinionē Alex. de intelľu materiali nō eſt cā nr̄i niſi agēs tm̄ 3. de aīa cō. 36. licet oppoſitū ſēſerit in ep̄la ꝯtinuatiōis.
Intelľus & ſenſus oēs ſpēs rerū recipe natæ ſunt illæ ſenſibiles, hæc vero intelligibiles. Alexā. in paraphraſi de anima in 1. ca. vbi declarat, quomodo aīa eſt quodāmodo res oēs cōtra illos qui negant ſpecies intelligibiles, & eſt expreſſa ſn̄ia Ariſt. 3. de aīa tex. cō. 38. vide q̄ōnem noſtram in ſpeciali de hac materia.

¶ De intellectu materiali quare materialis dicatur.

Intellectus materialis dr̄, quia eſt in potentia oīa, quia quod eſt in potētia ſm ꝙ huiuſmodi materiale eſt. Alex. in tractatu de intellectu. ca. 1. Vbi aduerte ꝙ vt Cōmē. etiam dicit. 12. met. cō. 26. potentia reducit̄ ad mām, & 1. ca. de ſuƀa orbis. materia ſubſtantiatur per poſſe, ita ꝙ eſt dr̄ia ſubſtantialis eius, & 7. meta. tex. cō. 22. ſed mā eſt per quam res pōt eſſe & non eſſe, ſic. n. potentia & actus ſunt principia omniū. 10. prædicamentorū, quia in quolibet prædicamēto eſt aliquid proportionale materię, & aliq̄d ꝓportionale formæ, & potentia reducit̄ ad materiam, & actus ad formam, vt dicitur. 12. metap.

¶ De eodem.

Intelľus cum nec per corpus aliquid percipiat, nec corporis facultas ſit, nec patiatur nullum omnino entium actu eſt, nec eſt, hoc aliquid potēs, ſed eſt ſimpilciter poteſtas quædam huius perfectionis & animæ ſpecierum & notionum ſuſceptiua. Alex. in lib. de intellectu. cap. 1. vbi de intellectu materiali agit. Vide in contradictionibus nu per editis.

¶ Dr̄ia inter intelľum māl em & intellectū in habitu ſm Alex. in tractatu de intellectu.

Cap. 2.

Intellectus in habitu eſt ſimilis artificibus qui habitū hn̄t, & pn̄t per ipſum operari q̄ artis ſunt, ſed intellectus materialis eſt ſimilis his q̄ pn̄t artem aſſumere, & artifices euadere. Item intellectus in habitu non ineſt niſi perfectioribus, & illis qui eam intelligunt, ſed intellectus materialis in oībus eſt qui perfecta anima cōmunicant, hoc eſt ipſis hominibus Cōm. aūt in 3. de aīa. iſtā dr̄iam ſecundam ponit inter intellectum ſpeculatiuum & practicū, quia intellectus practicus eſt cōis oībus, ſed ſpeculatiuo non, vt patet in cōmē. 1. vbi per cognitionē interpretatur intellectum ſpeculatiuum, & intellectum operatiuum.

¶ Intelligibile materiale quomodo dicatur intellectus.

Intelligibile materiale fit actu intelligibile & actu intellectus ab intellectu agēte denudante ipſum a materia, & quādo actu intelligitur intellectus fit cum ante ſui natura nō eſſet, intelľus. n. in actu nihil aliud eſt q̄ forma quæ intelligitur, quia vnumquodq; eorum quæ ſimpliciter

enter intelligibilia non ſunt,quum intelligitur intelľus fit. Alex.in tractatu de intellectu. cap. de intelľu. agēte, idem ĩ paraphraſi de anima. in cap. etiam de intellectu agente.

Intellectus ſecus percipit ſpecies rerum ſenſibilium, ſecus ſenſus. ſenſus n. non fit idem cum cū rei ſenſilis ſpē, quis non more materiæ ſpeciē excipiat,nam cum in his ſunt in oīb' paſſim,quæ ex materia & ſpecie,cōſtituuntur,aliud eſt id quod eſt rē eſſe, aliud eſt id quod eſt rei eſſe, neq;.n.eſt idem æs & æri eſſe,quippe æs ſimul vnūquodq; eſt & materia & ſpecies. Æri autem eſſe nō per vtrunq; eſt, ſed per diffinitionem & ſpeciem,quę ſubiectę materiæ ingenua æs ipſam efficit. Alex. in paraphraſi de aīa cap. de intelľu ſm actum,vide in contradictionibus nuper editis.

Intelligibilia alia ptāte,alia actu, poteſtate ſunt materialia,quia ad hoc vt intelligibilia fiant indigent intellectu,qui diſiungit earum formas ab appendiciis materiæ,abſtracta aūt ſuapte natura intelligibilia ſunt,& non indigent cognoſcentis auxilio ad hoc vt intelligibilia fiāt. Alexan. in paraphraſi de anima. in cap.de intelľu,& eſt intelligibile ſecundum actum. idem Cōmen. 3. de aīa.cō.18.idē Alexan.ibidem in cap.de intelľu agente ſcribit, ꝙ res materiales tunc ſunt intellectus dū intelliguntur ꝙ ſi non intelligātur non ſunt intelľus.

Intelligēs & id quod intelligitur idē ſunt ſimpliciter in abſtractis a materia,ſed in materialibus res intellecta non eſt idem ſimpľr intelligenti,quia hoc non euenit,vt fiat idem niſi dum intelligitur,tunc.n.eſt ſolum intellectus, ſed ſpēs abſtracta ēt intelľus eſt, & ſi nō intelligatur. Alex in paraphraſi de anima.in ca. de intellectu in actu & re intelligibili. vide 3.de anima tex. commē. 13.vſq; ad.15.

Intelľus m̄alis & ſubiectus corruptibilis eſt, & ſimul interit cum anima,cuius eſt poteſtas. Alex.in paraphraſi de aīa.in cap.de intellectu agente.contra illos qui aſſerunt intellm̄ poſſm̄ ſm Alex. eſſe incorruptibilē,nā in p̄nti loco ſolū intellm̄ agentem aſſerit eē incorruptibilē.

Intellectus actionis cum intellectu materiali idem efficitur,vbi ipſum conſiderat ob id quod ſingulis rebus intellectis idē fit cum res eædē intelliguntur, & quodcunq; eſt id quod intelligitur tale cum id ipm intelligit fit, Alex.in cap.de intelľu agente in paraphraſi de aīa. vbi cōſidera modū quo ĩtelľus fit ipſum intelligibile.

Intellectus agens de foris nobis genitus eſt & incorruptibilis. Alex.ibi. in cap.de intelľu agente,vbi pōdera.ꝙ authoritas Ariſt.2. de generatione animalium cap.3.exponitur de intellectu agente,& non de intellectu poſſibili:quod non viderunt ſequaces eius.

Intelľus pōæ ſtatim ē in nobis dū generamur & in lucē edimur. Alex. ĩ para.de aīa.in c.de intelľu pōæ.idē Them.in 3.de aīa.cap.39. auctoritate Theoph. licet dr̄ia ſit inter Alexan.& Theophraſtum.

Intellectus in habitu poſterius innaſcitur,& eſt forma & habitus atq; perfectio intellectus materialis. Alexan.in para.ca.de intelľu ĩ habitu.

Intellectus materialis recipit ſpēs ſine materia, ſicut ſenſus, licet ſen-

ſus alteratio non ſit, non tamẽ abſque alteratione quapiam fieri poſſe vr̃, in intellectu vero cum idem modus eſt quod ad intellgibilium rerum ſuſceptionem, intellect⁹ nullius ſenſorii corporalis officio fungitur, ſed ad id quod intelligibile & dignoſcendum ipſe ſibi ſatis eſt. Alex. in paraph. de aĩa in cap. de intellectu practico & ſpeculatiuo, vide etiam in iſto cap. quid ſit ſuſcipeẽ morę materiæ, & quid ſine materia, & vide etiam Them. in 2. de anima in ca. 42. ſuper tex. cõ. 122. pulchre de hac mã & diffuſe.

¶De intellectu in habitu.

Intellectus in habitu ſpecies virtus atq; perfectio eſt intelľus materialis. Alex. in paraph. de aĩa. in cap. de intellectu in habitu.

¶Quare appellatur intellectus in habitu.

Intellectus cum ab aſſidua functione in habitum redigitur, ita vt per ſe deinceps operari poſſit, tunc is intellectus gignitur quem velut habitum appellamus: redacta ad ſcientem ſimilitudinem & proportionem qui in medio conſiſtit eius qui ſecundũ poteſtatẽ ſciens & eius qui ſm poteſtatem agens dicitur, & quantum ab eo qui per ſcientiã actu operatur deficit, tanto ſcientẽ ſm poteſtatem exuberat. ibidem Alexander.

¶De intellectu in actu.

Iam vero agens habitus intellectus in actu dicitur, intellectus nanque in habitu nil aliud eſſe videtur q̃ depoſitę illę coaceruatęq; & quieſcentes conſiderationes. Alex. in paraphraſi de aĩa. cap. de intellectu ĩ actu, vbi etiã dicit, ꝙ intellectus in actu nihil aliud eſt q̃ intelľi ſpẽs.

Intellectus practicus & in aĩalibus diuinis colligitur ex ſententia Ariſt. in ſciã libri de cœlo, vt notat Simplicius & Ammonius in 2. de aĩa. ĩ expoſitione tex. cõ. 32. vbi tex dicit. ꝙ incorruptibilibus in quibus eſt ratiocinatio quam gręci logiſmon appellant in illis reliquæ potentiæ animæ, & hoc fuit dictum propter corpora cœleſtia quæ hñt intellectum practicum & ratiocinationem conuenientem ſuę vitę, non tñ eſt intellectus practicus in eis ſicut in nobis, qui propter indigentiam finis, & cum inquiſitione & dubitatione inquirimus ex fine ad ea quæ ſunt ad finẽ, vt docet Philoſophus in 2. ethicorum de proceſſu conſultatiuo: ſed eſt alterius rõnis: nã intelľus Dei vt intelligit ſe, dicitur cõtemplatiuus, vt autem gubernat ſua prouidentia mundũ ſic practicus dicitur & elicitur ex 2. cœli. tex cõ. 61. vbi dicit tex. Nos aũt de his vt de corporibus ſolis, & vnitatum ordinem habentibus, inanimatis autem oĩno perquirim⁹: oportet autem tãq̃ participantibus exiſtimare praxim & vitã, idẽ apparet 1. cœli tex. cõ. 20. ubi dicitur recte vr̃ natura futurum ingenitũ & incorruptibile exemiſſe a cõtrariis, inter ꝯtraria .n. gñatio & corruptio, vbi Cõmẽ. in cõmẽto ponit duplex naturę conſilium in illo caſu primum & ſecundum, conſimile vide apud Plato. in Thimęo vbi inducit mũdi opificẽ cõſilio vtẽtẽ in cõditura mũdi vt poteris videẽ.

In intelľu tria ſpectãt intelligibile: vis intelligẽdi, & actus qui de ambobus paritur. Themiſtius in 1. de memoria & reminiſcentia. cap. 11. vbi dicit, ꝙ etiam in ſenſu tria ſũt ſenſibile

ſenſibile, vis ſentiendi, & actus qui ex vtriſq; conficitur, habet etiam ſecundo, ex. 3. de anima. t. c. 2.

Intelligentiæ cœleſtes ſeu animal cęleſte, licet forte cognoſcẽs quidem ſit ſenſibilia, ſed alia via quàm ſenſu, ideſt illa qua cauſæ generantes effecta, & euenta ſua cognoſcunt. Themi. in. 3. de anima. ca. penul. & eſt in expoſitione te. com. 66. Simpli. autem in. 2. de anima, in expoſitione tex. com. 29. exponẽs illud, alterius autem cogitatiuum & intellectiuum vt hominibus, & ſi aliquod alterum huiuſmodi ẽ & honorabilius: inter alias expoſitiones dicit, hoc poſſe intelligi de animalibus diuinis, vt ſunt cœleſtia, quia talia habent ſenſum, & appetitum non paſſiua, neq; a ſenſibilibus extrinſecis excitata & mota, ſed ab intrinſeco cognoſcentes & diſtinguẽtes omnia ſenſibilia, & oportet hoc reducere ad iſtum modum Themi. nam ſi velit vltimum intellectum eẽ aliam virtutem ex numero virtutum ſenſitiuarum, non eſt mens iſta Ariſt. vt bene notat Cõmen in. 3. ca. de ſubſtan. orb. contra Auic. & in. 2. Meta. com. 36. & in fine. 3. de anima, hoc etiã Theologi noſtri ſentiunt. vnde Auer. in tract. 4. ſuę paraphr. ſuper ſcientia diuina, allegat auctoritatem Ioannis aſſerẽtis, nunquid ille qui creauit ignorat.

Intellectus quo cogitamus, & ſapimus non vr̃ cum aliis virtutibus communem rationem habere, nec enim potentia, aut pars animæ eſſe poteſt, vt cæteræ, ſed ſubſtantia q̃dam intelligitur longe præclarior, melior, pulchrior, quæ tamen in naturam inferiorẽ ignobilioreq; ſe inſerta recepta ſit, lucidiſſi. Themi. ſententia eſt in. 2. de anima. t. c. 32. vbi Ariſt. dicit. de intellectu autem ſpeculatiuo, alia rõ eſt, idem notat Ariſt. in. 2. de anima. t. c. 21. vbi dicit. de intellectu autem ſpeculatiuo nihil adhuc manifeſtũ ẽ, ſed vr̃ eſſe aliud genus aĩę. Et hoc ſolum contingere ſeparari ſicut ꝑpetuum a corruptibili, vbi ſm Cõmẽ. ſoluit illam q̃onem. vtrum vnaquæq; virtus ex prædictis ſit anima, aut pars animæ, & dicit in quibuſdam patere, in quibuſdam vero eſſe dubium, & dubium erat de intellectu de quo non eſt anima, nec pars animæ, immo eſt de natura ſuperiori ad naturam animę, vt notat Cõm ibi, & hic cõ. 32. Hinc ſcire poteris ꝙ intellectiuũ quod numeratur inter potentias aĩæ, nõ eſt intellectus abſtractus, qui mens alicuius ornate loquentis dr̃, ſed eſt dianoeticum, & eſt intellectus paſſiuus qui corrumpitur, & ẽ in parte ſenſitiua, nam omnes Peripatetici notant ex mente Ariſt. intellm̃ abſtractum qui deforis accedit, nõ eſſe animæ potentiã, ſed eẽ ſubſtãtiam quandã longe pulchriorem, quàm ſit anima. Hinc etiam nota contra illos qui ponunt intellectũ non eſſe ſubſtantiam, ſed potentiã quæ eſt de ſecunda ſpecie qualitatis, vt tenuit beatus Thom. in. 1. de anima. diſputans. q. 12. Et in prima parte ſententia. q. 77. arti. 1. Et vide pro ſententia Them. & Auer. authoritatem Ariſt. in. 1. de aĩa. in tex. c. 65. vbi dicit, intellectus autẽ vr̃ in alio fieri, vel accedere vt habet alia litera, ſubſtantia quædam exiſtens & non corrumpi.

Intellectus non hoc modo intelligit

res,quæ efferunt nobis verba. Nã hoc mirabile in intellectu eſt, audimus in tempore, intelligimus non in tempore, ſed momento. Them. 3. de anima. ca. 42.

Intellectus agens, & eo amplius cauſa rerum princeps, id eſt Deus, & vniuerſaliter intellectus, qui ab omni potentia abſolutus eſt, neque malum, neque priuationes intelligit. 3. de anima. tex. com. 25. Et vide ibi Themi.

Intellectus agens, & ſi priuationes, & mala non intelligit, ſicut intellectus poteſtatis, non propterea imperfectior videri dicitur, nõ enim numero rerum, quæ ſciuntur perfectio, aut præſtantia corrogatur, ſed pondere, nec qui plurima intelligit, idem etiam pluris eſt, ſed qui meliora, nobilioraq; nouerit. Themiſtius. 3. de anima cap. 45. & cap. 51. diuinus ſeparatuſq; illæ anim° qui intellectus agens vocatur nullam intelligit naturalium formarum, propterea ꝙ potentia liber ẽ, & imperfectione, qua priuationes ſolent cognoſci, atq; hoc nõ ignobilitatis, ſed nobilitatis potius, & præſtantiæ argumentum eſt, nam neque mori poteſt, aut occidere, neque tamen eo vilior his eſt, quæ poſſunt occidere.

Intellectus agens differt ab intellectu poteſtatis, quia intellectus, & intelligibile in eo diſtincta non ſunt, quemadmodum ĩ intellectu potentiæ, ſed intelligibilis eſt qua intellectus vtroq; intellectus, quia intelligibilis. Item veritas alio modo in intellectu agente ſpectatur, alio in intellectu potentiæ, Intellectus. n. agens veritas ipſa eſt, quia non eſt eo verus efficitur ꝙ aliq; ſed quòd ſeipſum intelligit, ſed intellectus potentiæ illius præter nũc refert veritatem ſimplicem, non attingit, ſed eam quæ obuerſa, & oppoſita falſitati atque mendacio eſt, quia neceſſe eſt, ſi in affirmatione veritas ſit, in negatione haberi, & contineri mendacium, quo fit, vt veritati noſtrę mixtũ ſemper mẽdacium ſit, vt quotiens de veritate inſtituitur mentio ſimul quoque de mendacio cogitemus, & quaſi admonemur. Themiſti. 3. de anima. ca. 45. Inde collige nullum intellectum præter intellectum potentiæ intelligere componendo, & diuidendo ſecundũ Peripateticos.

Intellectus poteſtatis nihil actu eſſe dicitur. 3. de anima tex. commen. 5. quod ſic intelligendum authoritate Theophraſti, vt omnia hęc ad poteſtatem referãtur, vt ſunt in ſenſu, non tamen vſque eo ad viuum reſecanda res eſt, neque tam nihil actu probandum, vt neq; ipſemet ſit: calumnia hæc eſſet, & oratio cõtentioni cauilloq; proxima, ſed ita intellectum, vt in animo talis quædam ſui generis potentia ſit pro ſubiecto formarũ ac gremio qualis in rebus materialibus facultas illa eſt, quæ conſtitutioni earum, & concretioni ſubſternitur. Themi. 3. de anima. ca. 39.

Intellectus & ſenſus formarum receptiones, ſicut materia quæ ſibi propria ſunt percipiunt. Alex. in trac. de intellectu ca. 4. vbi oſtẽdit qũo intellectus ĩ habitu ſeipſum cognoſcit, ex quo patet contra negantes ſpecies intelligibiles.

Intellectus ſeu mens dicitur extrinſecus accedere. 2. de gene. animal. ca. 3. authoritate Theophraſti referente

rente Them. 3. de ani. cap. 39. non ita ſtatuendum eſt, vt qui vere appoſitus inuectus habeatur, ſed vt qui ſtatim ab ortu quaſi comprehendere nos compleſtiq; ſoleat.

Intellectus agens, & intellectus potẽtiæ, partim duæ naturæ ſunt, partim vna. Nam & id quod ex duabus facultatibus forma, & materia conditur vnum eſſe intelligimus, intellectus enim duplex apud Ariſto. & Theophraſtum eſt, vnus patibilis & corruptibilis, quem communem illi vocant, & corpore nõ abiunctum, alterum autem totum id quod ex intellectu agente, & intellectu potentiæ componi͛, quem & ſeparatum a corpore & incorruptibilem, & ingenitum ſtatuunt. Them. 3. de ani. ca. 39.

Intellectus cum ĩcorporeus ſit quomodo pati a corpore poteſt, aut in niti, vtrũ a corpore, an ab ipſo principium ſit quæſiuit Theophraſtus, & ſolutio eius eſt, qui plane ipſum pati videri poteſt ab illo ortum habere, nihil enim ipſum a ſeipſo patitur. At vero cauſam præſtare omnium actionum, hoc eſt, vt intelligant res, vel non intelligant, quẽadmodum, & in ſenſu perſpicitur vtique ab ipſo intellectu profuſa videtur. Themi. 3. de anima. cap. 39. Vbi innuit tam in ſenſu, quam in intellectu paſſionem cauſari in potentiam ab ipſo obiecto, ſed actionem cauſari a potentia; ſic intelligas dictum Ariſt. in lib. de ſenſu, ꝙ ſenſibile ſenſum agere facit, quia per ſui motionem excitatus ſenſus operatur & ſentit ſic intelligis dictũ Auer. in. 2. de ani. c. 149. quod recipere aliud eſt a iudicare illud.

Intellectus præteriti & futuri temporis agnitionem habet, & illa facultas quæ ſuperior eſt viſis & imaginatione. 3. de aĩa. The. ca. 41. vbi p̃ virtutẽ ſuperiorẽ intellige memoriam ſm̃ The. quia illa ꝑcipit tp̃s p̃teritũ, vt dr̃ in lib. de mem. & rem.

Intellectus vtriuſq; pontificium obtinet, & ꝙ multas notiones in vnã poteſt conducere & cohibiliter nectere, & ꝙ notitiam temporis cum rerum cognitione coniungit, quorum neutrum, neq; imaginationi, neq; ſenſui datum. Them. in. 3. de ani. ca. 41. vbi de mente eius vr̃ ꝙ propoſitio non poteſt fieri niſi ab intellectu ſolo Auer. tamen tenet cogitatiuam etiam poſſe particulr̃ diſcurrere, & Diuus Tho. in. 2. de ani. in lec. 13. in expoſitione text. 65. ꝙ cogitatiua apprehendit indiuiduum, vt exiſtens ſub natura cõi qđ conuenit ei inquantum vnitur intellectiuæ in eodẽ ſubiecto, &c.

Teneo cum Themi. intellectum poſſibilem & agentem eſſe vnum ſubiecto & rõne ſola diſtingui, qa 2. de ani. inquit. t. c. 21. De intellu aũt, & ſpeculatiua potentia, q̃ contemplatur aĩa, & ſapit nihil liquet adhuc, ſed vr̃ genus aliud animę eſſe, & hoc ſolũ contingere ſeparari, ſicut perpetuũ a caduco, & in. 3. de aĩa. t. c. 20. loquens de intellu agẽte, dicit hoc ſolũ eſſe perpetuum & immortale, p3 aũt, ꝙ iſtę duę ſnĩæ coincidũt. Et tunc quero, vtrũ hoc dictũ Ariſt. eſt abſolute & ſimplr̃ ĩtelligẽdũ, qđ videl3 nihil ſit ĩmortale niſi intellect⁹ agẽs, & ſi ſic, male. d. qa ẽt aliæ intelligẽtiæ q̃ mouẽt orbes, quarũ numerũ inueſtigauit in. 12. primę philoſo. ẽt ipſe immortales ſunt, aut intelligitur inter partes aĩę, & ſic habeo intẽtũ,

ſed

ſed quia intellectus etiam poſſibilis immortalis eſt, ſequitur ꝙ ſit idẽ cum agẽte. ſed ſm viam Auer. dic ꝙ litera tranſlationis arabicæ in 3. de ani. 20. vbi etiam ſermo de intellectu agente non habet ly ſolũ, ſed hoc non ſaluat, quia ſaltem ly ſolum, habet in. 2. de ani. in te. 21. Et tunc quæro quid per intellectũ ibi Ariſt. intelligit, aut paſſibilem, & tunc agens non erit ſeparabilis, aut agentem, & tunc non erit poſſibilis, ideo aliter oportet dicere in via Auer. & eſt ꝙ intellectus poſſibilis non eſt ſimpliciter, & quo ad eſſentiam, & quo ad operationem abſtractus & immortalis, quia ſententia Ariſt. eſt vt dicit Comm. in 12. com. 1. de ani. ꝙ eſt abſtractus ſm ſubſtantiam, & ꝙ nihil intelligit ſine imaginatione, & ſic quodammodo intellectio eius, vt depẽdet ab imaginatione eſt corruptibilis, ſed intellectus agens & ſm eſſentiam, & ſm primam eius operationẽ eſt abſtractus, & ſic ipſe hoc modo vtroq; inter partes animæ, ſolus eſt immortalis. Et nota bene hoc, & ſi dicatur, quia. 3. de anima. cõmento. 36. intellectus poſſibilis habet intellectionem ęternam per quam ſemper intelligit intellectum agentem, vt in ſe conſideratur vt videtur elici ex mente Auer. in 3. de anima. in com. 36. & in. 3. de anima. cõ. 5. in ſol. q. 3. vbi expreſſe dicit. ꝙ intellectus materialis ſi ĩtelligit iſta, quæ ſunt potentia intellecta, multo magis intelligit ea, quæ ſunt actu intellecta, & expreſſe dicit ibi, ꝙ hoc quod intelligit, ꝗ ſunt actu ĩtellecta, expedit ipſum ꝙ non poſſit intelligere materialia quia illa propoſitio recipiẽs debet eſſe denudatũ a natura recepti, nõ intelligitur ſimpliciter, ſed cum cõditione. Reſpondetur ꝙ intellectus materialis poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo in ſe, & ſic dr̃ intellectus recti' quàm anima, aut aĩæ pars, quia anima non eſt reſpectu eſſentiæ, vt dicit Auic. in principio ſexti naturaliũ, nec ſine corpore eſſe poteſt. 2. de ani. t. cõ. 26. Dico igitur cõſiderando in. 1. de anima. com. 12. conſiderat intellectum materialem, vt eſt pars animæ, & vt eſt in nobis, & ſic eſt abſtractus ſm eſſentiam nõ ſm opus, quia de intellectione, quæ habet ꝑ diſcurſum patet, de alia, quæ eſt in ſtatu adeptionis illam non poteſt habere in nobis niſi in poſtremo poſt complementum, & ad adeptionem intellectus ſpeculatiui qui eſt dependens non ſolum ab agente poſſibili, verumetiam ab intentionibus imaginatis. Ecce quomodo ſemper talis intellectus, vt eſt anima, vel pars aĩæ in ſua operatione, quodammodo eſt ligatus cum phantaſia, ſed intellectus agens ſolus eſt abſtractus, quia non eſt paſſiuus, nec intelligit, vt eſt in nobis per imaginationem, licet in copulatione qua copulatur, vt agens abſtrahit ab imaginatione, ſed vt vnitur, vt forma intelligit per eſſentiam, in hoc eſt diuerſitas in via. Auer. inter abſtractionem intellectus materialis & agentis, aut dic ꝙ intellectus agẽs ſolus eſt immortalis, & abſtractus inter virtutes animæ ĩ ſupremo gradu abſtractionis poſſibilis in virtutibus animæ, ſic ſoli ſibi competit abſtractio, & immortalitas, ſed intellectus materialis, licet ſit abſtractus & immortalis

ralis, non tamen ita perfecte, ſicut ſiquis dicat ſolē eſſe magis abſtractum quàm lucem, & eſt etiam ſententia illa Themi. 3. de ani. ca. 36.

Intellectus agens eſt hominis eſſentia & forma. Themiſtius. 3. de anima. cap. 27.

Intellectus agens eſt forma formarum reſpectu eorum, quæ ſunt hic quàm cum natura attraxit receptui canit in eoq; finem quaſi extremam manum imponit Them. ibidem. quod etiam Cōmē. aſſerit in 2 de aīa. t. c. 32. vbi dicit, complementum autem animalium & finis eorum qui intendebatur in generatione quem cū natura potuit pertingere ſtetit, eſt modus animalium habentium virtutem ſpeculatiuam, cogitatiuā, & intelligibilē.

Intellectus agens indiuiſibiliter intelligit, & quæ ipſe indiuiſibiliter tradit, intellectus potentiæ diuiſibiliter recipit. Nec ex hoc debem' mirari, qn̄ huius rei exploratum exemplum habemus, quia affectiones corporum candor nigror & eius generationis cæteræ, quanquā ꝓpria ratione, & ſuapte natura indiuiſibiles, atq; inſeparabiles ſint, ī materia tñ diuiſibiliter & ſenſibiliter recipiuntur. ibidem.

Intellectus agēs nō intelligit ea poſt mortem, quæ vnà cum intellectu mortali didicit. Them. 3. de aīa. capi. 28. & 29. vbi conciliat dicta in 1. de ani. in tex. com. 66.

Intellectus qui ex poteſtate componitur eadem quæ conſiderat ſcribit & literis mandat, non tamen ſcribit ea quæ poteſtate conſtant, ſed quatenus intellectus agens ē, Themi. 3. de ani. ca. 27. hic oſtenditur de mente eius ꝙ iſti duo intellect' ſunt vnum ſubiecto quod notault etiam Com. 3. de anima. c. 20.

Intellectus agens non eſt primę propoſitionis. ibidem. intellectus agēs non eſt Deus. ibidem. C. 3. de anima. ca. 28. & 29.

Intellectus agens ab Ariſt. comparatur luci. 3. de ani. t. c. 18. vbi Themi. d. ca. 32. ꝙ Plato autē comparauit intellectum agētem ſoli, quia intellectum & animum hoī Deo, quam ſimillimum volebat.

Intellectus impaſſibilis eſt. 3. de ani. t. c. 7. vbi nota ſm Ariſt. de ſenſu & ſenſoriis, tum de intellectu ita exiſtimaſſe, vt ſenſus minus quidem paſſioni obnoxius eſſet, quàm inſtrumenta, non tamen in totū ī mu nis ſeparatusq;, intellectus autem, vt qui citra inſtrumentum corporeū functiones ſuas abſolueret omnino impatibilis abiunctusq; diceretur. Them. 3. de ani. 34. ca.

Intellectus potentiæ differt ab intellectu patibili, vide Themiſt. 3. de anima. cap. 35.

Intellectus agens vnus eſt in omnibus hominibus, & eius æternitas ad ſingulos homines nihil pertinere videt, & illuminat omnes ſicut ſol obtutus omnium animalium ſm Them. 3. de anima. ca. 32.

Intellectus agēs eſt magis ſeparatus quàm intellectus poteſtatis, ſicut ſi quis diceret ſolem eſſe magis ſeparatum quàm lucem. Themi. 3. de anima. cap. 36.

Intellectus agens eſt prior dignitate, natura, & perfectione, intellect' vero poteſtatis eſt prior tempore in nobis. 3. de anima. ca. 36.

Intellectus agens dat actum intellectui poſſibili, per quem poteſt intelligere, & dat actum phantaſmatibus,

tibus, vt fiant actu intellecta, ſicut lumen dat actum eius, & viſui coloribꝰ, & vide pulchre de hoc Themi. 3. de ani. ca. 24. & intelliges ex hoc dictum Auer. in. 3. de anima. comm 5. in ſolutione qõniſ tertiæ. vbi dicit, ꝙ intellectus agens illuminat intellectum poſſibilem.

Intellectus agens eſt effectiuus intelectionis, & ad actum ducens intellectum materialem. Alexan. in tract. de intellectu. in cap. de intellectu agente.

Intellectus non ſicut ars ſeorſum a ſua materia eſt, ſed totus intellectui potētiæ intextus immerſusq; eſt, vt ſi fingamus excuſſorem in ære aut ferro eſſe, & ideo intelligimus dum volumus. Themiſt. 3. de anima. cap. 25. & eſt ſuper tex. 19. & vide in. 1. ca. ex mente Them. ꝙ intellectus agens & poſſibilis ſunt idem re, ſed diſtinguũtur ratione, ſicut bene notauit Com. 3. de anima. com. 20.

Intellectus agens eſt ſicut architectus quidam fabricatorq; notionum. ibidem Them.

Intellectus agens eſt proximus intētione Deo, nam & Deus quodammodo eſt res ipſe, & ad quendam modum creator & opifex rerum. Them. 3. de ani. ca. 25. contra tenẽtes ipſum eſſe vere Deum.

Intellectus agentis ſubſtantia eſt actus non de potentia aliqua erutus ex utruſq;, ſed ſuapte natura. Them. 3. de ani. ca. 26. Ex hoc loco patet ſolutio ad rationes illorum qui tenent ad mentem Ariſto. & Commentato. intellectum agentem eẽ Deum, moti authoritate Ariſtotelis. tertio de anima. tex. commen. 19. vbi videtur dicere ꝙ ſubſtãtia intellectus agentis ſit purus actus, cum quo non eſt admixta potentia, & ideo non quandoq; dr̃ intelligens, & quandoque non, ſed ſolus Deus eſt cui non eſt admixta potentia. 3 de anima. in ſolutione. 3. quæſtione in commen. 5. &. 5. metaphyſi. cap. de perfecto, ipſe enim ſolus eſt perfectio ſimpliciter ſine inperfectione. Amplius intellꝯ agẽs nihil intelligit eorum quę ſunt hic & hæc ẽ conditio Dei. 12. met. t. c. 51. Amplius Comẽ. 3. de ani. dicit ſe eſſe concordem cum Alex. de intellectu agente, ſed Alex. poſuit intellectum agentem Deum eẽ. Amplius. 12. meta. comm. 38. Deduco autem qualis optima: dicit ꝙ nos in ſtatu fœlicitatis dependemus ab illo principio, a quo cęlum dependet, ſed hoc eſt primum principiũ, dicimus nos ex mente Them. intellectum agentem dici actum, vt ipſe exponit, quia non eſt forma educta de potentia materię, ſed non dicitur actus ſimpliciter, cui nulla ſit annexa imperfectio, quia hoc eſt Dei tantum, & ita dico etiã ſm Commẽ. vnde equiuocatio decepit eos in hoc. Ad ſecundum decepit eos locus conſequentis, quia arguunt in ſecunda figura ex ambabus affirmatiuis in materia nõ cõuertibili, nam & aliæ intelligentiæ præter Deum non intelligũt apud Peripateticos aliquod eorum quæ ſunt hic, hoc enim non eſt ſolius intellectus agentis proprium. Ad tertium concordat cum Alexan. in modo ponendi intellectum agentem non in re poſita, quia Alex. poſuit intellectum agentem non ratione tantum, verumetiam re ipſa diſtinctum eſſe a poſſibili, ſed Themiſtius

Digreſſio contra modernos de intellectu agẽte an deus ſit.

miſtius ponit ꝙ eſt diſtinctio ſecundum rationem tantum, & qđ iſta ibi actu, & paſſiu ſunt ſecundũ ſimilitudinem, & in hoc diſcordat à Themi. & tenet quo ad iſtũ modum ponendi cum Alexandro, ſed non concordat omnino opinando ꝙ ſit Deus. Ad vltimum verũ eſt ꝙ homo fœlix depẽdet a Deo, ſed eo modo quo poteſt, videlicet per intellectum agentem, quia diſtantiæ entium ſunt valde diuerſę. Amplius Ariſt. 3. de ani tex com. 17. expreſſe concludit intellectum agentem, & poſſibilem eſſe partẽ animæ; quia in omni natura &c. & hoc non Deo competit. Amplius ibidem. 20. ſolum hoc immortale modo, hoc non poteſt referri ad Deum, quia etiam aliæ intelligentiæ ſunt immortales. Et ideo oportet, vt hoc referatur ad partes ſeu poteſtates animæ, quia ſolus intellectus agens eſt qui eſt idem ſecũdum Themiſtium, licet Commẽ. aliter dicat.

Ordo.

Intelligentia prima, quæ mouet orbem ſtellarum, eſt principium à quo deriuatur ordo in cæteris ſeparatis intelligentiis tractatu. 4. in paraphraſi metaphyſico. Et ibi vide qualis ſit ordo in cęteris, & vide de hoc diffuſe in. 12. metaphyſi. commen. 44. vbi tanguntur duæ viæ. videlicet via mathematicorum, & via Ariſto. ordo in intelligentiis à prima quomodo ſit non habemus propoſitiones ſufficiẽtes circa hoc, ibidem. idem repetit ibidem. vbi tenet vtranq; viam ꝙ motor ſaturni ſit ſecundus in ordine, & etiam ꝙ motor ſolis.

Intellectus agens eſt vltimus in ordine motorum cœleſtium. Et ponamus ipſum eſſe motorem orbis lunæ, ex paraph. meta. tract. 4. vbi loquitur de ordine intelligentiarum & ex hoc patet ipſum non eẽ Deũ, vide in cõtradictionib. nup editis.

Intellectus opus magis ẽ quieti quã motui ſimillimum, vnde abſtemij purgatius, & vibrati' quàm temulenti cognoſcunt, & ſilentio noctis magis quàm interdiu, corpore inoffenſo quàm conturbato, ſenecta ætate quàm iuuenta: quia iuuenũ corpora plurifariò motu intereſtuant. 1. de anima. tex. com. 49. & Themi. ibidem. ca. 21.

Intellectus authoritate Auer. in diſputatione prima, in ſolutione vltimi dubii, eſt forma abſtracta a corpore, ſicut nauta reſpectu nauis, ſcribit enim, dicimus nos quòd non eſt impoſſibile reperiri perfectiones ſimiles diſpoſitionibus, q̃ ſeparantur a ſubiecto, vt nauta à naue, & artifex a ſuo inſtrumento, vnde ſi corpus eſſet tãquam inſtrumentum animæ, eſſet ergo diſpoſitio ſeparata, & Themiſtius. 2. de anima. in expoſitione text. 11. inquit. „nec tamen ratio vlla prohibet haberi aliquam animę partem quæ a corpore abſoluta diſperataque ſit, qualis ea quę neq; corporis totius, neq; partis alicuius ita actus aut perfectio eſt, vt forma & figura ferri, qualis videtur mens intellectuſq; eſſe, nondum enim oſtenſum eſt, an eius vis ita ſit corporis humani perfectio, vt poſſit tamen eſſe abiunctus & ſeparatus a corpore, ſicut vector, & gubernator nauis qui quanquam eſt actus, & perfectio nauis, tamen iunctus, aut adherens naui non dicitur, „ & ex hoc patet

patet in via Peripateticorum eſſe duplex genus formarum, videlicet dantium eſſe per inherentiam, & dantium ſolum operari, qđ multi negauerũt, &c. Et ex hoc te. 11. collige contra illos: qui ex deffinitione vniuerſali data de anima volunt apparere de intentione Ariſt. animam intellectiuam eſſe formã formaliter inherentem, & formaliter dantem eſſe homini, quum tñ Ariſt. poſita illa diffinitione confiteatur non apparere ex illa diffinitione, an ſit aliqua pars animę, quę ſit ſicut nauta nauis perfectio. ſ. abiuncta & ſeparata, nam hoc demõſtratur in. 3. Et ex hoc etiam collige multo fortius contra illos qui dicunt Ariſt. determinaſſe in. 1. de anima per illam rõnem in tex, cõ. 12, nullam animam eſſe a corpore abſtractam, quia ſi qua eſſet maxime eẽt intellecta, quia ſi eſt aliqua abſtracta anima, habet operationẽ ſibi propriam, quum tamen Ariſt. confiteatur in. 2. de aĩa, poſita diffinitione animæ vniuerſali ex illa non apparere hoc, vnde lucidiſſimus Them. in præſenti loco vult illam rationem potius eſſe deſcriptionem quàm diffinitionem, quia perfectę diffinitiones, q̃ dant quidditatem debent eſſe media in demonſtrandis omnibus proprietatibus eſſentialibus, vt patet. 1. de anima. t. c. 11. Et ideo eſt ſicut deſcriptio, quia actus non vniuoce dicit̃ de omni anima, vnde Ariſt. ſic expreſſe dic. t. figuraliter igitur determinetur, & ſic deſcribatur de aĩa.

In omnibus intelligẽtiis corporum cœleſtium eſt verum dicere ꝙ intelligunt omnia, & etiam eſt verũ dicere, ꝙ non intelligunt ea quæ ſunt ſub ipſis, quia nõ eſt defectus illi, qui cognoſcit aliquid ſcientia perfectiori ſi ſciat illud ſcientia imperfectiori, immo imperfectio eſt quid oppoſitum huius. Nam ille qui non poteſt videre aliquid viſione mala, ſed videt ipſum viſione pfecta, nequaquã habet imperfectionem in hoc ex paraphr. meta. tract. 4. Inde patet Ariſt. & Peripateticos tenuiſſe Deum non intelligere ea, quæ ſunt hic, eo modo quo ſunt in ſeipſis, ſicut intelligun tur ab intellectu noſtro, ſed cognoſcuntur nobiliori modo, & eminentiori.

Intelligentias ſeparatas eſſe ſubſtantias nullum habet dubium, quia ſunt principia ſubſtantiæ, item cũ reſpectu ſubſtantiæ ad materialia transferantur, multo magis ad immaterialia, & non ſubſtantia verius dicitur de primo principio cũ eius ſubſtantia ſit cauſa cęterorum in paraph. tract. 4. Subſtãtia.

Subſtãtiæ ſeparatæ vtuntur vita nobili. ibidem. Vita

Subſtantiæ ſeparatæ habent delectionem. ibidem. Delectio enim conſequitur apprehenſionem. idẽ 12. metaph. commen. 39. vbi dicit ꝙ quemadmodum vmbra conſequitur corpus, &c. Delectio.

Intelligentia prima delectatur in eſſentia ſua tantum, & delectatio eius eſt ſupræma omnium, ſed aliæ intelligentiæ delectantur in eſſentia ſua, & etiã in eſſentia prima. ibid.

De pluralitate intelligentiarũ.

Intelligentiis ſeparatis neceſſe eſt eſſe vnum primum, quod præcedat alias ſecũdum naturam, quia omnis pluralitas ab vnitate procedit. ibidem.

Pluralitas

Pluralitas in intelligẽtiis ineſt eis ex hoc ꝙ vnaquęq; intelligit de ſeipſa pluralitatem, ideo oportet ꝙ prima intelligentia ſit vnum indiuiſibile, quod per id intelligit niſi vnam rem ſimplicem, ſcilicet eius eſſentiam. ibidem.

Intelligentia prima non poteſt intelligere aliquam pluralitatem, neque in eius eſſentia, neque extra eius eſſentiam, ipſum enim eſt idẽ ſimplex de ſe. ibid.

Vnitas.

In intelligentiis ſeparatis eſt vnitas ex hoc, quod intelligibile in eis eſt vnum. Et hoc fit eleuando illa intelligibilia plura quibus identificatur vnumquodq; ipſorum ad vnũ intelligibile ſequitur de neceſſitate, ꝙ ipſa vnitas vere, & primo reperitur in ipſo primo, deinde in ſequenti ipſum poſtea in ſequenti illud ſecundum ordinem. ibid.

In intellectu noſtro eſt maior pluralitas intelligibilium, quàm in aliquo alio intellectu. ibid.

In prima intelligentia vnitas & ſimplicitas ęquantur, licet ab ipſa proueniant plura, quorum vnum eſt altero nobilius. ibidem. Et habetur in. 12. metaphyſico. commen. 44. vbi diſcutit quomodo ab vno ſim plici poteſt immediate prouenire multitudo,

Ordo.

In intelligentiis nobilitas attẽditur ex vna quatuor rerũ. videlicet ex velocitate motus, aut ex magnitune corporis mobilis maioriq; ambitu, aut ex magnitudine ſtellarũ, aut ex pluralitate motuum quibus perficitur motus ſtellæ & paucitate. tract. 4.

In intelligentiis ſeparatis iſta duo conuertuntur. v 3. ꝙ quæcunq; cõprehendit aliquid aliud, illud quidem aliud erit eius cauſa, & quòd quodcunq; eſt eius cã concipitur a cauſato, & impoſſibile eſt, vt cauſatum intelligat eſſentiam ſuam prę ter hoc ꝙ concipiat id quo extat ſua eſſentia, ſed iam fuit declaratũ ꝙ quodlibet ipſorum comprehendit eſſentiam ſuam. ergo neceſſe ẽ ꝙ cauſatum ab ipſis concipiat ſuã cauſam, ex tract. 4. in paraphr. metaph. ibi & dicamus ꝙ iam fuit declaratum in lib. de anima. inde patet intelligentiam inferiorem intelligere ſuperiorem, intellectio eſſentiam ſuam, & non per eſſentiã ſuperioris, vt quidam male intellexerunt ex mente Auer.

Intelligibile eſt perfectio intelligentis, & eius forma, vt eſt oſteſum in libro de anima, ex paraphraſi metaphy. tracta. 4. non intelligitur ꝙ ſit forma perficiens. per formalem inherentiam, ſicut tenent illi qui tenent intelligentiam ſuperiorẽ formaliter inherere inferiori, & dare ſibi eſſe formaliter, & ꝙ intelligit inferior per eſſentiam ſuperioris, moti ex authoritate Cõm. 12. metaph. commen. 44. ſolum ibi eſt cã & cauſatum ſm ꝙ intellectum eſt cauſa intelligentis, patet autem intellectum eſſe cauſam intelligentis, ſicut formam, vt declaratũ eſt in lib. de aĩa, ſed in libro de anima. non fuit declaratum intelligibile informare intellectum per inherẽtiam, quia intellectus dicitur locus ſpecierum, & non materia, ex. 3. de aĩa, immo neq; ſenſus eſt materia ſenſibilium vt bene notat lucidiſſimus Them. in. 2. de anima. ponẽs differentiam inter paſſionem ſen-

ſuum & paſſionem corporum inanimatorum, ſicut & Ariſt. ibidem tex.commen.57.&.58.& 3.de anima.tex.commen.38. Idem declaratur de ſenſu communi a Themiſtio.3.de anima.8. capit. vnde eſt obiectum in ſenſu, vt forma in eſſe abſtractionis perficiens, ſicut de his principiis cognitum perficit cognoſcentem, non autem eſt per informationem, & per inherentiam. & ideo concludit ꝙ intellectus habens lapidem in eſſe abſtractionis, nõ demõſtratur lapideus. Et ideo illa authoritas.12.metaph.eſt contra illos, qui vtuntur ea pro ſe, illa authoritas etiã fuit adducta a Gregorio de Arimino, & a Ioanne de Baccone in ſecundo ſententiarum, ad probationem, ꝙ intelligentia non eſt cauſa efficiens orbis, nec ꝙ ipſę habeant efficiens ſempiternũ, quia in illis non eſt cauſa, niſi eo modo quo intelligibile eſt cauſa intelligentis, ſed intelligibile eſt cauſa formalis non efficiens, ſed ęquiuocatio decepit eos, quia ſecus eſt in rebus abſtractis, ſecus in nobis, quorum intellectus eſt paſſiuus: audiant quæſo Auerroem in lib. deſtructionum, diſputa. tertia, in ſolutione.18.dub. iuxta finem ꝙ in hac ſpecie entium ſeparatorũ forma, & finis idem ſunt. igitur illud, quod finem dat eſt forma, & illud quod dat formam eſt agens, igitur idem primum principium, quod eſt omnium iſtorum agens forma, & finis, & hoc ipſi non attingunt, vide etiam Themiſtium.3. de anima ſuper tractatu ſextoꝗ vbi dicit, animam intellectiuam & ſenſitiuam eſſe locum non ſicut locũ, qui ambit nos, ſed pro quãto quodammodo anima fit illud, quod ſentit & intelligit, & ſic intelligentia inferior quodammodo fit ſuperior, & intelligit ipſam.

In intelligentiis ſeparatis impoſſibile eſt, vt cauſa compręhendat cauſatum ſuum, nam aliter poſſet conuerti cauſa in ſuum cauſatum, & ꝑficeretur nobilius per minus nobile, quod eſt impoſſibile. ibid.

Intelligentia prima cum non ſit cauſata ab alia, non intelligit aliud niſi eſſentiam ſuam. & non compręhẽdit cauſatum ſuum. Et hoc non ſolum eſt propriũ primo principio, verumetiam eſt quid commune omnibus corporibus cœleſtibus, quia non videmus ipſa concipere res eo modo quo habent eſſe, quia ſi ita fieret, nobilius perficeretur ꝑ ignobilius, & eorum conceptus eſſent generabiles & corruptibiles, quemadmodum fit in intelligibilibus humanis, vbi pondera illud verbum eo modo quo hñt eẽ. ibi.

In intelligentiis ſeparatis quodcũq; indiget ad intellectionẽ ſuę eſſentiæ pluribus principiis, illud eſt minoris ſimplicitatis. ibid.

In intelligentiis ſeparatis agens, & paſſum ſeu cauſa, & cauſatum diuerſificantur in gradu nobilitatis, & exceſſus in eadem ſpecie, & non in diuerſitate ſpeciei. ibidẽ. ſenſus autem eſt in principiis mãlibus.

Intelligentiarũ oĩum ꝑter primam intellectio eſt comparatiua. ibid.

In intelligentiis ſeparatis ſi id quod intelligit cãtum de his principiis eſſet idẽ cum eo qđ intelligit cã de ſe ipſa, tunc nulla eẽt diuerſitas inter cãm & cãtũ, & nulla eẽt pluralitas in his rebus ſeparatis. ibid. Ex hoc patet contra illos qui tenent inferiorem

riorem intelligere ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris, tunc igit nul la eſſet diuerſitas inter inferiorem & ſuperiorem.

Intelligentiæ abſtractæ perficiunt adinuicem, & in eis eſt recipiens, & receptibile. Vide in concor. nuper editis. ibid.

In intelligentiis abſtractis eſt multitudo propter naturam poſſibilitatis intellectus iuuentę in eis, vnde ſolum primum intelligens eſt liberatum ab iſta natura. ibid.

Intelligere & cognoſcere differunt, nam intelligere ē ſimplices terminos comprehendere, cognoſcere vero eſt terminos complexos iungere aut diuidere. Them. 1. de ani. ca. 26. Et ibi vide differentiam quę virtus ſit præſtantior, an quæ ſimplicia apprehendit, an quæ componit & diuidit.

Intellect⁹ poſſibilis efficitur omnia modo ſimilitudinis & receptionis. 3. de ani. cō. 18. idē in. t. c. 6. &. 38.

Intellectus cuius eſt abſtrahere intellectum, neceſſe eſt, vt præcedat in nobis intellectum, cuius eſt recipere intellectum. 3. de anima. com mento. 18.

Intellectus agens transfert intentiones imaginatas de ordine in ordinem, & facit de potentia intellectis actu intellecta. ibid.

Intelligentia agēs nihil intelligit ex eis quæ ſunt hic. 3. de ani. cō. 19.

Intelligentia agens neceſſe eſt, vt ſit abſtracta, & non mixta, neq; paſſibilis ſm quod eſt agens omnes formas intellectas. 3. de anima. commento. 19.

Intellectus quo cogitamus, & ſapimus non eſt potentia, aut pars animæ, vt cæteræ, ſed ſubſtantia quædam intelligitur longe pręclarior, melior, pulchrior, quę tamen in naturam inferiorem ignobilioreq; ſe inſerta recepta ſit. The. 2. de ani. & cap. 12. ſuper tex. 12. inde patet intellectū eſſe potentiam de ſecunda ſpecie qualitatis ſm Peripateti.

Intellectus non intelligit aliquid eſſe indiuiſibile per aliquam rem eius, niſi perceperit ipſum habere aliquid indiuiſibile abſolute, ſicut non intelligit differentiam vnius rei ab alia niſi poſtquā intellexerit differentiam abſolutam, ex tracta. 1. in paraph. meta. cap de vno.

Intelligibiles ex ſui natura ſunt res ſenſibiles in potētia, ita ꝙ poſſunt intelligi, & vide cauſam diuinam ab Auer. in paraph. meta. tracta 2. & eſt quia principia vltima rerum ſenſibilium eſt conceptio per intellectum. In hoc enim eſt ſimilitudo inter artem & naturam, vt dicitur. Et inde ſubtiliter elice cām, qa intelligibilitas eſt a forma, & ſenſibilitas a materia, & quia vſitas eſt a forma, & indiuidualitas a mā, & quia entia vt entia, & vt intelligibilia pertinent ad diuinum, & vt ſenſibilia, & tranſmutabilia ad naturalem, nam primus actus, qui eſt ſine potētia. & materia prima, ſunt duo extrema in latitudine entiū, forma eſt, participatio diuini eē, & iō ex hoc habuit ꝙ ſit intelligibilis a materia qđ ſit ſenſibilis inquātū forma eſt, talis particulatio habuit qđ eſſet ſubiectū vſitatis 1. cœli, vt inclinat ad materiā h3 ꝙ eēt ſingularis, vt forma eſt, hēt ꝙ ſit quidditas, vt in materia hēt ꝙ ſit eſſentia, ſic materia diuerſificat eſſentiā a qdditate, vt eſt diuina partitio ptinet ad diuinum, qui eſt artifex, per

AA ij primas

primas participationes, & ſimpliciſſimas, quo ad ſecundas ad artificem particularem, & licet iſto modo concepta forma, vt forma ſit ſubiectum, vlterius tamen ſi comparetur hæc forma, & hæc materia ad iudicium, compoſitum potius eſt, hoc & vnum numero per hãc formam, quàm per hanc materiam inſecta, vt alibi declaraui ex mente Ariſto. & præſertim ſecundum viã Auer. quia non inconuenit ſm diuerſos reſpectus, vt oppoſita verificentur de eodem, &c.

Intellectus ex hoc ꝙ comprehendit infinita in propoſitione vniuerſali, & iudicat de eis iudicio vniuerſali eſt nõ materialis omnino, & hoc eſt fortiſſimum argumentum. Et ideo Ariſtot. laudat Anaxagoram cum poſuerit primum motorem ſeparatum a materia, & formã ſeparatam. Et ideo non patitur ab aliquo entium, cauſa enim paſſiõis eſt ipſa ex phyſicis diſputationib⁹, in diſputatione tertia in fine, idem vide. 3. de anima, in commen. 19. vide in. 8. phy. t. com. 37. de Anaxagora in. 3. de anima. t. c. 4.

Intellectus ab intelligibilibus non patitur, ſed in ipſa intelligibilia, quaſi tranſit Themiſt. 3. de anima ſuper tex. 14.

Intellectus & intelligibile in nobis, non ſunt idem omnimode, & vide cauſam huius in diſputat. 6. in ſolutione. 2. dub.

Intellectus ſi quis omnino ſine materia fuerit, tunc intelligibile idem omnimode eſſet cum intellectu. ibidem.

Intellectus ſeparatus non dependet ab entibus in ſua intellectione, quilibet nanq; intellectus dependens a rebus intellectis, ſequitur neceſſario ordinem entis, & perficitur ab eo. Et ideo deficit in eo quod intelligit de eo, ſicut intellectus humanus deficit in comprehenſione eorum. ibidem.

Intellectus fit ſimilis rebus, quas cognoſcit, compoſitus, ſi compoſit⁹, ſimplex ſi ſimpliciter. Them. 3. de anima. ſuper tex. 10.

Intellectus in intelligendo eſſentiã aſſimilatur lineæ rectæ ſm Ariſto, ſed in intellecto iudicium aſſimilatur lineæ curuæ, vide eã in The. 3. de anima. ſuper tex. 10.

Intellectus ſeparatus quem naturæ entium ſequũtur eſt ordo, ex quo cauſatur ordo entium, ſed ipſius cõprehenſio non denominatur, nec vniuerſalis, nec particularis, vniuerſalia nanque intelligibiliũ entium ſequuntur entia, & ſeruiunt eis poſteriora. ibidem.

Intellectus ille quem ſequuntur omnia, intelligit neceſſario entia in eo quod intelligit de ſeipſo ordinem cuiuslibet entis, non ꝙ intelligit aliquid extra ſe, tunc enim cauſaret ab illo quod intelligit, & non eſſet cauſa. ibidem.

Intellectus eſt locus ſpecierum. 3. de anima. tex. comm. 6. Et vide Themiſtium ibi.

Intellectus ſeparatus ſecundum Peripateticos non intelligit niſi ſeipſum, & intelligendo ſeipſum intelligit omnia entia, quia intellectio ſua nihil aliud eſt niſi omniũ entium ordo, ibi.

Intellectus & intellectus Dei ſeparatus differunt, quia in noſtro comprehendens, & comprehenſum differunt aliquo modo, ſed in Deo ſunt idem omnimode, veruntamẽ intel-

intellectus noſter habet ſimilitudinem quandam cum intellectu ſeparato, quia noſter intellectus ſumit illam ſimilitudinem adiunctā ſeparatis. Et declaratio huius eſt, quia intelligibilia dicti intellectus ſunt pura, & nuda ab omnibus defectibus, qui noſtrum intellectum conſequūtur. v.g. intellēs ē intelligibilis inquantū eſt intellectus. Hoc enim eſt intellectus qui eſt intelligibilis omnimode, nam quicquid habet denominationem aliquam defectibilem, neceſſario habet eam rōne cuiuſdam entis perfecte rationem illam habentis. ibid.

Intellectus diuinus comprehendit multitudinem intelligibilium alio modo quàm intellectus noſter, ex diſpu. 6. in ſolut. 3. & ibi oſtendit pulchre quomodo philoſophi negauerunt Deum intelligere plura, & eſt modus quem non negant noſtri Theologi.

Intelligibilia humana dupliciter numerātur, ſed intelligibilia Dei neutro illorum modorum, ſed modus ille a nobis non eſt comprehenſibilis. ibidem.

Intelligentiæ terminum habent limitatū quē non pertrāſeunt. ibid.

Intellectus poteſtatis eſt cōiunctior humanæ animę, & additior quàm ſit intellectus agens. Them. 3. de anima. ca. 23. & eſt ſuper. tex. 17.

Intellectus noſtri ſcientia potentialis eſt, ſed ſcientia Dei actualis eſt, & neceſſaria. ibid.

Intellectus humanus non poteſt cōprehēdere infinitum in actu, quia ſcibilia apud nos ſeparabilia ſunt, ſed ſi poneretur aliqua ſcientia in qua omnia ſcibilia vniri poſſent, finitum, & infinitum in ea eſſent ęqualiter. ibidem.

Incorporeum aliqđ qđ ſit recipiens impoſſe eſt, ſiue per ſe, ſiue p accñs, niſi in aliquo, quia dubiū eſt de intellēu in potentia. Ex lib. deſt. diſp. 7 in ſol. 3. dub. hoc aūt ni fallor dixit pp opīonem The. & Theophr. qui voluerunt ꝙ intellēs pośis agēs & ſpeculatiuus ſunt vnū ſubiecto, & ꝙ actio & receptio nō intelligun tur, niſi ſm ſimilitudinē in eis. ipſe autem tenet oppoſitum, ꝙ recipiat intellēs pośis ſpecies intelligibiles, ſed nullus alius intellēs recipit apud ipſum aliquod accidens. 12. metaphy. com. 25.

Intellēs ſimplex, & intelligibile ſunt vnum & idē realr, ſed plura reſpectiuę, & per accñs. v 3. rōne ſubiecti, vbi p ſubtum expone obiectū. ex diſpu. 7. in ſol. 3. dub.

Intellēs nomē apud philoſophos dr̄ analogice de ſeparatis intelligentiis, ita ꝙ primus intellēs eſt cū aliorum. Ex diſputatio. 7. in ſolutione vltimi dubii.

Intellectus humanus an ſit ex materialib⁹ formis, fuit maximum dubium apud philoſophos, Ex diſputa. 10. in ſol. 2. dub.

Intelligentiæ nullo alio modo mouent corpora cœleſtia, niſi per modum imaginationis per intellectū quàm ſequitur deſiderium, ſicut deſideratum mouet ipſum deſiderans, & ideo corpora cœleſtia habent intellectum de neceſſitate cū ſint comprehenſiua, & hęc demonſtratio eſt propter quid, & quia, in paraphraſi meta. trac. 4.

Intellectus diuinus & humanus tantum ęquiuoce communicant. Ex diſpu. 10. in ſol. 3. dub.

Intellectus diuini ſcientia non diuidit

dit verum a falſo in oppoſitis,ſicut reperitur in humana ſcientia.v.g. quia aut ſcit alia,aut nõ,& iſta duo ſunt contradictoria, vnde verificata vna ſpecierum, neceſſario alia ẽ falſa, ſed in Deo benedicto ambo verificantur, ſed duobus reſpectibus.videlicet ꝙ ignorat ea modo inferente defectum, ſicut eſt in humana ſcientia,& ſcit ea modo non inferente defectum.Ex diſput.10. in ſolu.3.dub.

Intellectus natura, vt dicit Ariſtot. princeps philoſophorum dominatur toti,ex diſpu.11.in ſolutio. primi dub.& eſt in.3.de anima. in te. commen.4.& in.8.phyſic. in tex. commen.37.ex ſententia antiqua Anaxagoræ.

Intelligentiæ motum aliquem non patiuntur neque aliquo modo innouantur.Ex diſputatio.12.in ſolutione.3.dub.

Intelligentiæ ſeparatę non ſolum ſunt motor verum etiã agens quo quomodo corporum cœleſtium, in paraphraſi metaph.tracta.4.ibi ex dictis apparet,vbi vt notaui ſuperius,differentia eſt inter agens, & mouẽs,nam motor reſpicit motum tantum, agens vero eſſentiã mobilis,vt notaui ex mente eius ſupra in cap.de agente.

Intelligentiæ ſunt quodãmodo formæ corporum cœleſtium, & vide modum ab Auer. ibidem. vbi dicit,ꝙ ſunt formę aliquo modo,vnde formæ corporum cœleſtium nihil aliud ſunt quàm id quod intelligunt ex ipſis pro quanto.v3.cœlum dicitur intelligens ſic intelligentia dicitur forma cœli quodãmodo, quia non eſt alius modus vitæ niſi gradus vitę intellectualis & ideo dicit quodammodo, quia non eſt forma inherens, vt finxerunt quidam,intellectus enim nullius corporis actus eſt.

Intelligentiæ ſeparatę ſunt fines corporum cœleſtium pro quanto mouentur ab eis per modum deſiderij.ibidem.

Intelligentiæ ſeparatę ſunt iſtius eẽ ſenſibilis cauſæ veluti forma & agens & finis, & ibidem ponitur declaratio.

tionis ſit, ſaltem ex connotato aliquam qualitatem ſignificans, vt d. The. & expoſitores, & ſunt quaſi quædam materiæ proprietas, vt dicit Commen. in ſua media expoſitione ſup. 1. phy. & etiam primo cœli. cõ. 20. vbi dicit, ꝙ in materia non eſt alia poſſibilitas, niſi per ſeparationem a forma, & eſt ſicut abſciſſio ex acumine gladij. ſi ita eſſet ſequeretur materiam habere aliquam priuationem, & qualitatẽ inſeparabilem, & ita non eſſet denudata ſm eſſentiã ab omni qualitate & forma, ſicut bene deducit Commen. in præſenti com Conſidera igitur diligẽter quia vidi plures meo tempore qui non potuerunt euadere ab hac inquiſitione. Immediate patet ꝙ neutrum uerũ eſt, & ſcias pro ſolutione difficultatis vnum, quod licet cõtradictoria abſolutione diuidant verum & falſum in quocunq;, & non ſit dare medium inter illa, tñ qñ contradictorijs additur aliquid diſtrahens ab oppoſitione eorũ, non ſunt amplius contradictoria, ſicut inter eſſe & non eſſe nihil mediat, ſed inter non eſſe ſimpliciter & eſſe mediat aliquid, vt dicitur in primo phy. tex. com. 77. quia eſſe in potentia mediat, ſic inter formatum & non formatum nihil mediat, vnde materia aut eſt formata, aut nõ formata, & dicitur ꝙ eſt non formata. Sed qñ dicitur, vtrum materia pet ſe ſit formata, vel per ſe, aut quidditatiue ſit non formata, dico ꝙ vtraq; falſa eſt quidditatiue, & ſic non contradicunt, & ita eſt in ſiſi de materia ſm ꝙ materia, quia illa reduplicationis nota nõ eſt ps ſubti ꝓpõnis. ſed eſt condõ ſpecificatiua ſm q̃ cõſiderat̃ & nota bene hoc. & nota ꝙ iſta ſnĩa concordat cum dictis & determinatis p Alex. in 1. lib. naturalium qõnum. q. vlti. vbi quærit. vtrum forma ſit ſm ſe in materia, vel ſm accñs, & tandem concludit ꝙ forma non eſt p ſe in materia, loquendo de primo mõ pſeitatis, ſicut neq; priuatio, tñ forma & priuatio ſunt in materia p ſe in ſecundo mõ, ſicut par & impar non ſunt p ſe de rõne numeri, ſed ſunt numeri ꝓprietates, in quarum rõne ſumit̃ ſubtum, ſic in ratione formæ materialis ſumit̃ materia, ſicut appet ex rõne in qua ponitur corpus organicũ, & in rõne ẽt priuationis ponitur materia, quia priuatio non eſt niſi carentia formæ in materia apta nata recipere formã. vñ ſicut non oĩs numer⁹ eſt par, nec omnis ĩpar, ſed vel eſt par, aut impar, ſic materia, aut eſt formata, aut eſt priuata forma.

Materia eſt ſubſtantia diminuta, qa eſt in potentia. 7. meta. cõ. 9.

Materia prima in 1. phy declaratur eſſe ſm ꝙ eſt materia nõ ſm ꝙ eſt ſuba. ibidẽ. & in 2. phy. cõm. 21. & cõ. 4. vide in ſimili in 1. meta. cõ. 15. & 18. & 4. meta. cõ. 1.

Materiæ actio eſt tranſmutatio. 7. meta. cõ. 9. idẽ 1. cœli. c. 20 vbi dicit ꝙ in materia non eſt potentia niſi apud ſeparationem eius a forma, & opatio iſtius potentiæ, quæ eſt ex ea quaſi abſciſſio de acumine gladij, eſt gñatio. & corruptio. vide in concordantijs.

Materia in naturali philoſophia cõſideratur, vt eſt principiũ tranſmutationis, ſed in prima philoſophia cõſiderat̃ vt ẽ ſuba in potentia. 7. meta. com 9.

Materia non prædicat̃ de eo cuius eſt mã niſi ſm̃ denoĩatione͂.7 met. c.25.& 34.&43.& 9.met. c. 12.& 1.meta. cõ. 17. & 1.phy. cõ. 15.

Materia non eſt gñabilis & corrupti bilis niſi p accñs.7.me.c.23.idẽ 1. phy.t.c.82.& 12. met.cõ.18 idẽ 7. meta.tex. cõ. 26.27.& 31.& 33.

Materia prædicat̃ denoĩatiue de ma teriato & non formal̃r prædicatio ne dicẽte,hoc eſt hoc, vt ſtatua nõ eſt lapis,ſed lapidea.7.meta.t.c.24 vbi aduerte ꝙ iſta eſt vna dr̃ia inter genus & materiã, ſicut bñ nota uit Cõ.in p̃nti.cõ.& ẽt 7.meta.cõ. 43.& 1.meta.cõ.17 & 12.met. cõ. 14. Et longe vberius ante ipſum Alex.ſcripſit demĩatiue de hoc in 2.lib.naturalium qõnũ. q. vlti. ꝙ materia non ſit genus.

Materia diuerſa ſũt eadẽ ſpẽ,vt Sortes & Callias.7.meta.t.c.cõ.28. idem ſumit̃ diſtõne͂ indiuiduorũ in eadẽ ſpẽ eſſe a materia,conſiſt̃ ſcribit Cõ.in lib.deſtr.in prima diſpu. in ſol.7.dub.vbi inqt.cã pl̃alitatis & nũerabilitatis apud Philoſophos ẽ materia & cã cõueniẽtię in multitudĩe numerali ẽ forma, ſed ꝙ poſ ſint inueniri res plẽs in nũero in vna forma ſm materiã ĩpoſ̃e eſt. nullũ nãq; indiuiduũ ab alio indi uiduo diſtingui debet ab aliqua ꝓ prietate, niſi p accñs. Imo indiuidua abinuice͂ diſtinguunt̃ a materia,idẽ 1.primæ philoſophiæ. cõ. 40. Vbi aduerte vt declaraui ſubtiliter in qõne ſpãli de principio indiuiduationis,ꝙ diſtinguẽdo prin cipiũ aſſiſ̃atiuũ contra principium diſtinctiuũ,ſic forma a ꝓprietate eſt principiũ cõueniẽtię & ſĩſitudi nis, & mã appropriata eſt princi pium diſtõnis. genitũ.n.aſſiſtatur gñanti in forma, tñ principiũ con ſtitutiuũ & diſtinctiuum reſpectu cõpoſiti magis eſt forma q̃ mã:oẽ enim quod eſt vnũ nũero, & cõti nuũ eſt vnũ p ſuã formã,& non p ſuã mãm, vt dicit Cõ.1.de aĩa. cõ. 90. Et hoc intelligit̃ principal̃r. ſi l̃r ẽt Philoſophi videntes multitudinẽ nũeralẽ in eadẽ ſpẽ nõ inueniri, niſi in hñtib⁹ formã in mã, qa in abſtractis a mã nõ eſt talis multitudo apud Peripateticos,vt patet in 1.cœli & mũdi.in t.c.93. vbi dr̃ ꝙ qñ mã tota ẽ comprehenſa ſub vna forma,nõ põt eſſe niſi vnum ſuppoſitũ in vna ſpẽ.iõ appropria uerunt principiũ nũeroſitatis,& di uerſitatis iſtorũ mã; & nõ formã.

Et ex iſta auctoritate Cõ. in lib. deſtr. collige mãifeſte cõtra illos q̃ aſſerũt primũ principiũ diſtõnis indiuiduorũ in eadẽ ſpẽ, eſſe aliq̃ ꝓprietatẽ accñtalẽ,ſicut q̃ dixerũt ꝙ diſtinguat̃ primo p q̃titatẽ.hoc enim licet verũ ſit a poſteriori,ſed nõ a priori,ĩdiuidua.n. diſtinguũ tur abinuice͂ mã, vñ Cõ.7 primę philoſophiæ,cõ.2.exp̃ſſe dicit ꝙ ĩ diuiduũ ſubiectum eſt prius alijs indiuiduis accidentium.

Mã nõ eſt ſepabilis a reb⁹ niſi diſtõne.The.4.phy tex cõ.59.& habet̃ in tex.idem.tex.84.

Mã ĩmediate trãſmutari nõ pt a for mis ſepatis,nõ.n.trãſmutat mãm niſi illud qd̃ ẽ in mã.7.met. t.c.28 & idẽ hr̃ ĩ.ibidẽ.c.31.vbi Cõ.dicit ꝙ oẽ mixtũ cum materia,ſit a mixto cum materia. idẽ in 8. phy. in cõ.15.& in lib.deſtr.ĩ diſp.prima.

Mã ẽ cã multiplicationis gñabiliũ ab vno gñante.7.meta.t.c.28. idẽ 1.met.c.40.& ĩ lib.deſtr.prima.in ſolõne ſeptimi dubij. ĩqt. pl̃aritas nume-

numeralis.ſ.diuiſio, ſequitur cauſam in forma rõne materiæ.

Materia tranſmutatur a corpore habente qualitatem actiuam, aut potentiam, quæ agit per corpus habẽs qualitatem actiuam, 7.meta.com. 31.idem ibidem. cõmẽ.28. &. 12. met.cõ.18.idem, 8.phyſi.com.15.

Materia ſm cõſiderationem ad ſubſtantiam compoſitam ex materia, & forma, eſt pars ſubſtãtię, ſed ſecũdum conſiderationem ad ſubſtantiam declarãtem eſſentiã rei, nõ dr eſſe pars ſubſtantiæ, ſed eſſe apparens deferens formam in ſuam diffinitionem. Auerr. ſententia in 7.primæ philoſophiæ.in com. 34. idem ibidem.com. 21. & 43. Vbi apparet ex mente eius naturam nõ eſſe partem quidditatis rei, licet ſit pars eſſentialis compoſiti, differentia.n.magna valde eſt apud Peripateticos inter eſſentiam & quidditatem in rebus generabilibus cõpoſitis ex materia & forma. 3. de aĩa. tex.com.9.ſicetiam ſentit lucidiſſimus Them.in.3.de ani.ca.27.& eſt opinio Alex.& omnium Peripateticorum. Auic. autem in tracta. 5 ſuæ primæ philoſophiæ. cap. 5. de aſſignanda comparatione diffinitionis & diffiniti, tenet formam totam rei quidditatem, eſſe partẽ. vnde vult materiam eſſe partem quidditatis, ſicut eſt pars eſſentiæ, & non diſtinxit inter eſſentiam, & quidditatem. Et hanc opinionem imitatur etiam Diuus Tho. in .7. metaph.in lec.9.ſuper expoſitione tex.com.34.& in lib.de entitate & & eſſentia, & in prima parte ſummæ.q.75.& in 3.parte.q.50. & in 4.diſtin.44.& Scotus in.7.ſuæ metaph.q.16. & in.3.ſententiarum. diſt.22. Et Antonius And.ſ.7. metaph.q.12.ſed vt dixi cauſa erroris Auic. fuit quem errantem iſti ſunt ſequuti, quia non diſtinxerunt in materialibus eſſentiam a quidditate, neque diſtinxerunt inter partes ſm fidem ipſius ſpeciei, & inter partes ſm imaginationem, & eſt differentia magna valde, nam ut ſcribit Commen. in primo metaphy. in commen.45. Ariſto. opinatur ꝙ intellecta rerũ non ſunt ſubſtantiæ rerum, ſed ſignificatur, & notificant ſubſtantias rerum. Certum eſt enim ꝙ materia eſt pars eſſentiæ, quia ẽ ex partibꝰ ſm fidẽ componentibus in eſſe reali ſubſtãtiam compoſitam, tamen genus non eſt materia, licet ſit. materiæ proportionale per Porphyrium, in cap.de differentia, & per Philoſophũ in 7.primæ philoſophiæ. in tex commen.45. & Alexan. in libro.2.naturalium quæſtionum, quæſtione vltima, demonſtratiue probauit hoc, vt etiam confitetur Commen. 1. metaphy. commen. 17. & 12.meta.commen. 14.& tamẽ genus eſt de quidditate ſpeciei: ſi igitur idem in compoſitis ex materia & forma eſſet eſſentia & quidditas, partes eſſentiæ eſſent partes quidditatis, ſed ſecus res ſe habet, vt dicitur in 7.primæ philoſophiæ in tex. commen. 41. & in 3.de anima tex.cõm. 9. De hoc vide quæ ſcripſerim in Theorematibus, in proprio Theoremate, quod incipit. In conceptis cũ materia, aliud eſt quod quid eſt ab eo, cuius eſt quod quid eſt.

Materia & forma differunt, qm̃ forma prædicatur per ſe de habente formam, ſed ꝙ declarat quidditatem

tem eius ſubſtantialem; materia vero non prædicatur de habente formam uera prædicatione, ne dũ vt prædicetur per ſe. Idolum enim non dicitur cuprum, nec hõ caro. 7. metaphy. cõm. 34 idem ibidem commen. 23. vbi dicitur, ꝙ materia non prædicatur niſi ſm denoīationem. conſimile 7. metaphy. 43 & 45. com. & 9. metahpy. cõm. 12.

Materia, alia ſenſibilis, alia intelligibilis. 7. metha. tex. cõ. 34. & 35. & 39. & 5. metaph. cõ. 3. & 8. metaphy. tex. com. 15. vide in Theorematibus.

Materia ſm ſe ignota eſt. 7. metaph. tex. cõ. 35. conſimile primo phy. tex. cõm. 69. & in 1. cap. de ſubſtãtia orbis.

Materia ſenſibilis eſt, vt æs & lignũ & quælibet mobilis materia. 7. metaph. & tex. commen. 35.

Materia intellectualis eſt, quæ in ſenſibilibus exiſtit, non inquantum ſenſibilia ſunt, vt mathema. ibidẽ.

Materia cum fuerit non erit res, forma aũt cum fuerit erit res. 7. metaphy. cõ. 37. & fuit ſententia iſtius dicti Commentatoris ſumpta a lucidiſſimo Themiſt. in 2. de anima in principio. vbi ſcribit iſtud eſſe diſcrimen inter materiam & formam, nam res a materia habent, vt fierent, a forma vero vt eſſent.

Materia etiam erit quorũdam non ſenſibilium. 7. meta. tex. com. 39.

Materia non ſolum a phyſico ſciri debet, verum etiam ratio ſeu forma & magis. 7. metaphy. tex. cõ. 39. idem 2. phy. 21. & 26. & in 1. de partibus animalium. cap. 1.

Materia eſt propria entibus naturalibus. 7. meta. com. 39. Vide in contradictionibus nuper ęditis.

Materia non prædicatur de re nomine principali. 7. metaph. cõ. 43. & 23. idem 9. metaph. tex. cõm. 12.

Materiæ natura talis eſt, quod per eam poteſt res eſſe & non eſſe. 7. metaph. tex. com. 53.

Materiæ natura talis eſt, ꝙ eius qdditas & forma eſt recipere formã 7. metaph. commen. vlti. idem primo cap. de ſubſtantia orbis, vbi. d. ꝙ natura materiæ ſubſtãtiatur per poſſe, & in 2. phy. com. 15.

Materiam dico, quæ non eſt hoc aliquid ens actu: poteſtate aũt eſt, hoc aliquid. 8. meta. tex. com. 33.

Materiam localem ſi quid habet nõ eſt neceſſe illud habere materiam generabilem & corruptibilem. 8. meta. tex. com. 4. idem infra tex. com. 12. & 12. metaph. text. com. 10. idem primo phyſi. com. 63. & in libro de ſubſtantia orbis per totum ferè, & in primo cœli. commen. 20. & 95.

Materiam eſſe ſubiectum, eſt declarandum in ſcĩetia naturali, ſed materiam eſſe ſubſtantiam eſt declarandum in ſcientia diuina. Commentator in 8. metaphy. com. 4. vide idem in 2. phy. c. 21. & 7. metaphy. com. 9. & 12. metaph. cõ. 5.

Materia quæ eſt ſubiectum trãſmutationis ſubſtabtialis quando recipiet formam, aſſimilatur ei quod eſt in actu, & qñ dimiſerit eam aſſimilatur non eſſe. 8. meta. cõm. 4.

Materia non dicitur de diffinito niſi ſm ꝙ eſt genus eius, genus enim ſignificat materiam ſm ꝙ eſt in potentia illud quod habet materiam & ſic prædicatur de habente materiam. Nomen aũt materiæ ſignificat materiam ſm quod eſt aliquid in actu exiſtẽs, pars illius, cuius eſt

materia

materia, & ideo nō prędicatur de habente materiam. 8. metaphy. cō mē. 6. vbi elicitur dřia inter genus & materiam, quia genus prædicatur formaliter de cōpoſito ex materia & forma, materia vero nequaq̄, ſed ſolum denominatiue nō nomine principali. 7. metaph. tex. com. 23. & 43.

Materia neq; elementum eſt, neq; ex elementis. 8. meta. text. com. 8. Vide in concordantijs nuꝑ ęditis.

Materia, alia cōis, alia propria 8. meta. tex. com. 11.

Materia ea vna exiſtente contingit fieri diuerſa propter mouentem cauſam. ibidem.

Materia ex vna plures fieri materias contingit duobus modis, vel in eodem ordine, & diuerſentur ſm magis & minus: vel in diuerſis ordinibus. 8. meta. com. 11.

Materia exiſtente vna & motore vno de neceſſitate gñatū erit vnū. 8. meta. c. 11. idē in 12 met. cō. 11.

Materia exiſtente diuerſa, & motore diuerſo de neceſſitate gñata erūt diuerſa. 8. met. cō. 11. & t. cō. 12.

Mā exñte vna gñata pñt eſſe diuerſa ꝑꝑ mouentē cām 8. met. t. c. 11. vbi Cō. limitat illā ꝑpōnem hř locum in artificialibus tm̄, fallit aūt in nālibus, vt patet in 8. phy. in t. cō. 46. Eſt. n. in nālibus principiū ꝙ non quodlibet fit ex quolibet, ſed determinatum ex determinato, & in eodem cō. 11. expreſſe dicit, ꝙ quædam materiæ recipiunt formas diuerſas, & quędam formę non recipiunt, niſi vnā mām, verū eſt in entibus artificialibus, in entibus aūt nālibus q̄libet forma habet ꝓpriam materiam.

Materiā forſan quædā non hñt, aut non talem, ſed ſm locū mobilem. 8. metaph. tex. com. 12.

Mā in rei veritate, cuius eſſe eſt in potentia nō inuenit̃, niſi in ſubſtātijs gñabilibus & corruptibilibus: ſubāæ vero æternæ, qa in eis nō eſt potentia ad corruptionē nō eſt in eis mā· ſed materia earū, eſt aliqd exñs in actu. ſ. corpus, indignius habent hoc nomen ſubiectū, q̄ hoc nomen materia. 8. met. c. 12 idem in 2. ca. de ſubā orbis & alibi ſæpe.

Materia quæ eſt in potentia, eſt cā alterationis paſſiuæ. 8. met. t. c. 12. & primo cœli. tex. com. 21.

Materia prima eſt in potentia vtrūque contrariorū eodē termino. 8. met. c. 14. idem 1. phy. cō. 6. & 82. & 2. phyſi. com. 48.

Mām intellectualē, aut ſenſibilē nō hñtes, ſtatim ſunt id quod ſunt. 8. meta. t. c. 16. vbi dicit Cō. in cō. ꝙ illa quæ non hñt materiā, nō hñt cām aliā a ſe in hoc ꝙ ſunt vnum, & in hoc ꝙ ſunt ens: ecōtrario eis quæ ſunt in materijs, per formas enim fiunt compoſita ex materia, & forma vnum & aliquid ens, &c.

Materia eſt principiū paſſionis & cā ꝑꝑ quam patiens patit̃. 9. met. t. c. 2. vide limitationē ab Auer. in 3. de aīa. in cō. 5. in principio digreſſionis, & ibidē in cō. 28. vbi declarat, cuius paſſionis mā ſit cā. inqt. n. ꝙ materia non eſt cā receptionis ſimpliciter, ſed cā receptionis tranſmutabilis. ſ. receptionis hui⁹ entis indiuidualis.

Materiam eſſe in potentia ad infinitas formas, ē ſicut īfinitū eē ī potētia. talis. n. potētia nō dř reſpū act⁹ qa potentia q̄ dř reſpū actus ē finita, ſed hoc intelligit̃ ꝙ potētia ſꝑ aſſociat̃ ei 9. me. c. 11. Et hř ex tex.

Mate-

Materia, remota nõ dr̃ eſſe in potentia, illud, cuius eſt potentia 9. primæ philoſophiæ. tex. cõ. 12. Inde collige dr̃iã, inter mãm remotam, & ꝓpinquam q̃ innuit Cõ. in cõ. dicẽs, & intẽdit declarare ꝙ materia, q̃ põt ſimpl'r nõ indiget, ĩ hoc
„ ꝙ exeat in actũ, niſi vno motore
„ tm̃. Materia aũt q̃ nõ dr̃ poſſe ſim
„ pliciter, ſed p potentiã remotã exit
„ in actũ p pl'es motores vno motore ſm remotionẽ, aut ꝓpinqtatẽ.

Materia propinqua rei non ꝑdicatˀ de re, cuius eſt materia noĩe principali, ſed denoĩatiue, vt non dr̃ idolum cuprũ, ſed cupreũ 9. metaphy. tex. c. 12. Idẽ 7 metaph. t. c. 43. & cõ. 23. Et aduerte ꝙ Cõ. dicit in 9. met. cõ. 12. ꝙ hoc non eſt ꝓpriũ idiomati græcorũ, ſed in nr̃is idiomatibus. i. arabicis, hoc eſt manifeſtum in rebus naturalibus, ſed in artificialibus nõ eſt manifeſtum.

Materia ꝓpinqua dr̃ eſſe in potentia ſimpl'r, & dr̃ materia ſimpl'r nõ remota. 9. metaph. cõ. 12. Vide in concordantijs nuper editis.

Materia & vl'e differunt, quia materia non ꝑdicatˀ de re noĩe principali, ſed noĩe denoĩatiuo. vl'e autem prædicatur de re, vt homo eſt animal 9. metaph. tex. com. 12.

Materia potentia eſt, donec veniat ad ſpẽm, qñ vero actu eſt, tunc in ſpẽ eſt. 9 metaph. tex. com. 16.

Materia dum eſt in potentia, non eſt perfecta per formam, neq; habet eſſe quod habet forma, ſed dũ venit ad actum, tunc perficitur per formam, & habet eſſe quod habet forma. 9. metaph. commen. 16 Ex quo patet ſm Auer. doctrinam, ꝙ licet materia ſit eſſentia diuerſa ab ipſa forma, eſſe tñ habet a forma, & non eſt aliud eſſe materiæ, & aliud formæ. vt dicit. n. diuinus Beotius in lib. de vnitate & vno. oẽ eſſe eſt a forma, quod deſcribentes Peripatetici dixerunt, eſſe eſt exiſtentia formæ in materia.

Materiam cõem habentia adinuicẽ transſmutantur. 10. metaphy. text. cõ. 12. & hr̃ propriæ in primo de generatione & corruptione. in te. com. 43. & 53.

Materia contrariorum eadem eſt. 10. meta. tex. com. 14.

Materia negatione oſtenditˀ. 10. metaph. tex. com. 24. Vide in concordantijs nuper editis.

Materiæ diuerſitas eſt cã differentium rerum per accñs, quia quæ conueniunt in forma, & differunt ſm materiam differunt per accñs, vt duo anuliˀ, quorum vnus eſt ex auro, alter vero ex argento. 10. metaph. tex. com. 24.

Materia non facit dr̃iam. 10. metaph. tex. com. 25.

Materiam primã eſſe probare, eſt ſermo naturalis e contrario. Auic. 12. metaph. cõ. 8. idem 1. phy. cõ. vlti. & 2. phyſi. commen. 22. idem 12. metaphy. com. 6.

Materia aſſimilatur mixtioni, quia res admixtę propinque ſunt, vt ſint in potẽtia 12. metaph. com. 9. vbi declarat, quare Anaxagoras poſuit mixturam.

Materia, ꝓpea q̃ eſt in potẽtia omnia, eſt cã in hoc ꝙ gñatio nõ abſcinditur. Cõ. 12. metaph. cõ. 9. & eſt dictum Ariſto. de quo inquirit in primo de generatione & corruptione. tex com. 15. & infra.

Materiam nullus ſciuit in rei veritate ante Ariſt. Cõ. 12. meta. c. 9. colligitˀ ex 1. phy. tex. com. 79.

Mate-

Materiam habent omnia quæcũq; tranſmutantur, ſempiterna autem mobilia latione non habent materiam generabilem, ſed vñ & quo. 12 primæ phy. tex.com. 10. & 8. meta.tex.com.12.

Materierũ naturæ diuerſantur ſm diuerſitatem naturæ tranſmutationis.12.primæ philoſophiæ. com. 10.& primo phyſic.com. 63.& in 3.de anima.in commen. 5.in principio digreſſionis.

Materia generabilium eſt in potentia, translatorum aũt eſt in actu. 12.metaph. tex. com. 10 idem in 2.cap.de ſubſtantia orbis,& primo cœli.commen. 95.

Materia quæ eſt in potentia, eſt in omnibus corporibus, vt opinatus eſt Auic. ſed errauit in hoc. Ipſam opinionem imitatus eſt etiam Egidius Roma. in tracta. ſpeciali de materia cœli.

Materia quæ eſt in potentia in ſubſtãtijs generabilibus & corruptibilibus eſt cauſa fatigationis & corruptionis in eis.9.meta.tex.cõ.17.

Materia prima eſt vna, tamen multa eſt in potentia,& habilitate, 12. primæ philoſophiæ.com. 11. idem primo de generatione.com.22. & tex.com.24.& 4.phy.tex.cõ.84

Materia prima, primo habet potẽtias, ſeu habilitates ad recipiendũ primas cõtrarietates.ſ.formas omnium quatuor elementorum. Secundo vero habet potentias conſimilium partium mediantibus formis quatuor elementorum, & iſtæ potentiæ diuerſantur ſm diuerſitatem mixtionis quatuor elementorum. 12.meta.com. 11.idem 3.cœli.commen.67.

Materia ſm ꝙ caret differentijs formarum in.diuidualiũ dicitur vna numero, & non quia fiat vna forma numero.12. meta. comm. 14. idem primo phyſi. com 63.

Materia & forma vniuerſalis,& præcipue quæ eſt genus differunt.12. meta.com.14.

Materiæ cõitas eſt pura priuatio, & eſt in anima tantum. Et cõitas quę intelligitur in formis cõibus eſt extra animam in potentia.12.meta. commen.14.

Materia ſm ꝙ intelligitur cõius omnibus rebus generabilibus,non habet eſſe ſm hunc intellectum extra animam, cum non intelligatur ſic, niſi ſm priuationem omnium formarum.12.meta.cõ.14.

Materiæ perfecta imaginatio, quæ ſit, vide 12.meta. com. 14.

Materia non eſt ſenſibilis per ſe, ſed per formam. 12.meta. com.14.

Materia non habet eſſe,niſi per hoc ꝙ ſentitur, & non per ſe 12. meta. commen. 14.vbi ponit ꝙ materia non habet eſſe, niſi a forma, licet alia ſit ſubſtantia & eſſentia materiæ,& alia formæ, contra Scotum, & Henricum de Gandauo.

Materia, quia non formam habet, ideo non habet intentionem intellectam ab ea. 12. meta.cõ.14. pro quo vide primo cœli com.92.vbi dicit Commen. ꝙ forma eſt ſubiectum vĩtatis. Et iſte eſt intellectus cuiuslibet formæ, & ideo materia non habet rationem alicuius cõis prædicabilis de pluribus, quia eſt primo diuerſa ab omni forma.

Materia,quia non habet formam, ideo non habet naturam propriã, ſed ſua natura eſt in comparatione. 12.metaphy. cõmen.14.idem primo phy.tex.com.69.

Materia eſt illud ad quod innuitur ſm ſenſum, forma autem non cõprehenditur ſm ſenſum, niſi ſm ſuam actionem, & ideo non comprehenditur, niſi ſm intellectum. 12. metaph. com. 14.

Materia & natura non ſunt propriè ſubſtantiæ abſtractæ, ſed corpus, & anima. Cõ. 12. metaphy. cõ. 25. authoritate Alex andri. vbi aduerte ꝙ Ariſto. ibi ponit diuiſionem entium, quod. v3. quædam ſunt ſeparabilia & ſunt ſubſtantiæ. quædam inſeparabilia, & talia ſunt accidentia. Et Alexander ſm vnam expoſitionem dicit & ſubſtantiæ vere ſeparabiles ſunt corpus & anima. Materia vero & natura non ſunt propriè ſubſtantiæ ſeparabiles. vbi collige naturam eſſe infra animam, & materiam eſſe infra corpus, & ideo orbis cœleſtis recti⁹ dr̃ corpus aut ſubiectum q̃ materia. Corpus. n. in eo ꝙ corpus ſeparari poteſt a paſſionibus tranſmutantibus ſubſtantiam, ſed nõ mã, qa materiã confeſtim ſequitur cõtrarietas, vt dicit Ariſt. in lib. de lõgitudine & breuitate vitę. Et in 2. de gñatione dicit. in tex. cõ. 6. nos aũt dicimus aliquam materiã vnã ſenſibilium, ſed ſemper eſt cũ contrarietate ex qua gñant vocata elementa. Et ita dicit Cõm. in lib. de ſubã orbis. cap. 1. Ita ẽt natura eſt infra aĩam, qa aĩa eſt principium naturæ & omnis motus: animata enim ſunt principia oĩum corporum naturaliũ. 12. meta. cõ. 25. & Them. idem habet in principio libri de anima. Siſr anima eſt ſeparabilis a contrarietate, quia quæ contrariantur in natura non contrariantur in anima, lapis enim nõ eſt in anima, ſed ſpẽs lapidis, ſed lapis bñ eſt in natura: & ideo ꝓpriæ ſubæ ſeꝑabiles potius ſunt corp⁹ & anima, quã materia & natura, ſemper, n. reſpectus imperfectionis ad perfectius, eſt reſpectus potẽtiæ ad actum, aut inſtrĩ ad agens, vñ materia conſtituit ꝑ potẽtiam, ſed corpus dicit actũ, & ideo orbis rectius dr̃ corpus, aut ſubtũ quàm materia, natura ẽt eſt aĩæ inſtrm, vt patet, 2. de aĩa. tex. c. 41. contra Empedoclem & antiquos aſſerentes ignem eſſe cãm augumẽti, &c. Et ideo Cõm. in cõ. 25. dicit authoritatẽ Alex. ꝙ Ariſt. diuiſit formas naturales & primã materiã, quia non ſunt ſubæ in actu, ſicut anima & corpus, aut quia videntur eſſe cauſatę a ſubſtãtiis ſeꝑatis.

Materia eſt cã potẽtiæ in rebus in q̃bus eſt potentia. 12. primæ philoſophię. com. 30. idem 7. metaph. tex. com. 22. & 53.

Materia non ipſa ſeipſam mouebit. 12. primę philoſopiæ. tex. c. 30. vbi aduerte ꝙ hoc eſt verũ tam in natura quàm in arte.

Materia nõ intelligit ꝑ ſe, ſed ꝑ aſſimilationẽ, forma aũt intelligit ꝑ ſe. 12. primę philoſopiæ. c. 37. idẽ primo phyſi. tex. com. 69.

Materiam non habens eſt ſimplex. & quod eſt ſimplex, nõ habet materiam. 12. meta. com. 49.

Materia q̃ q̃dẽ eſt vna, nulli eſt contraria. 12. meta. tex. com. 53.

Materię eſſentia ĩpoſſe ẽ vt ſit eſſentia motoris 12. prime philoſopiæ. contra Empedoclem. tex. com. 54. idem 2. phy. tex. com. 70.

Materia eſt cã multitudinis & numerabilitatis apud Philoſophos, & cã cõuenientiæ in multitudine ma

teriali eſt forma. Ex lib. deſtru. diſpu. 1. in ſolut. 7. dub.

Materiam voco nõ ens ſimpliciter, non quia omnino ſit nihil, & vſquequaq;, ſed id quod nuda & mera potentia, cuiuſmodi eſt prima. & originalis materia. The. 5. phy. ſuper text. 2. vide in concordantiis nuper æditis.

Materia inquantum materia nõ generatur, oporteret nanq; quod materia haberet materiam in infinitum. ex. 1. diſp. in ſol. 21. dub.

Materia & forma a principio ſeparato, ſm Peripateticos non procedunt, immo agens apud eos in rebus generabilibus, & corruptibilibus non agit, neq; formã, neq; materiam: immo agit ex materia cõpoſita, ex eis, ex diſpu. 3. in ſolutione. 21. dub.

Materia eſt cauſa corruptiõis apud Philoſophos. ex diſp. 4. in ſol. 2. du.

Materia qnælibet habet accidentia propria fixa in ipſa ſine accidentibus, quæ manant a forma, & hæc accidentia, q̃ ſunt in materia, ſunt cauſæ multitudinis varietatũ, quę in naturis indiuiduorum inueniũtur, quemadmodum accidentia ꝓpria formæ ſunt cauſæ multitudinis varietatũ, quæ in moralitatibꝰ indiuiduorum hominum cognoſcuntur, vt eſt declaratum in naturali philoſophia. 6. Coll. ca. 1.

Materiæ ſignum apud Philoſophos eſt paſſio & formæ ſignum eſt operatio. Ex diſpu. 6. in ſol. 6. du. & ex diſpu. 10. in ſol. 2. dub.

Materia ſeminalis ex qua aĩalia conſiſtunt nõ indefinita eſt, nec ĩ plus, nec in minus, vt ex qualibet gñari queant, quẽadmodũ pficiẽdi cuiuſque aĩalis, certa ẽ magnitudo, tum ad maius, tũ vero ad minus, quem terminum non ſupergradiunt̃, vt vel maiora, vel minora euadãt, ſed in medio magnitudinis ſpatio exceſſum defectũue inter ſe capiunt: atq; ita hõ alius alio auctior eſt, & cæterorũ vnũqdq; aĩaliũ. Ariſt. in 4. de gñone aĩa. ca. 4. Conſimile hꝫ in. 2 de anima. in. t. c 42.

Materia quę alit eadẽ eſt illi, ex qua generationem natura conſtituit. Ariſt. in. 4. de gñone aĩa. cap. 8. vbi agit de lacte. idem in. 2. de genera. & corr. t. c. 50. vbi dr̃ ꝙ omnia nutriuntur, ex eiſdem ex quibꝰ ſunt.

Materia crementi & generatiõnis eadem eſt. 8. de natura animalium. cap. 1. & 2.

Materia eſt pp formam, & compoſitum ex materia & forma, eſt pp operationes. Auer. in 2. Coll. in ca. de cõplõnibus membrorum officialium. vbi. d. ꝙ hoc nẽ dũ eſt verum in naturalibus, verumetiam in artificialibus.

Materia duplex, quædam eſt prima quæ eſt impceptibilis, & quædam habens formã. Ex paraphr. meta. tract. 1. ca. quid grauia.

Materia hñs formã eſt duobꝰ modis ỳnus eſt, vt eius forma nõ corrumpat̃ in aduentu alterius formę totali corruptione, immo ineſt ei forma materiæ mediocri quodãmõ, vt ſunt quatuor elñta materia corporum compoſitorum, vt fuit declaratum in lib. de gño. & corrup. Sed ſeſt illud genus materiæ ĩ quo remanet forma mãæ adueniente alia forma, vt eſt diſpõ in quibuſdã corporibus ſimilarium partium ad recipiẽdam aĩam, hoc tñ appropriatur nomine ſubiecti, ibid.

Mã numerat̃ in entibus, lʒ non ſit aliquid

aliquid ĩ actu ſm ꝙ eſt mã.1.phy. cõ.66.vide.4.phyſi.com.59.&.1. cap.de ſubſtan.orb.

Mã & forma pñt diſtingui ſm diffõnem, ſed non in eſſe.1.phyſi.c.65. &.2.phy.te.com.12.

Mã non habet formam propriam, neq; priuationem propriã.1.phy. cõ.66.63.69.&.3.cœl.cõ.67.&.7. meta.t.c.8.1.cap.de ſubſtã.orb.1. etiam phy.com.27.4.phy.c.59.

Mã nõ poteſt intelligi per ſe, ſed ſm comparationem.1.phy.c.69.&.1. ca.de ſubſt.or.&.7.met.cõ.& tex. 35.4.phy.cõ.16.&.2.phy.com.& tex.26.vide in concord.

Mã ad ſuam eſſentiam conſtituendam non indiget ptãte, neq; poteſtas vlla in prima, ac ſimplici notione materiæ includitur. Themi. Alex.Simplic.& Auerr.indubitata ſnia.Them.in.1.phy. in digreſſione.vide in Theorematib.

Materiæ modus eſſendi eſt, ꝙ non eſt in actu, ſed eſt modo medio inter non eſſe ſimplr, & eſſe in actu. 1.phy.c.70.&.5.phy.cõ.7.&.12. meta.11.&.14.com.

Materia in prima ſui & ſimplici notione eſt quędam res in ſe, & exiſtit actu.The.ibid.vide in Theorematibus quomodo ſit intelligendum.

Materia eſt non ens per accidens, & priuatio eſt non ens per ſe.1.phyſi. com.75.& tex.c.79. contra Platonem.vide in concor.

Materia eſt quaſi compoſita, ex eſſe & non eſſe.1.phy.79.

Materia ſubiecta cum forma cauſa, eſt eorum quæ fiunt, ſicut mater. 1 phy.tex.com.80.

Materia in ſecunda ſui notione qua comparatur ad alia includit potentiam.idem ibid.

Materia appetit formam, ſicut turpe bonum, & fœmina marem.1. phy.tex.com.81.

Materiam ſine relatione intelligere perdifficile eſſe ſcio, vt nuda & ſola intelligatur. verũtamen aſſequi poteris, ſi in eadem indaginẽ paulo acrius incubueris, ſtudiumq; cõtuleris.Them.ibidem, idem ſequitur Cõm.in.12.meta.in com.14. & in com.39.

Materia recipit formas alternatim, quando forma agens eſt præſens. 1.phy.com.81.

Materiæ accidit turpitudo, propter mixtionem cum priuatiõe.1.phy. commen.81.

Materia non poteſt declarari eſſe, niſi in ſcientia naturali.1.phyſi.commen.vltimo.

Materia non prima, eſt compoſita ex forma & materia.2.phyſi.com. 10.idem.1.ph.com.1.

Materia ſi ſepararetur a forma, tunc quod non eſt in actu eſſet in actu. 2 phy.com.12.idem.3.phy.c.65.

Materia conſideratur a naturali, vt eſt materia formę.materia conſideratur a diuino, vt eſt vnum entiũ. 2 phyſico.com.21.idem.7.meta. 9.&.39.&.2.metaph.com.vltimo 1.meta.commen.15.&.18.4.meta phy.commen.1.12.meta.com.5. &.6.commen.

Materia alia particularis, alia generalis, & vide differentiam a Them.2. phy.ſuper tex.7.

Materiam eſſe informem qũo ſit intelligendũ.vide Them.ibid.vbi dicit, ꝙ in affectio non ſignificat priuationem, ſed negationem.

Mã & ſubiectũ differunt, vide Themi.1.phy.in digreſſione.idem ſequitur Simpli.ibidem, & ante iſtos

Boetus & Alex. Materia.n.qualitatibus ſenſibilibus informata non amplius materia remanet,nam ſm ſe in formis eſt & ſpẽbus omnibus caret, ſed adhibitis qualitatib⁹ materia abiit in ſubiectum.

Materia non poteſt declarari eſſe,niſi p ſignum naturale,& prim⁹motor.2.phy.c.21.& 1.ph.cõ.vltim.

Materia eſt eorum quæ ſunt ad aliqd 2.phy. tex.com.26.

Materia eſt propter formam , non forma propter materiam.2.phyſi. tex.com. 26.& 91.

Materia conſideratur a naturali propter formam,forma aũt p ſe conſideratur. Vide in concordantiis. 2. phy. com. 26.

Materia eſt cauſa formæ & forma materiæ 2.ph.cõ.30. idem prima phy.com . 70. vide etiam tertio phy.com.65.

Materia diuerſificatur p formam . 2.phy.tex.c. 26. in alia. n.ſpecie, alia eſt materia idem 1. de ani. c. 53.& 2.de ani.c.60.idẽ 2.ph.c. 87

Materia alia ſm cõpõnem , alia ſm alterationem,alia ſm compõnẽ & alterationẽ ſimul.2.phy.com.31.

Materia prima eſt apta recipere duo contraria equaliter.2 ph. c. 48.idẽ 7.meta.tex.com.53.

Materia infert oẽs cauſas 2.ph.c.71

Materiæ eſſentia & infiniti , eſt in potentia. 3.ph.tex.com. 59. idẽ 1. cap.de ſubſtantia orbis.

Materia non eſt totum , neq; finitũ per ſe,ſed per aliud,ſcilicet per formam.3.phy.com. 65.

Materia non habet formam , ideo eſt delata in alio. i.in compoſito. 3.phy.tex.com.65.

Materia formæ & accidentia conueniunt in hoc, ꝙ non inueniuntur niſi in alio,ſed accidentia & formæ differunt a materia in hoc ꝙ ſunt in ſubiecto,aut de ſubiecto. Materia aũt eſt ipſum ſubiectum , & nõ inuenitur per ſe, ſed in alio. ſ.in compoſito & cum aliquo. ſ.cũ forma.3.phy.com. 65.Vide conſimile 2.de anima.com.4.

Materia eſt cauſa diminutionis, q̃ eſt terminata & non terminans. 3. phy.com.67.

Materia a forma habet vt tota finita & perfecta ſit.The.3.ph. in tex. 75. Ex quo patet contra illos qui tenent materiam circunſcripta forma,habere aliquam perfectionẽ.

Materia eſt cauſa infinitatis.3. phy. com.60.& 65.3.cœli. c.72. 4. ph. tex.com. 38.& 49.

Materia eſt cauſa priuationis. 3. ph. tex.com.72.

Materiæ proprium eſt,vt habeat dimenſiones in potentia , & iſtę dimenſiones dum terminantur in ſuperficies , fiunt dimenſiones in actu.ſ.corpus, & cum auferuntur fiunt dimenſiones in potentia . 4. phy.com.15.& in 1.cap.de ſubſtãtia orbis.

Materiam ſcire ſine forma,aut formam ſine materia , impoſſibile eſt 4.phy. com.16.conſimile.2. phy. 26.& 1.ph.t.com.69.

Materia & forma non numerantur in actu,aut ſeparantur,ſed rõne.4. phy.tex.com.17.idem.2.phy.tex. com.12.

Materia & forma ſunt partes rei, ſm qualitatem & non ſm quantitatẽ. 4.ph.com.20.

Materia & forma mouentur p motum rei.4.ph.t.c.20.

Materia neq; diuiſa eſt a re, neq; cõtinet rem 4.ph.tex. com. 38.

Mate-

Materia non cognoſcitur eſſe niſi per tranſmutationem in ſubſtantia 4.ph.tex.c.38.& 1.ph. c.63.& com. vlti.8.metaph.4.& 12.com.

Materia eſt ſuba ſm ꝙ ſubſtat formæ,& forma eſt ſubſtantia ſm ꝙ conſtituit 7.meta.com.7.

Materia ſpecies non eſt:q̄a ſpēs qualitas eſt, in materia aūt eſt ſine qualitate,neq; eſt. Alex.in para.cap.4 vbi probat ꝙ anima eſt inſeparabilis a corpore.

Materiæ more ſuſcipere idem,eſt ac materiam fieri rei quæ ſuſcipietur in paraphraſi de anima in c. de intellectu practico & ſpeculatiuo . Alex.& ibi vide quid ſit ſuſcipere ſpecies ſine materia,idem etiā aſſerit The.in paraphra. de anima . lib.& cap. 42.& eſt ſuper text. cō. 122.vide pulchre.

Materia nulla de forma ſibi inherēte iudicium ferre poteſt,quia materia ſuapte ingenio bruta irrationabiliſq; eſt, ratio vero tū de alijs iudicat,tum ratione & forma,rōnē & formam apprehendit.Them.2. de anima 42.& eſt ſuper text. cō. 121. Inde collige quomodo intelligunt Peripatetici materiā impedire cognitionem, quia ſenſus non eſt vt forma exiſtens in materia ſit cognitione priuata. Alioq̄n animalia & homines carerent cognitione,ſed modus recipiēdi materiæ appropriatus ē cognitioni repugnans,quia materia recipit cum tranſmutatione reali, quæ fit per quatuor qualitates, & recipit formas diuerſas,& iſtas,vt dicit Com. in 3.de ani.c.5.in principio digreſſionis.& quod more materiæ recipit eſt materiam fieri rei, quæ recipitur,ſed ſenſus recipit non more materiæ, quia non fit materia agentis formę,viſus enim non albet neq; nigricat,& forma coloris recipit non mā, q̄a forma coloris agit in ſenſum non compoſitum , vt dicit The.in præſenti loco. Amplius in eodem puncto organi eſt ſpecies albedinis, & ſpecies nigredinis,ſecus eſt de materia.

Materia ipſa infinitum,ſi per ſe ſola ſpectetur.i.in priuatione, infinitas aūt ipſa priuatio eſt. non tamen id circo quia infinitas in materia, & priuatione eſt.materia ipſa per ſe poteſt eſſe diuiſionis ſubiectum , ſed corpus continuum ſenſibile, nam diuidundę res actu ſubſiſtūt, ſed quamobrem dictum eſt infinitatem diuiſionis pertinere ad materiam, nempe quia compoſitum & id quod diuiditur corpus non amittit formam in diuiſione,ſed retinet, ita cum nō poſſit a forma pendere,a materia pendeat neceſſe eſt. The,aurea & notabilis ſentētia in 3.ph.ſuper 72.

Materia & forma hoc diſcrimine diſtant,quia a materia res habuerūt vt fierent, a forma vero vt eſſent. The.in 2.de ani.in principio. Quā ſnīam tranſtulit Auer.in 7.primæ philoſophię.in cō.37.vbi habet ꝙ materia cum fuerit nō erit res, ſed forma cum fuerit erit res. nam recte dicitur a materia res habere, vt fiant,quia materia eſt, ex quo fit aliquid, vt in exiſtente, vt dicitur ī calce primi phy. Eſſe vero eſt a forma,ꝙ vt inquit Boetius in libro de vnitate & vno. Peripatetici deſcribentes dixerunt eſſe, eſt exiſtentia formæ in materia. ens enim & vnum quum multipliciter dicantur quod verè eſt actus eſt,2.de anima

tex.commen.7.

Materia ſm Plato. cognoſcitur cognitiõe nota,& extranea: cognitio aũt adulterina ſeu extranea nũcupatá in ſenſu q̃ i intelľu,ꝑprie illa q̃ non de facie aut vultu rei q̃ cõtẽplamur elicitur,ſed de forma illa qua priuať The.3.de ani. ca.44

Materia corporũ ſimpliciũ eſt ſimplex quædam,& a ſpecie ſequeſtrata natura, quæ ſuapte rõne informis atq; infigurata omni ſpecie carere dignoſcitur, & eſt ſimpľr materia,ſed materia quæ compoſitis corporibus ſubijcitur materia quidem eſt,ſed nõ ſimpľr materia, q̃n quidem non ſine ſpe aliqua ſubijci vř. Alexander in principio ſuæ abbreuiationis de aĩa.idẽ tȝ Com. 4.phy.c.71.& 8.ph.c.30.& 3. cœli.c.67.contra fatuos qui ponunt ex mẽte Auer. forã corporeitatis.

Materia cũ dicať analogice.i.ſȝ priꝰ & poſterius de materia corporum cęleſtium, & de prima materia. & in hijs quæ dicuntur ſm prius, & poſterius,prius eſt cã poſterioris, neceſſe eſt vt materia corporũ cœleſtium ſit cauſa,vt hæc materia ſit ex paraphraſi meta.tract.4.

Materia prima vt ſit,indiget formis elementorum,quæ ſunt cãæ propinquæ per modũ formæ & finis. Nam materia impoſſe eſt vt de cauſis habeat aliam cãm niſi has duas cauſas,quia agẽs ideo efficit aliqd, qa præſtat eſſentiã ſuam, q̃ vř eſſe eius forma,& materia prima non eſt eſſentia formæ quod habeat agens.ex paraphraſi meta.tract.4.

Materia in compoſito indiuiduo eſſe in potentia intelligimus,ita ꝙ ſeparabitur forma ab ea ꝑ corruptionẽ illius indiuidui, & ſic inuenietur trãſmutari in actu poſtquam fuit in potentia.in paraphraſi metap. tract. 2.

Materierũ quędã ſunt ſubāles,& diffinitiones taliũ neceſſario ꝑcedũt diffinitum,& quędã ſunt accidẽtales,vt æs, & lignum reſpectu trianguli:& figuræ, & diffõnes taliũ nõ ꝑcedunt diffinitum.ex paraph.meta.trac.2.& hř in 7.met.de partib. diffinitionis.tex.com.33. & infra.

Materia ꝙ ſit intelligibilis non habet ex hoc quod eſt materia, quia res non eſt intelligibilis niſi per hoc quod eſt in actu, ſed ſi intelligimus ipſam hoc fit continuo illud fit per attributionem, & hoc de materia prima, vel accidit ſibi hř̃e actum,& hoc de materiis pro prius vnicuiq; enti. Auer.ſnĩa in para met.trac.2.idem 1.phy.t.c.69.

Ex hoc patet contra formalizantes, qui volunt intelligibilitatem eſſe paſſionem primo competentem enti inquantum ens.ſed Peripatetici dicunt ꝙ eſt primo competens enti,in actu; licet. n. oẽ ens ſit intelligibile,nõ tñ primo ex parte qua eſt ens.

Materia eſt cauſa vt res ſit ſenſibilis & forma eſt cã vt res ſit intelligibilis.1.cęli.c.95.& in paraphraſi meta.tract.2.

Materierum duo ſunt gña, vnum ẽ ſubiectum tranſmutationis ſubalis,& proprie nominatur materia, aliud eſt ſubiectum aliarum tranſmutationum,& appellatur vt plurimum ſubiectum.ibid. in para.

Materia alia cõis, & alia propria,& differũt inter ſe,quia quæ hñt materiam cõem pñt adinuicẽ tranſmutari,& vnũ eſt in potentia ad ſuũ oppoſitũ,ſicut & reliquum, vt ſunt

ſunt corpora ſimplicia,aqua n.eſt potentia aer; & aer eſt potentia aqua, ſed quæ habent materias proprias & diuerſas non eſt tranſmutatio reciproca,interea nec vnum ē in potentia reliquum, vt materia propria flegmatis eſt vnctuoſitas, & materia coleræ ſunt res amaræ: & licet vnctuoſitas vel pīguedo ſit in potentia flegma, tñ flegma non eſt in potentia pinguedo, & licet viuum ſit potentia mortuū, tamē mortuū non eſt in potentia viuū. & ideo non quodlibet fit ex quolibet,& res non ſolū diſtinguuntur per ſuas formas, verum etiā & p ſuas materias,& per cauſas efficientes & finales.in 2.tract.meta.

Materia non habet potentiam niſi apud ſeparationē eius a forma, & ſi aliqua forma eſſet in materia ꝙ non poſſet ſeparari a materia: tūc natura otioſe egiſſet.1.cœli.c.20.

Materiæ operatio quæ eſt ex ea, ſicut abſciſio de acumine gladii, eſt gñatio & corrup.1.cœli.c.20.

Materia communis eſt in potentia, ſed orbis cœleſtis eſt materia in actu.1.cœli.c.95.idē 2.cap.de ſuba orbis.& 8.met. com.12.

Materiæ plurimorū indiuiduorum ſunt terminatæ quantitatis, & exceſſus inter eas eſt terminatus. 1. cęli.com.95.idem.2. de ani. tex.c. 41.& 6.phy.32.& 91.

Materia eſt cauſa abſciſſionis continuitatis eſſe & eius æternitatis. 2. cœli.c.38.idem 7.primæ philoſophię.tex.c.22.& 53.& 1. cœli. 20.

Materia eſt cauſa ꝙ in rebus generabilibus inuenitur caſus, & ideo corpora cęleſtia carent caſu, quia non eſt ibi materia.2.cœli.c.45.& idem 2.phy.c.48.9.meta. tex. cō. 19.6.metaphy.t c.5.

Materia & forma non habent grauitatem,ſed congregatum habet. 3. cęli.authoritate Alex.com. 8.

Materia & forma ꝓpinqua rei ſunt gñabilia & corruptibilia p accidēs. quia exiſtunt in cōpoſito per ſe generabili & corruptibili, ſed materia remota, vt eſt prima materia, eſt ingñabilis & incorruptibilis. 3 cœli.c.61.idem 1.phy.com. 81.

Materia habens formā eſt receptibilis quarundam formarū. ſed materia prima cum ſit fm ſe ſubm informę, eſt receptibilis omniū formarū.3.cęli. com 67.

Materia prima eſt vlis cū nullā habeat formam omnino. 3. cœli. cō. 67.vide in concordantijs.

Materia prima non eſt ens in actu, ſed eſt ens in ente in actu nō diſtincta ab eo.3.cœl.c.29.idē 2.ph.c.12.

Materia eſt vna fm ſubm, & plura fm habilitates, & hoc eſt declaratū in pluribus locis.4.cęli cōm.35. idem 12.primę philoſopię, cō.11. 1.de gñatione & corrup.tex. c 22. & tex.c.29.& 4.phy.tex. com. 84.

Materia recipit contraria æqualiter, ſecus aūt de corpore cōpoſito, nā corpꝰ ſāitatē recipit eſſētialr,& ęgritudinē accidētaliter.4.cœli.cō.35.

Materiā vnā ſp contrariis ſupponere op3, ſiue tranſmutet fm locum, ſiue fm augmētationē & diminutionē, ſiue fm alterationem. 1. dę gñatione & corrup. tex.cō.primi.

Materia principalr eſt ſub3 gñationis ſeu tranſmutatiōis ſubalis, aliarū vero trāſmutationū eſt ſubm fm poſterius. 1.de gñatione & corruptione. tex.com. 24.

Mā eſt vna numero, & plures potētia & habilitate.1.de gñatione.c.&

tex.29.q̃ō aũt ſit vna nũero. vid 12.primæ.philoſophiæ. com. 14.

Materiam impoſſibile eſt a magnitudine eſſe ſeparabilem. 1.de generatione & corrup.tex.c.32.

Materia eſt in continuo fluxu, forma aũt eſt permanens. 1.de generatione & corrup.c. 35.

Materia authoritate Alexandri nõ diſſoluitur ſm totum; ſed remanet in ea aliqua pars fixa, alioquin poſſibile eſſet formam ſeparari. 1. de generatione & corrup.c.38

Materia eſt cauſa paſſionis, cauſa autem paſſionis conſimilis eſt eadẽ materia, paſſionis aũt diſſimilis cã eſt diſſimilitudo materię. 1. de generatione & corruptione, com. 54 & elicitur ex tex.

Materia ſm ꝙ materia eſt paſſiuũ. 1.de gñatione & corrup. te.c. 55.

Materia non prædicatur de eo cuiꝰ eſt materia, vera nominatione in rebus generatis: ſed in rebus alteratis. 2.de gene.tex. com.4.

Materia in generabilibus eſt cauſa p quam res poteſt eſſe & non eſſe. 2. de generatione & corrup.text. cõ. 51.idem 7. meta. text.c.22. & 53.

Materia eſt principium tranſmutationis inquantum tranſmutatio: forma aũt cum inuenitur quieſcit tranſmutatio. & ideo antiqui, qui aſſignauerunt cãm materialẽ trãſmutationis melius dixerunt, q̃ qui poſuerunt cãm formalem, ſicut fecit Plato. 2.de generatione & corrup. tex com.52.

Materiæ eſt moueri & pati, mouere aũt & facere alterius eſt potentiæ. 2.de gñatione & corrup tex. c.53.

Materia eſt potentia, ſpẽs aũt endelechia 2.de ani.t.c.2.

Materia non differt a forma in cõpoſito niſi potentia 2.de ani.cõ.7. idem 10.met.com.25.

Materia nullũ habet eſſe in actu in rebus naturalibus ſm ꝙ eſt materia, & eſſe in actu nõ eſt niſi ipſius formæ. 2.de aĩa cõ.8.idem 5. phy. cõ.8. vbi dicit ꝙ in materia nõ eſt actus oĩno. Ex quo patet, ꝙ actus exiſtentiæ cõpetit formæ p eſſentiam, & mãæ & cõpoſito competit ratione formæ, & nõ oportet dicere aliũ eſſe actũ exiſtendi materiæ, & alium formæ, & aliũ cõpoſiti ex materia & fořa, nõ.n.oportet multiplicare entia ſine neceſſitate: omne.n. eſſe a forma eſt, vt dicit etiã Boetius in lib. de vnitate & vno. Licet igĩ ſubſtantia materiæ alia ſit a ſuba formæ, & ſimiľr cõpoſitum ex vtroq;, tñ vnũ eſt exiſtere & iſta eſt via peripateticorũ antiqua. conſimilẽ ſnĩam de mã inuenies. 2.phy.c. 12.& 1.phy. c.76. & 3.cœli.c.29.7.primæ philoſophię t c.8.& vide ample quæ ſcripſi in illo theoremate quod incipit. Materia non eſt quid, neq; quantum neq; quale.&c.

Materia prima non eſt cã receptionis ſimpliciter, ſed eſt cã receptionis tranſmutabilis. 3.de ani. c. 14. & com.28 & com.5.

Materia ita a phyſico cõſideratur vt cogitationem ad formam referat vniuerſam. Them.2.ph.ex t.c.26.

Materia ſuſtẽtaĩ p poſſe & potẽtia ẽ dña ſubalis materiæ. 1.ca.de ſuba orbis. Ex hoc ĩualuit opĩo multorũ aſſerẽtiũ mã; nõ dicere aliquã entitatẽ in actu, ſed merã põam. & ꝑ hoc adduxerũt aliã authoritatẽ in 5.phy.com. 8. vbi Com. ſcribit ꝙ ĩ eẽ materię nõ admiſcetur actus oĩno. & adducũt ꝑ hoc ẽt autho-

thoritatē Philoſophi in 7. primæ philoſophiæ.t.c.8.aſſerentis mām non eſſe quid,neq; quantum,neq; quale,neq; vniuerſaliter aliqd eoꝝ quibus ens eſt determinatum, ſed eſt poteſtate omnia hæc. Ex aduerſo autem aliqui aſſeruerunt materiam eſſe actum quendam entitatiuum, ſicut fuit Henricus de Gandauo,& Scotus,& Gregorius Ariminen. ita ꝙ materia non ſolū eſt eſſentia quædam diſtincta ab eſſentia formæ,verum etiam eſt exiſtentia quædam diſtincta ab exiſtentia formę: & ita cum exiſtentia realiter non diſtinguatur ab eſſentia,ſicut materia habet eſſentiam diſtinctam a forma, ſic habet & exiſtentiam:& ſic dicunt Deum per ſui omnipotentiam poſſe facere materiam exiſtere ſine omni forma. ꝓ hac opinione facit authoritas Themiſtij,qui aſſerit materiam in prima ſui notione conſideratam, eſſe aliqnid actu. Et quia iſta auctoritas multos iempore meo philoſophantes in errorem traxit,cogor in hoc digreſſionem adducere ex mēte Alexandri in 1. phyſi. & in 2. libro naturalium quæſtionum,capite ſeu quæſito. 7. & declarabo digreſſionem auream Themiſtij,qui voluit exponere mentem, Alexan. fuit enim (vt inquit Commenta) abbreuiator Alexan. ſententia igitur Themiſt. eſt in illa digreſſione,ꝙ priuatio tametſi nō ſit aliqua res in natura ſubſiſtens,ſed ſola ratione conſiſtens: eſt tamen neceſſaria in transmutatione rerum: alioquin res fieri non poſſet, niſi diceretur rem eſſe anteq̄ fieret.Sed tūc dubitat, ſi enim priuatio conſequitur materiā & eſt de ſubſtātia eius, cum priuatio deſinat eſſe in aduentu formæ,tunc ſequitur materiam corrumpi in aduentu formæ: & cōfirmatur,quia cum materia ſit ens in potentia,potentiam autem concomitatur priuatio, ſequitur ꝙ cū priuatio deſinit in aduentu formę, deſinat etiam poteſtas materiæ, & per conſequens eſſentia eius. Volens autem Themiſt. ſoluere huiuſmodi argumenta altius exorditur, aſſerens ꝙ entium qualitercunque exiſtentium, quædam ſunt ſibi attributa ſecundum ſe, quædam vero vt comparátur ad alia, vt ligno bipedale eſſe competit vt ſecundū ſe conſideratur, ſed bipedale eſſe non competit ligno niſi vt comparatur ad alterum puta ad pedale: eodem modo aſſerit materiam ſecundum ſe conſideratam aliquid eſſe, & hoc ſecundum ſe ſibi competere,ſed poteſtatem eſſe hoc habet vt comparatur ad alterum:non enim penes hoc ꝙ eſt materiam eſſe,habet hoc poteſtate,eſſet enim materia materiæ:ſed manifeſtum eſt ꝙ ipſa exiſtens primo aliquid & ipſa exiſtens actu ſic quorundam eſt & poteſtate ad talia ſe habet. & iſta eſt mens Themiſtij ad verbum,licet illæ Hermolaus modicum curans de verbis, aliter tranſtulerit.

Ex quo elicitur quomodo ſecundum Themiſtium & Alexandrum intelligatur materiam ſecūdum ſe conſideratam eſſe aliquid actu. nō enim intelligitur materiam habere actum entitatiuum, ſumendo actum entitatiuum pro actu exiſtētiæ, ita vt materia habeat alium actum exiſtendi ab actu quem habet a forma in compoſito cuius eſt pars,ſed bene habet actum entitatiuum

tiuum, quia eſt quædam entitas diſtincta ab entitate formæ, & eſt ſubſtantia & natura quędam diſtincta a forma, quia pars ſubſtantiæ eſt ſubſtantia, & materia eſt pars ſubſtantiæ demonſtratæ: & ideo eſt ſubſtantia & alia q̃ forma, vt patet. vnde bene materia eſt entitas, & ſubſtantia quædam diſtincta a ſubſtantia quæ eſt forma, & eſt ſubſtantia quædam quæ actu eſt materia & ſubiectum. Hoc.n. quod eſt eſſe materiam aut ſubiectum non ſibi competit potentia, ſed actu.nam ſi,vt inquit, hoc etiã ſibi competeret potentia, tunc materię eſſet materia: quia dicit Commenta. 12.metaphy. commen. 26. ꝙ potẽtia reducitur ad materiam, & ita primũ potentiale eſſet in potentia alterius materiæ, quod eſt abſurdum: tunc enim primo daretur prius, & eſſet etiam proceſſus in infinitum in materiis, ſicut bene apparet deducenti. Vnde per vitam meam male intellexerunt proterui, aſſerentes materiã nihil actu eſſe, ſed eſſe puram potentiam: tũc enim eſſet pura priuatio ſi nihil omnino actu poſſideret. Dicit enim Commenta. 3. de anima.com men. quinto in ſolutione quæſtionis tertię, ꝙ propoſitio dicens ꝙ recipiẽs debet eſſe denudatum a natura recepti, nõ dicitur ſimpliciter, ſed cũ conditione. f. ꝙ non eſt neceſſe vt recipiens non ſit in actu omnino, ſed vt nõ ſit in actu aliquid eorum quę recipit: & ita etiã materia ſi dicitur eſſe in potentia ad omnes formas ſubſtantiales & accidẽtales, ſm ſe eſt denudata ab omni forma: q̃a de ſe non eſt forma nec habens aliquam formam ſibi propriam, ſed non propter hoc ꝙ materia eſt in potentia ad omnẽ formam dicitur eſſe in potentia ad omnia ſimpliciter: non enim eſt in potentia ad ſeipſam: alioquin eſſet a ſeipſa denudata, & ita materia eſt in potentia materia: quod non capit intellectus. Materia igr̃ ſm ſe eſt actu materia, & ſecundum ſe actu eſt ſubiectum: & ſubſtantia quædam actu ſubſtans. iſta enim non competunt ſibi poteſtate ſed actu: & ſic materia actu exiſtente materia efficitur poſtea potentia ad alia diſtincta ab ea. & ſic patet exemplũ adductum per Themiſtium de ęre, ꝙ ęs cum actu ſubiectum ſit quoddam, efficitur poſtea materia poteſtate reſpectu aliorum. Non eſt igitur mens Alexand. & Themiſtij ꝙ prima materia ſit in actu exiſtẽdi diſtincto ab ipſa forma, ſed ꝙ eſt actus quidam, id eſt entitas quædam actu diſtincta a forma & per ſe: quia ſimplicia ſeipſis diſtinguũtur. & ſi hoc intellexiſſet Henricus, & Scotus cum ſequacibus, peripateticis conſentirent, ſed alius eſt eorum ſenſus. Inſuper addit Themiſt. quòd duobus nominibus aſcriptis materię. videlicet, ſubiecto & materia: alterum quidẽ videtur conuenire ipſi ſecundum ſe conſiderate: hoc autem magis ſecundum reſpectum quem habet ad alia a ſe: ambo enim ad alterum dicuntur: & nanque materia alicuius eſt materia, & ſubiectum alicui eſt ſubiectum. verumtamen quando vt materia capitur tunc eſt cum priuatione & poteſtate: dicitur enim materia reſpectu eius ꝙ nondum factum eſt, ſed quando ſumitur vt ſubiectum non omnino

no cum priuatione dicitur, nihil
enim prohibet ſubiici in exiſtenti
ſpeciei. Materia aũt quomodo eſ
ſe poterit reſpectu illius cum non
habet poteſtatem, vnde æs donec
infiguratum fuerit dicere poteris
materiam ſtatuæ eſſe, ſed dum de-
terminatum & perfectum fuerit
per formam, nullatenus materia
ſed ſubiectum dicitur. Iſta ſunt
verba Themiſtij iuxta literam.
Vbi patet error, qui vſque ad mea
tempora perſeuerauit. nam in
tranſlatione Hermolai dicitur op-
poſitum, videlicet, ꝙ iſtorum duo
rum nominum, videlicet, materia
& ſubiectum: hoc nomen materia
potius competit materiæ ſecundũ
ſe conſideratę, ſubiectum uero cõ
petit ſibi vt comparatur ad alia. Et
per vitam meam eſt totum oppo-
ſitum: nam ratio quam adducit
eſſet contra concluſionem, quia cõ
cluſio eſt ſecundum literam Her-
molai, ꝙ hoc nomen materia re-
ctius competit materiæ in ſua pri-
ma notione q̄ ſubiectum. & ratio
eſt, quia nomen materia concer-
nit priuationem & potentia, quod
nõ concernit ſubiectum. ſed per iã
allegata per Themiſtium in prin-
cipio digreſſionis, potentia & pri-
uatio non competunt materiæ in
ſua prima notione, ſed in ſecun-
da, igitur hoc nomen materia po-
tius competit materiæ dum conſi-
deratur in comparatione ad alia, q̄
dum conſideratur in ſe, & quia ſu-
biectum non includit ex ratione
ſui modi ſignificãdi priuationem
neque potentiam, & materia in
ſua prima notione etiam non in-
cludit potentiam neque priuatio-
nem. rectius igitur in prima notio
ne ſui materia dicitur ſubiectum
q̄ materia. & ſi illę Barbarus ita cu
raſſet de medulla, ſicut curauit de
cortice, non detruſiſſet in errorem
multos ex philoſophantibus tem-
peſtate ſua & mea. Et aduerte ꝙ
abſoluta notio materiæ eſt prior
quo ad naturã q̄ ſecunda eius no-
tio quæ eſt in comparatione. quia
primo ethicorum cap. 5. ens per ſe
eſt prius natura enti ad aliud. ſed
ſecunda notio eius eſt prior quo-
ad nos. videlicet, dum comparatur
ad aliam pręſertim per tranſitionẽ,
ſicut naturalis ſcientia quoad nos
præcedit diuinam. Confirmatur
quia materia in prima ſui notio-
ne, vt eſt res quædam abſoluta, per
tinet illa conſideratio ad diuinum:
vt teſtatur Cõmenta. 7. meta. cõm.
9. & 12. meta. cõmen. 14. Et quia
ſecundũ peripateticos materia nõ
cõparatur ad alia, niſi pro quanto
eſt potentia ad alia, cum reſpectus
potentiæ & priuationis importe-
tur per nomen materiæ, & iſtæ re-
ſpectus potentiæ & priuationis nõ
importetur per hoc nomen ſubie-
ctum. Rectius igitur illud nomen,
videlicet. ſubiectum transfertur ad
mãm in ſe cõſideratã, q̄ hoc nomẽ
materia: licet etiã ſubiectũ ſit de no
minibus importantibus reſpectũ;
quia ſubiectũ dr̃ reſpectu alicuius
ſubiectum. Et ideo ſoluitur con
tradictio inter Themiſti. & Com-
menta. quia Cõmentator octauo
metaphyſi. commen. 4. dicit quòd
ad ſcientiam diuinam pertinet de-
clarare materiam eſſe ſubſtãtiam:
& ad naturalem pertinet declarare
ipſam eſſe ſubiectum: & tunc mate
teria, vt a naturali conſideratur, dr̃
relatiue ad formã 2. phyſi. cõm. &
tex.

tex. 16. Soluitur concedendo totum ꝙ naturalis conſiderat materiam, & reſpectu futuri ex quo aliquid poteſt fieri, & ſic dicitur materia: & reſpectu præſentis, vt dicitur ſubiectum formæ per quam actu perficitur, cum hoc tamen ſtat quòd tametſi vtrunq; iſtorum nominum in reſpectu conſiſtat, quia materia alicuius eſt materia, & ſubiectum alicui eſt ſubiectum: quia tamen materia non dicitur relatiue ad alia quæ eſt ſecunda eius notio, niſi per potentiam & priuationem. ſic enim potentia & priuatio competunt materiæ, vt comparantur ad alia. ideo hoc nomen materia potius competit ſibi in ſecunda notione, & hoc nomen ſubiectum magis in prima: eſt enim nomen ſubiecti magis remotum ab illa ratione contrahente materiam ad ſecundam ſui notionem, q̃ hoc nomen materia, licet vtrunque reſpectum dicat. & iſta ſine dubio eſt mens antiqua Alexan. & Simplici⁹ in primo phyſico. in expoſitione tex. commen. 56. expreſſe recitando ſententiam Alexand. ita aſſerit, ſicut ſcripſi, & notaui. ita etiam notat dominus Albertus cognomento magnus, in quinto metaph. tract. ſecundo, capitolo 4. quòd materia vt ſubſtantia & fundamẽtum eſt prior ad materiam, vt eſt in potentia. quia iſto ſecundo modo eſt ſubiectum mutationis, & motus, priori autem modo eſt ante mutationem & motum. vt non exhibeatis fidem translatoribus modernis, qui curant ornatum verborum, & dimittunt ſenſum: & ſatius putant errare mentem quàm linguam.

Ad authoritates igitur Commẽ. in libro de ſubſtantia orbis reſpondetur, quòd non eſt intentio eius dicere quòd potentia ſit vera differentia ſubſtãtialis materiæ: alioquin contradiceret ſibi ipſi in primo phyſico. commen. 70. vbi habet quòd ſi potẽtia eſſet de eſſentia materiæ, tunc materia corrumperetur in aduentu formæ. ſed voluit dicere quòd vt aſſerit Themiſtius, licet materia in prima ſui notione ſit quædam res abſoluta, eſt enim ſubſtantia, ſic enim non eſt potentia de ratione eius, tum propter rationem adductam, tum quia conceptus potentiæ eſt conceptus entis ad alterum. nono enim primæ philoſophiæ potentia relatiue dicitur ad actum: ſubſtantia autem materiæ eſt conceptus entis ad ſe, id eſt abſolutus: ſed in ſecunda ſui notione competit ſibi tanquã differentia, ſicut albedo, licet non ſit de ratione hominis, eſt tamen de ratione hominis albi: ita licet potentia, licet non ſit de ratione materiæ in ſe & abſolute conſideratæ, in ſecunda tamen notione ſui ſic eſt de ratione eius: quia ſi materia comparatur ad alia oportet ipſam per potentiam comparari, cui de neceſſitate eſt annexa priuatio: dicere enim aliquid eſſe in potentia, eſt dicere aliquem modum priuationis: vere tamen loquendo potius talis potentia eſt materiæ proprietas. ſicut dicit etiam præfatus Commentator in ſua media expoſitione, ſuper primo phyſico. & quia rerum proprietates plerunque circumloquuntur nobis differentias occultas rerum: ſic potentia circumloquitur nobis rationem illam quæcunq; ſit per quam mate-

materia diſtinguitur à forma.

Ad aliam autem Auerr. authoritate in quinto phyſico. commen. octauo. reſpondetur quòd ſenſus talis eſt quòd in eſſentia materię nullus actus omnino includitur: quia, videlicet, in ſua eſſentia conſiderata eſt primo diuerſa ab omni actu & ſubſtantiali & accidentali: quia nec eſt forma, nec formatum, nec habet aliquam formam, neque priuationem: tamen cum hoc ſtat ꝙ ſit actu entitas quædam, quæ eſt ſubiectum in quo fundatur potentia ad omnem formam, & priuationem. vnde Commenta. 7. primæ philoſophiæ. commento vltimo ſcribit de prima materia, quòd natura iſta eſt illa, cuius quidditas & forma eſt recipere omnem formam. Ad authoritatē Philoſophi, in ſeptimo metaphyſi. reſpondetur quòd materia non eſt quid, ideſt ſubſtātia in actu, ſicut eſt forma, & habens formam: & ita etiam non eſt quanta in actu, aut qualis: ſed bene eſt ſubſtantia quæ eſt in potentia omnia hæc, vt ibidem dicitur per Auerroëm in commento. Sic igitur habes quòd licet materia poteſtate ſit reſpectu omniū formarum, tam ſubſtantialium q̃ accidentalium: in ſe tamen ſecundum naturam prius eſt aliquid actu, & poſterius natura efficitur alia poteſtate. nam quod in ſe nullo modo aliquid actus habet, nullo pacto potētia reſpectu aliorum eſſe poteſt. ſic igitur materia in ſe eſt actu materia & actu ſubſtantia quædam, quæ potentia eſt omniā alia quorum capax eſſe poteſt. Recipiēs enim debet eſſe denudatum ab eo quod recipit, non quòd debeat eſſe denudatum ab eſſe ſimpliciter.

Materia non denudatur a corporeitate, quia tunc haberet diſpoſitionem ſubſtantialem, & haberet nomen & diffinitionem, ſentētia iſta eſt Auer. in primo phyſicæ auſcultationis. commen. 63. quam conſequentiam Burleus iſto modo nititur deducere ſtantibus tribus pręſuppoſitis, quorum primum eſt, ꝙ materia prima nunq̃ poteſt denudari ab omni forma ſubſtantiali; ſecundum eſt quòd ad hoc ꝙ materia prima recipiat aliquam formam ſubſtantialem diuiſibilē aut materialem, oportet quòd ſit extenſa, aliter non quantum reciperet quantum. tertium eſt quòd materia non eſt extenſa niſi per dimēſiones quæ dicuntur corpus. ex quibus ſequiť quòd ſi materia prima non eſſet denudata a corporeitate, non eſſet extenſa per tertium ſuppoſitum: & per conſequens non poſſet recipere aliam formam ſubſtātialem materialem diuiſibilem: quia quælibet forma ſubſtantialis materialis eſt diuiſibilis & extenſa, & per conſequens nullam formā ſubſtantialem materia poſſet recipere: & quia non poteſt ſtare ſine omni forma, ſequitur ergo quòd ſi materia denudaretur a corporeitate quòd materia haberet aliquā formam ſubſtantialem dātem nomen & diffinitionem. Sed in veritate primum ſuppoſitum eſt verum per ea quæ ſcribit Commen. ſecundo phyſic. cōmen. 12. ſi enim materia poſſet eſſe ſine omni forma, tunc quod non eſſet in actu, eſſet in actu. & tertium ſuppoſitum eſt verum de facto, quòd omnis forma

ma materialis ſit extenſa in via ei⁹, qui ponit quantitates eſſe coæternas primæ materiæ, & omnem formam aduenire materiæ quantæ: ſed qui ponerent oppoſitum non eſt admittendum illud ſuppoſitũ. & etiam ſecundum ſuppoſitum abſolutè eſt falſum: nam dimenſio fundatur immediate in ſubſtantia materiæ, & tamen materia non eſt quanta de ſe. & ideo non oportet ꝙ recipiens quantum, ſit quantum in actu: ſed ſufficit quòd ſit potentia quantum. Et ideo aliter deduco illam conſequentiã ex mẽte, Auerr. in primo capitulo lib. de ſubſtantia orbis. dicit enim Commentator quòd cauſa propter quã materia primitus recipit dimenſiones recipientes dimenſionem terminatam, eſt quia eſt multa in potentia. & ideo ſi illa potentia debet reduci ad actum oportet ſi in eodem tempore materia debet reduci de potentia ad actum ſed pluribus formis cum formæ iſtæ ſint diuerſæ, & non poſſunt ſimul eſſe in eadem materia. oportet igitur quòd materia habeat diuiſionem in ſuis partibus: & ita cum diuiſionem habere non poſſit niſi per dimenſiones. oportet igitur vt dimenſiones præcedant, aliter in eodem tempore non poſſet habere plures formas in actu, ſed ſolum vnam haberet in vno tempore, & ſi illa corrumperetur ſuccederet alia: & ſic ſemper vnam. ſi autem materia non eſſet in potentia ad multas formas nec ſimul nec ſucceſſiue: & cum materia non poſſit ſtare ſine forma, oporteret illam formam eſſe perpetuam in materia, & eſſet in ſubſtantia eius dans ſibi nomen & diffinitionem, & ab illa ſeparari non poſſet, quia non eſt in potentia ad multa, & cum non poſſit ſtare ſine forma, tunc igitur illa forma quam haberet eſſet incorruptibilis, & nulla alia eſſet generabilis, ex quo non erat potentia ad aliam per ſuppoſitum. nã quod impoſſibile eſt factum eſſe, impoſſibile eſt fieri, & quod impoſſibile eſt fieri, impoſſibile eſt factum eſſe. Bene igitur dictum eſt quòd ſi materia denudaretur a corporeitate, oporteret quòd haberet aliquam formam ſubſtantialẽ dantem ſibi vnitatem numeralem, & eſſe actualis exiſtentiæ, quę corporeitas fuit ſibi ab æterno: propterea quia erat potẽtia multa. & ideo ſi non haberet corporeitatem, ſignum eſt quòd non eſt potentia multa: & ideo cum ſine forma ſtare non poſſit, eſſet igitur ita actu ſub ea quòd non eſt potentia ad aliam: & ita nunquàm a prima poſſet expoliari. vñ deductio ſtat ſuper illa diuiſione quòd materia aut eſt in potentia multa, aut non. ſi primum aut eſt in potentia multa in eodem tempore exiſtẽte poſſibili, illam multitudinem reduci ad actum, aut in diuerſis temporibus. ſi primum, oportet quòd diuidatur, ſed non habet diuiſionem niſi per dimenſiones, igitur illæ præcededunt. ſi vero illa potentia eſſet in diuerſis temporibus, tunc materia ſolum in vno tempore haberet vnam formam: vnum enim ſubiectum habere niſi vnam formam ſubſtantialem eſt impoſſibile. vt dicit Commentator primo capitulo de ſubſtantia orbis. Vnde circumſcripta dimen-

menſione a materia, non negat Cõmenta. multitudinem iſtam formarum cum ſucceſſione, ſed ſemper in vno tempore vna forma eſſet. Si vero detur ſecundum condiuidens principalem, videlicet, quòd materia non eſt in potentia ad plures formas, nec in eodem tempore, nec in diuerſis temporibus: tunc cum ſine forma ſtare non poſſit, haberet de neceſſitate ſemper illam eandem formam: & quia non eſt in potentia ad aliam partē, illa alia generabilis non eſſet, nec iſta quam poſſideret eſſet corruptibilis: quia tunc ſi corrumperetur, materia ſtaret ſine omni forma, & tunc quod non eſt in actu eſſet in actu, quod eſt impoſſibile. vnde nil melius eſt q̃ exponere Auerroem per ipſummet Auerroem.

Materia prima eſt vna numero primo phyſico. commento ſexageſimo tertio. Iſta concluſio declaratur per Auerroem in 12 primę philoſophiæ. in cõm. 14. per illam diſtinctionem, vnū numero biſariā ſumit̄, poſitiue & priuatiue. vnum numero poſitiue eſt ꝙ hẽt vnā formam ſubſtantialem dantem ſibi talem vnitatem: dicitur enim in ſecundo de anima. textu commenti ſecundi quòd forma eſt ſubſtantia per quam eſt hoc aliquid: & primo de anima commen. 90. omne quod eſt vnum numero, & continuū eſt per ſuā formā, & nõ p ſuā mām: alio mō aliqd dr̄ vnū numero priuatiue. quia videlicet non habet in ſe aliquam formam dantem ſibi vnitatem numeralē, quemadmodum Socrates eſt vnus numero per vnam formam. vnde Commentator vult quòd materia differt a forma vniuerſali. multi enim crediderunt quòd quia natura materiæ primæ eſt communis omnibus rebus generabilibus & corruptibilibus, crediderunt materiam eſſe genus, ſed inquit Commentator quòd eſt differentia inter communitatem formæ generalis ſeu communis, & inter communitatem primæ materiæ: quia communitas formę generalis eſt extra animam in potentia. & ideo ſcire aliquid in vniuerſali eſt ſcire in potentia. ſed communitas primæ materiæ eſt pura priuatio, & non eſt extra animam, ſed in anima tantum, & eſt locus ſatis obſcurus. Nam ſi communitas formę communis extra animam eſt in potentia, cum potentię ſit annexa priuatio. nono metaphyſi. commento tertio de neceſſitate, videtur ergo quòd etiam talis communitas formarum ſit priuatiua. ex aduerſo etiam ſi communitas materiæ eſt priuatiua cum priuatio ſit annexa potentiæ, ſequitur etiam talem communitatem eſſe potentialem, & ita non erit ſolum in anima, verumetiam extra animam, ſicut erat de forma communi. Soluitur ex mente Alexan. & Themiſtij, qui fuit abbreuiator eius in digreſſione aurea de priuatione materiæ, ꝙ illa non eſt vera priuatio dum dicitur materiam ſecūdū ſe eſſe inaffectam ſeu informem, ſed eſt negatio pura: dicit. n. negationē formæ & formati, quia materia prima de ſe neque eſt forma, neque formatum: differentia enim

enim magna valde eſt iter negatio nem puram & ipſam priuationem, quia vt habetur in ſecundo libro de interpretatione . negationem puram affirmatio priuatoria non ſequitur, quia non ſi aliquid non videt, cæcum propterea eſſe affirmabitur: de lapide enim verum eſt dicere quòd non videt, tamen lapis cæcus non eſt, neque ſi aliquid capillicium non habuerit caluum propterea eſſe affirmabitur: priuatio enim quodammodo eſt qualitas quædam: & ideo talis inforrmitas vel inaffectio in prima materia non eſt vera priuatio, ſed negatio ſola: alioquin ſequeretur materiam in ſui ſubſtantia habere aliquam qualitatem . vnde Ariſtote. decimo primæ philoſophiæ. text. cōmen. 24. materia negatione oſtē ditur; pro quanto igitur materia in ſe conſiderata nō eſt forma neq; formatum, ſic dicitur vna numero: quia non habet formam dantem ſibi vnitatem numeralem, & ſic etiam dicitur communis pluribus: quia non habet differentias formarum indiuidualium, ex quibus eſt mnltitudo. Et ſic vides quo modo cōmunitas materiæ eſt priuatiua ſummendo priuationē large pro negatione. negatio autem eſt purum ens rationis. & ideo Cōmentator dixit in commento decimoquarto, quòd communitas materiæ iſto modo eſt ſolum in anima tantum. ſed communitas formarum vniuerſalium eſt extra animam in potentia: quia extra animam non ſunt niſi ſingularia in actu, in quibus ſaluatur natura formæ communis: non enim vniuerſalia ſunt extra animam in actu, ſicut poſuit Plato, tunc enim non opus eſſet ponere intellectum agētem ſicut dicit Commenta. tertio de anima commen. 18. ſed ſolum ſunt ſingularia a quibus intellectus abſtrahit vniuerſale: & ideo communitas formæ habet aliquid extra animam potentiale, & ſunt ſingularia in quibus ſaluatur, & iſta eſt ratio diuerſitatis. Licet igitur priuatio propriæ dicta quæ diſtinguitur contra negationem pręſupponat potentiam: tamen priuatio large quæ eſt ipſa negatio nullam potentiam præſupponit, nec aliquem habitum ponit, aut qualitatem, & talis eſt priuatio communitatis materiæ, quia eſt negatio formæ. Sed tunc iterum eſt difficultas, quia videtur quòd materia habet intentionem vniuerſalis prædicabilis de pluribus numero differentibus, quia certum eſt quòd materia prima extra animam per dimenſiones interminatas, eſt diuiſa & multiplicata in varias, & diuerſas partes, quæ ſtant ſub diuerſis formis. eſt enim ſententia Philoſophi in duodecimo primæ philoſophię in tex. commen. 27. quòd ſingularium cauſæ ſunt ſingulares, etenim dicit ſingularium aliud tua materia, ſpecies, & mouens, & mea, vniuerſali autem ratione eadem. & in ſecundo phyſico. tex. cōmento 38. idem habetur: & tunc certum eſt quòd illa portio materiæ primæ quæ ſtat ſub forma Socratis eſt materia, & ſimiliter portio materiæ quę ſtat ſub forma Platonis, & ita cum iſtæ portiones ſint numero differentes, ſicut

cut vult Ariſtote. ſequitur igitur quòd materia prima dicta de illis haber vnitatẽ ſpẽi ampliſſimę. Ad hoc reſpondet Alexã. achillin' in 1. lib. de elementis, in dubio. 8. negando materiã habere intentionem ſpeciei, quia ſpẽs habet partes ſubiectiuas, de q bus ſpecies prædicatur in recto, ſed materia reſpicit plures materias indiuiduis communicatas tãquam partes, integrales, quę non recipiunt totius prædicationem cuius ſunt partes, tamen materia homogeneum eſt habens partes eiuſdem rationis. Sed iſta ſolutio ſeipſam interimit. nam quotiens aliquod totum integrale eſt homogeneum dum diuiditur in ſuas partes ibi eſt duplex diuiſio, vna in partes integrales, alia vero eſt in partes ſubiectiuas; quia iſtæ in homogeneis inſeparabiliter ſe conſequuntur, ſicut aqua eſt quoddam totum integrale homogeneum, & quando diuiditur in plures partes eſt ibi duplex diuiſio, & totius integralis in partes integrales, & totius vniuerſalis ĩ ſuas partes ſubiectiuas, & licet aqua nõ prædicetur in recto ex parte qua eſt totum integrale, prædicatur tamen ex parte qua eſt totum vniuerſale, vt clarum eſt. Amplius ſi materia prima per te eſt totum homogeneum, de neceſſitate ſequitur materiam habere rationem vniuerſalis prędicabilis de pluribus. ſcribit enim Cõmentator primo cœli. commen. 19. vbi Ariſto. probat quòd in elemẽtis cum ſint homogenea quo fertur pars fertur & totum, quia eadem in talibus eſt ratio de parte & toto. dicit Cõmẽ. ſic. Natura partium corporum conſimilium eadem eſt cum natura totius diffinitione, & cum ſit eadem diffinitione ẽ eadem forma, & ſi fuerit eadem forma, erit eadẽ actione prouenięte ab illa forma. ſi igitur prima materia per te eſt homogeneum totum eiuſdem rationis cum ſuis partibus, tunc natura partis cum toto eſt eadem diffinitione, & ſi eſt eadem diffinitione, eſt eadem forma, & ſic materia habet rationem formæ cõmunis prædicabilis de pluribus quod pri' negabas. Dixit autem Sueſſanus ſuper illa authoritate Cõment. 12. meta. com. 14. quod materia poteſt ſumi vt pars, & ſic non prædicatur niſi de ſeipſa: & poteſt ſumi vt totum, & ſic bene poteſt prędicari de pluribus in quale. vnde vult quod Auerroes licet neget primam materiam non habere rationem vniuerſalis pdicabilis in quid ſicut genus, habet tamen rationẽ cõmunis prædicabilis de pluribus in quale ſicut differentia. Iſta ſolutio eſt purus error, quia prima materia, ſi eſt primo diuerſa a forma potentiali qualis eſt forma generica, multo magis erit diuerſa a forma actuali qualis eſt differentia: maior enim eſt conuenientia inter genus & materiam, quam inter materiam & differentiam, vt eſt videre. 7. meta. tex. cõmen. 43. genus non eſt præter generis ſpecies, & ſi quid eſt, illud vt materia eſt. Amplius Porphirius in capitulo de differentia dicit quod genus eſt proportionale materiæ & differentia formę. vnde propter conuenientiam inter materiam & genus, Alexander in libro naturalium quęſtionum demonſtrauuè

ſcripſit materiam non eſſe genus, vt teſtatur etiam Cõmentator. 1. meta. cõm. 17. & 12. meta. cõ. 14. Dicamus igitur ſermonẽ nõ intellectum a modernis ꝙ materia prima ſm mẽtem Auerrois in illo cõmẽto habet duplex eſſe, vnum eſt eſſe quo intelligitur, aliud eſt eſſe ſm ꝙ ſentitur. in primo eſſe conſideratur in ſe, vt dicitur eſſe vna numero priuatiue modo expoſito, & illo modo non prædicatur, nec de ſeipſa, nec de alijs, non de ſeipſa, q̃a prędicatio eiuſdem de ſeipſo eſt innaturalis, & eſt in fine abhominationis. vt dicit Cõmentator in primo priorũ in digreſſione de quarta figura, & eſt nugatoria, vt dicit Cõmentator contra Auicen. vnde prędicatio præter naturã non meretur dici prædicatio, vt dicit lucidiſſimus Themiſtius. 1. poſteriorũm. cap. 38. Materia etiam prima illo modo conſiderata non prędicatur de alijs, quia forma eſt ſubiectum vniuerſalitatis, vt dicit Commenta 1. cœli. cõm. 92. ſed materia prima illo modo nõ habet formam intellectã ab ea, & ideo non habet rationẽ alicuius formę cõis, neq; generalis, neq; ſpecifice, & de tali materia illo modo cõſiderata nulla prorſus trahitur ꝑdicatio neque eſſentialis neque denominatiua, quia eſt pręſſiſſime conſiderata, & habet eſſe vt ſic in anima tantum, habet iterum materia aliud eſſe ſecundum ꝙ ſentitur, & hoc habet extra animam in conpoſito ſenſibili cuius eſt pars, & in tali eſſe materia conſiderata, licet ſit vna ſm ſubiectum, eſt tamẽ plures ſm potẽtias & habilitates, & in primo quidẽ eſſe pertinet ad diuinũ, & in ſecũdo eſſe ptinet ad naturalem, vnde Philoſophus in primo de generatione, & corruptione, in tex. cõ. 22. dicit ꝙ materia ẽ qualiter eadẽ, eſt aſit qualiter altera. vbi Cõmentator ſcribit in cõmento ꝙ mã eſt vna ſm ſubiectũ, & multę ſm potentias & habilitates ad recipiẽdum formas cõtrarias, & ſic recipit diuerſitatẽ & ſm ſpeciẽ & ſm numerum, ſm diuerſitatem formarũ quibus afficitur, & recipit rationẽ prędicabilis de pluribus, q̃a tũc conſideratur vt eſt formata. ſic enĩ rerum ſpecie differẽtium materiæ ſunt ſpecie differentes. vt dicit Cõmentator. 5. phyſi. cõm. 46. & primo de aĩa. cõm. 53. & materię rerum numero differentiũ ſunt numero differẽtes. vt dicit Ariſt. 1. 12. meta. t. c. 27. & 7. metaphy. t. c. 28. Sortes & Callias diuerſa ſũt ꝓpter materiam, & de materia taliter cõſiderata verificatur etiã dictũ Philoſophi in. 7. & in. 8. metaphy. text. cõm. 6. vbi Cõmentator ponit documentũ dicens, & non debes dubitare in hoc ꝙ fuit dictum in. 7. ſ. ꝙ materia non prędicatur de aliquo ſm nomen & ſm diffinitionem. & eſt dictum hic ꝙ diffinitiones naturales conſtituuntur ex formis & materijs. Vbi patet cõſideranti ꝙ loquitur de materia, vt eſt ſub forma & in ſecunda ſui notione, & vt comparatur ad materiatum, tunc enim prędicatur vt denominatiuũ prędicatum. dicimus enim idolũ eſſe ligneum aut ęreum, ſed nõ ęs, aut lignum, & de tali materia formata etiam verificatur ꝙ in diffinitione accidentium cadit vt differentia, pręſertum quando in abſtracto diffiniuntur, ſicut naſus in diffi

diffinitione ſimitatis, ſed patet ꝙ non eſt cōſideratio iſta de illa materia de qua Auer. loquebatur, nec ſm̄ illam conſiderationem ſecuncundum quàm dicitur habere eſſe in anima tm̄. nunquā igitur materia habet rationem prędicabilis niſi ratione formę, ſed nō ratione ſui in ſe ꝓciſe conceptę. & ſic patet ſolutio ad omnia obiecta. Sed tunc eſt vna difficultas, quia non videt̄ ꝙ prima materia poſſit intelligi ꝑ priuationem omniū formarū, qa materia cœli eſt magis actualis q̄ materia prima, & tamen materia cœli quę eſt orbis, non poteſt intelligi ſine forma. quod oſtenditur ꝑ Auerroem in libro de ſubſtātia orbis. cap. 2. vbi dicit ꝙ ſi intellectus poneret illam ſine intelligentia eſſet ſicut de motu. vnde ſicut motus non remanet, ſic nec orbis: igitur orbis nō poteſt abſtrahi a ſua forma Multo igitur magis prima mā q̄ eſt in fine & in vltimo gradu potētialitatis & imperfectionis poterit abſtrahi ab ipſa forma.

Ad hoc reſpondet pręfatus Achillinus vbi ſupra, aſſerendo differentiam eſſe inter materiam cœli & inferiorum, quia materia cęli nullam prioritatem habet ad formā cęli, & ſic nullo modo pręſcindi poteſt a forma ſua, quia hoc eſſet abſtrahere poſterius a ſuo priori qđ implicat, ſed materia iſtorum inferiorum, licet abſolute ſit ſimul natura cum forma, quia eſt correlatiua formæ, & ſit materia poſterius forma in genere cauſę formalis, quia in illo genere eſt cauſata, tamē prioritatem habet ad formam in genere cauſæ materialis, & ſic minus repugnat materię inferiorum abſtrahi a ſua forma quàm materię ſuperiorum: quamuis ipſa ſit magis potentialis quàm materia cęli, quia materiam primam pręſcindere a forma, eſt quodammodo præſcindere prius a poſteriori. Sed iſta ſolutio ſtare non poteſt, quia tunc Auerroes in ſecūdo cap. de ſubſtantia orbis poſuiſſet caſum implicantem contradictionem in eſſe intelligibili, & tunc caſus ille eſſet deriſibilis. Amplius Cōmentator in primo cœli. cōm. 92. & in 2. cap. de ſubſtantia orbis comparat materiam cœli ad materiam primam ponendo differentiam, quia materia cęli eſt in actu, & materia prima eſt in potentia, & tunc quęro vtrum in tali comparatione intellectus Auerrois abſtrahit materiam cœli a ſua forma, quando comparauit ipſam materiam primę aut non, ſi primū habetur propoſitum ꝙ intellectus poteſt abſtrahere materiā cęli a ſua forma, ſi non, igitur eſt mala comparatio, quia cętera nō ſunt paria, quia cōparatur materia cęli vt eſt habens formam ad materiam primam ſine forma: & tunc dicam ſibi quod ſi materia cęli eſt in actu, eſt ratione ſuę formę, & non eſt ex ſua ītrinſeca ratione: dicam enim quòd materia prima etiam vt eſt formata eſt in actu, & ita non habet Commentator intētum ſuum. Amplius ſi cęlū non poſſet intelligi ſine forma, quō igitur diuerſificati fuerunt Philoſophi, cum quidam aſſeruerunt ipſum eſſe primam cauſam. Aliqui vero dixerunt quòd eſt cauſatum a prima cauſa, vt dicit Commentator in primo cœli commento. 20.

Amplius falſum eſt quod cœlum nullo modo prioritatis pręcedit ſuam formam, quia pręcedit ſecundum noſtram cognitionem: cœlum enim eſt ſenſibile ſenſu viſus,& certum eſt ꝙ Philoſophi via motus primo cognouerunt naturas corporales, quàm naturas abſtractas. Amplius ſicut res ſe habet ad eſſe ſic ſe habet ad cognoſci,ſed materia prima eſt magis ꝓpe nihil quam orbis. dicit enim Comment. in vltimo cap. libri de ſubſtantia orbis,quod materia habet gradus,& potentia habet gradus. vnde ex ſecundo capite de ſubſtantia orbis eſt ex perfectiſſimis modis materię,quæ poſſunt inueniri in corporibus: & ita magis videtur dependere tam in eſſe quam ĩ cognoſci materia prima a forma materiali,quàm materia cęli a forma ſpirituali:& hoc teneo ſine dubio. Nec valet,quia tunc poſterius abſtraheretur a ſuo priori. nam vt ſcripſi in Theorematibus,propoſitio illa vulgata quę aſſerit poſterius non poſſe abſtrahi a ſuo priori, locum habet vbi prius eſt de quidditate inferioris ſeu poſterioris,ſed fallit vbi ſecus eſt. Nam certum eſt quod pur mathematice conſiderant numeros & magnitudines nulla habita conſideratione ſubſtãtię: nulla enim mathematicarum de ſubſtãtia conſiderat niſi aſtrologia.2. meta.tex.comm.44. Et ex hoc etiam ſequitur,ſi illa opinio vera eſſet, quod tunc ſi cęlum non poteſt abſtrahi a ſua forma ꝙ cum aſtrologus conſiderat de ſubſtantia cęli ęterna,conſideraret de intelligẽtia, quod nullus vnquam Peripateticus aſſeruit. Et propterea dico quod quæcunque ſunt realiter diſtincta, intellectus poteſt ſeorſum ſeparare,licet in re non ſeparentur: diuidit enim materiam a forma licet natura non diuidat, & hoc tam in corruptibilibus quã in rebus ęternis: maior enim longe eſt diuerſitas inter intelligentiã & orbem, quàm ſit inter materiã iſtorum & formas corporales: & maior eſt diuerſitas cęli ab intelligentia, quam ſit diſtantia & diuerſitas corporum cęleſtium a corporibus quę ſunt hic, quia corpora omnia ſunt in eodem ordine,licet ſit ibi prioritas, & poſterioritas, & natura corporis & natura intellectus ſunt in diuerſis ordinibus: & ideo ſicut intellectus poteſt abſtrahere corpus corruptibile a corpore æterno, ſic poteſt abſtrahere corpus æternum a ſubſtantia ſpirituali. vnde Cõmentator.2.cœli.com.3. dicit ꝙ licet ex intelligentia & orbe fiat vnum numero, tamẽ eſt ſecundum diſpoſitionem magis diminutam quam ſit diſpoſitio recipientis & recepti in forma abſtracta propter cauſam prædictam. Tunc dico quod caſus Auerrois ẽ poſſibilis ſecundum imaginationem,& quærit Cõmentator poſito quod intelligentia non eſſet quid eſſet de orbe:& ipſe reſpondẽt ꝙ eſſet ſicut eſt de motu, vt oſtendat ꝙ tametſi cœlum non habeat compoſitionem neque principium intrinſecum per quod poſſit corrumpi: ſic enim ex ſe formaliter loquẽdo eſt neceſſe eſſe,eſt tamen cauſatum ab intelligẽtia in ratione cauſæ efficientis & finalis ab æterno: & ita ſicut motus cęli non eſſet ſi intelligentia efficiens motum non

eſſet:

eſſet: ſic cęlum non eſſet ſi intelligentia quę dat ſibi permanentiam ęternum non eſſet. Non dicit igitur Comment. ꝙ intellectus non poteſt intelligere cęlum nõ intellecta intelligentia, quia hoc falſum eſt, ſed dicit ꝙ cęlum nõ poteſt remanere in exiſtentia, ſi cauſa eius nõ exiſteret: & iſta eſt via eius, vt patet inſpicienti verba eius. Sed eſt ardua difficultas ad huc, vtrum materia ĩ illa prima notione ſui qua a diuino conſideratur, vltra vnitatem illam priuatiuam qua dicitur vna numero, habeat aliquam vnitatem poſitiuam, cum ens & vnum eandem naturam ſignificent. Ad hoc reſpõdetur ꝙ materia ſicut in ſe conſiderata eſt ſubſtantia & ens, ſic etiam eſt vna vnitate tranſcendenti, quę conuertitur cũ ente, nec Auerroes hoc negare poteſt. vnde Albertus cognomẽto magnus, qui fuit diligens ſpeculator in ſcientia diuina. in tractatu. 2 cap. 4. dicit ꝙ materia poteſt conſiderari duobus modis. vno modo vt eſt ſubſtãtia & fundamentum, & ſic eſt diuerſa ſubſtantia a forma, & forma etiã vt eſt ſubſtantia eſt diuerſa a materia, & illo modo conſideratę non referuntur ad inuicem, nec illo modo vna eſt cauſa alterius. Materia enim non eſt cauſa ſubſtantiæ formę: quia materia eſt potentia, & id quod eſt potẽtia nõ eſt cauſa eius quod eſt in effectu. forma aũt ſecũdum ſuam naturã actus eſt: forma etiam non eſt cauſa, quia materia ſit ſubſtantia, vel quia materia ſit materia: tamẽ forma cauſa eſt qa materia ſit in effectu ſiue in actu, qa forma dat materię eſſe in actu, non inquantum eſt hęc forma vel illa, ſed inquantum forma eſt abſolute: & ideo per ſucceſſionẽ formarum mã ſemper ẽ ĩ actu, & corruptio vnius eſt generatio alterius, & quia forma eſt propter q̃ ẽ actu materia, & mã non poteſt eſſe in rerum natura niſi ſit in actu. ideo forma eſt cauſa quia materia ſit. & ideo ſequitur ꝙ ſi nulla ſit forma, ꝙ materia non erit, & ſi nõ ſit materia, non erit materiatum. Et ex hoc accipitur ꝙ forma aliquo modo eſt prior materia p ioritate cauſę, quia licet non ſit cauſa materiæ vel ſubſtãtiæ eius in eo quod materia, vel in ẽo ꝙ ſubſtantia eſt: tamen eſt ccauſa eſſe materiæ, & non eſt cauſata ab ea, & paucis interpoſitis dicit ꝙ aliud eſt dicere materiam in eſſe ſubſtantiæ eſſe eandẽ numero: & aliud in eſſẽ materię eſſe idẽ numero: & aliud eſt dicere hoc aliquid. i. ſubſtantiã de mõſtratam eſſe idẽ numero: ſicut enim ſupra dictum eſt, indiuiſio cauſa eſt vnius: & inde cõtingit ꝙ materia in eſſe fundantis ſubſtantię indiuiſa eſt & manet, & diuidit in eſſe materię prout materia eſt in potentia, quia ſecundũ eſſe fundamenti videtur eſſe vna materiã in omnibus, quę materiã habẽt, & hoc modo nihil prohibet eſſe vnũ in formis, quę ſibi ſuccedũt, ſed in eſſe materię cui coniuncta eſt potentia non eſt ſic, quia potentia ad vnum non neceſſario eſt potentia ad alterum: materia enim vt ſub. ſtantia & fundamentum prior eſt ad materiam ſm ꝙ materia eſt in potentia, quia iſto ſecũdo modo ẽ ſubiectum motus & mutationis, priori autem modo eſt ante mutationem & motum. Et ſi quęritur

quid ſibi tribuit vnitatē numeri, Dicendum ē ꝙ nihil,niſi indiuiſio ſui eſſe ſm ꝙ ſic vel ſic conſideraƭ, hæc ille,& eſt ſententia conſonãs, ſicut vides, opinioni Alexandri & Themiſtij ī digreſſione primi phy. & oībus Peripateticis,ſicut vides.

Materiam nullam habet formā ſibi propriam & naturam exiſtentē in actu, ſed eius ſubſtantia eſt in poſſe. 1.capite de ſubſtantia orbis. & primo phyſi.cōm.63.&.69.

Materia difficile intelligi aut imaginari poteſt,niſi per comparationē ad alterū,ſicut dicit Ariſtoteles. 1. cap.de ſubſtãtia orbis.& eſt autho ritas Philoſophi in primo.phy.t.c. 69. vide in concordantijs.

Materia non habet diuiſionem niſi per dimenſiones: & ideo primitus recipit tres diuiſiones,quæ dicũtur corpus. 1.cap.de ſubſtantia orbis. & 1. phyſi.cōm.63.

Materia nunquam denudatur a dimenſionibus non terminatis:quia tunc corpus fieret ex non corpore, & dimenſio ex non dimēſione. 1. cap.de ſubſtantia orbis.

Materia ideo primitus recipit dimēſiones recipientes dimēſionem terminatam,quia eſt multa in potētia:quoniam ſi non haberet dimēſiones,non reciperet ſimul formas diuerſas nec numero,nec ſpecie. niſi in temporibus diuerſis: ſed in eodem tempore non inueniretur niſi vna forma, & cum hoc materia eſſet vna numero ibidē. Ex quo patet qualiter deducaƭ cōſequētia in qua tãtum laborauit Burleus. 1. phyſi.cōm.63. vbi Cōmētator habet,ꝙ ſi materia expoliareƭ a corporeitate, tũc materia haberet formam dantem ſibi nomen & diffinitionem.

Materia,vt dicit Ariſt.nõ habet eſſe in actu niſi ſm ꝙ videtur quéadmodum forma non habet eſſe in actu niſi ſm ꝙ intelligitur. Cōmētator in.1. capite de ſubſtantia orbis.idem.12. primę philoſophiæ. tex.cōm.14.vide in concordantijs quō ſit hoc intelligendum.

Materia habet gradus & potentia ſimiliter. vltimo capite de ſubſtãtia orbis. Ex hoc patet ſolutio ad argumentum Ioannis grãmatici:arguebat enim ꝙ ſi materia corporũ cęleſtium nō eſt eiuſdē rationis cum iſtis, tunc talis materia eſſet cōpoſita ex aliquo cōmuni in quo conueniunt, & ex aliquo proprio vtriq; per quod differunt. Diuus Thomas tenens corpora cęleſtia eſſe compoſita ex mã & forma,alterius rationis ab iſtis inferioribus iſto modo nititur ſoluere iſtud argumentũ in. 1.de cęlo & mundo I lectione.6. inquit enim ꝙ,iſtę materiæ ſunt diuerſę,ſed non propter aliquã compoſitionē, vt imaginabatur Ioannes grãmaticus, ſed ꝓ habitudinem ad diuerſas formas: quia vna eſt totalis,& alia eſt partialis,ſic enim potētię diuerſantur ſm diuerſitatem actuum. Sed iſta opinio non videtur eſſe de intétione Ariſt. ꝙ orbis ſecluſa intelligentia ſit cōpoſitus ex materia & forma,immo eſt corpus ſimplex. vt late probatum eſt per Auerroem in libro de ſubſtantia orbis,tum quia licet materię diſtinguantur per habitu dines ad diuerſas formas,hoc ē extrinſece,quia habitudines iſtæ ſunt tres reſpectus, & ponunt ad ꝑdicamētum relationis,ſed iſtę materię cum ſint ſubſtantiæ & ſubſtã

tia à toto genere eſt ens abſolutum ens enim ad ſe ē natura prius, ente ad alterum. Quæro igitur in illo priori ſi ſunt diuerſę, vel idē: & ſi ſunt diuerſæ, quæro igit̄ ꝙ diuerſificantur. & ſic argumentū Ioānis grāmatici ſtat in ſuo robore: ſi vera eſt propoſitio Philoſophi ꝙ oīs diſtinctio ſit ꝑ actum. 7. meta. t.c. 49. & ſic iſtę erunt compoſitæ ex cōmuni vtriq;, & ex aliquo ꝓprio. Et ideo melius eſt dicere iuxta viā Auerrois ꝙ orbis non eſt ſubſtātia compoſita, ſed ſimplex: & eſt materia in actu, & eſt diuerſa a materia in potentia, quæ eſt in iſtis per ſuam rationem intrinſecam: materia enim habet gradus, & potentia gradus. vnde ſecus eſt de ſimplicib' & de principijs, ſecus de cōpoſitis & principiatis: cōpoſita enī diſtinguūtur per ſuas formas principaliter, & principiata differunt ꝑ ſua principia, ſed ſimplicia ipſa & principia non differunt ꝑ alia priora: ſic enim procederetur in infinitum, & illo modo locum habet in cōpoſitis ꝙ diſtinctio eſt ꝑ actum, ſed nō eſt vniuerſaliter vera de ſimplicibus. vnde dico ꝙ orbis eſt in ſupremo & ꝑfectiſſimo gradu materierū corporalium: & prima materia eſt in gradu infimo, & in medio ſunt alia vt elementa & id genus, quę differunt etiā ſm magis, & iſta via tutior eſt ſicut vides.

Materiæ entium oppoſitorum ſeu contrariorum, debent eſſe oppoſitæ ſiue contrariæ, ſecundo metheororum. cap. 2.

Materia non mouetur per ſe. 1. metaphy. cōm. 11. vide etiam. 5. phy. tex. comm. 8.

Materia prima vere recipit diffinitionē elemēti poſitam in. 5. meta. Cōmentator. 5, meta. commen. 4. in calce cōm.

Materia nō eſt genus. 1. meta. cōm. 17. & 12. meta. cōm. 14. vbi Commentator dicit ꝙ Alexāder ſcripſit demonſtratiuè ꝙ mā nō eſt gen', pro quo vide Alexandrū. in. 2. lib. nālium qōnum. qōne vltima.

Materia primo recipit formā magis vniuerſalem, & ea mediāte, formā minus vniuerſalem vſq; ad indiuiduales. 1. metaphy. cōm. 17.

Materia eſt vna numero in multis ſecundum ꝙ eius eſſe eſt in potentia. primo metaph. commen. 17. & 12. metaphy. cōm. 14. & primo phyſi. cōm. 63.

Materia nō poteſt prædicari de ſpeciebus generatis ex ea. 1. metaph, commen. 17. & 12. meta. cō. 14.

Materia eſt vna numero ſecundum ꝙ eſt ſubiectum formarum indiuidualium, & multa ſecundum formas, quia diuiditur per eas. primo metaphy. cōmen. 17. & 12. meta. commen. 11. & 14, primo de generatione & corruptione. cōmen. 22. & tex. comm. 29, & 4. phyſi. tex. com. 84.

Materiale non trāſmutatur niſi ab alio materiali. primo meta. t. cō. 31. & 7. meta. cōm. 31.

Materiam oportet intelligere in re mota. 2. meta. tex. com. 12. vbi Cōmentator gloſat in generatis compoſitis ex materia & forma, aut formis.

Materia alia intelligibilis, alia ſenſibilis: materia ſenſibilis eſt, vt lignum, & ęs: materia autem intelligibilis ſunt, vt ſunt mathematica. 7. meta. tex. comm. 35. idem. 8. metaph. commento, & tex. 15.

Digreſſio contra Tho. Egidium & Scotū.

Sanctus Tho. in 2. phy. in lectione 3. in expoſitione tex. cõm. 18. & in queſtionibus ſuper Boetio de trinitate, queſtione qua quærit vtrum conſideratio mathematica ſit ſine materia, videtur dicere ſubſtantiã circũſcriptis accidentibus eſſe materiam intelligibilem, quia ſic non remanet cõpręhẽſibilis niſi ĩ intellectu, eo ꝙ ſenſibiles potentię non ptingunt vſq; ad ſubſtantiæ cõprehenſionem, & quia ſubſtantię accidunt accidẽtia ordine quodã: quia prius natura accidit ſibi quantitas, deinde qualitas, deinde paſſiones & motus. vnde cum accidentia ſm ſui rationem dependeant a ſubſtã tia, non pñt p intellectũ abſtrahi a ſubſtantia; ſed quantitas poteſt intelligi ſine qualitatibus ſenſibilib' a quib' dicitur materia ſenſibilis, quantitas enim nõ depẽdet a qualitatibus ſenſibilibus. & ideo poteſt abſtrahi ab eis, ſed non poteſt abſtrahi a ſubſtãtia q̃ eſt materia intelligibilis. & ibidẽ dicit ꝙ cũ dicimus ꝙ forma abſtrahit a mã, non intelligitur de forma ſubſtantiali, quia forma ſubſtantialis & mã ſibi correſpondens dependent adinuicem, & vnũ ſine alio nõ poſſit intelligi, eo ꝙ proprius actus ĩ ꝓpria materia fit: ſed intelligit de forma accidentali, quę eſt qualitas & figura: a qua quidẽ materia ſenſibilis abſtrahi nõ poteſt, cum qualitates ſenſibiles nõ poſſunt intelligi non intellecta quãtitate, ſicut patet ĩ ſuꝑficie & colore: nec etiã poteſt intelligi ſubiectum motus, qđ nõ intelligitur eſſe quantũ. Cõſimilẽ ſñiam imitatur Egidius romanus in 2. phy. in loco allegato. Scot' ẽt in. 6. meta. q6 ne prima tenet ſubiectũ ſciẽtiarũ mathematicarũ eẽ ſubſtãtiã corporeã. & Auicẽ. & vniuerſaliter oẽs ponentes formã corporeitatis coęternã in mã, videtur tenere ſubſtãtiã corporeã eẽ ſubiectum & mãm ĩtelligibilẽ, a qua nõ abſtrahunt ſcientię mathematicę. Sed in veritate iſta nõ ẽ mẽs Ariſt. nec antiquorũ expoſitorũ. Ariſt. n. in. 12. primę philoſophiæ. t. c. 44. expreſſe dicit ꝙ ex mathematicis ſola aſtrologia de ſubſtantia ſempiterna ſenſibili mẽtionem facit, aliarũ vero de nulla ſubſtãtia mẽtionem faciunt. Amplius Themi. 1. de aĩa in expoſitione. t. c. 16. expreſſe dicit mathematicũ ſolũ inania ſpacia cõtemplari. & Simplici' in 2, phyſi. in expõne tex. 18. & 19. dicit geometrã ſolũ corpus qđ eſt trina dimenſio, nõ aũt mãm, aut motũ cõſiderare, ita etiã Them. immo Themiſti. dicit ꝙ aſtrolog' quando vnà cum mathematico. i. cũ geometra cęleſtium corporũ accidẽtia ſpeculatur, nõ illorũ ſubſtã tiam quęrit, &c. Ita etiã Cõm. dicit ꝙ nõ cõſiderat de eis vt ſunt cęleſtia mobilia, ſed vt ſunt figurę tm̃. Amplius patet ex diffinitionibus poſitis ĩ geometria & arithmetica, vbi patet nullam dari per ſubſtantiam neque compoſitam, neque ſimplicem. vt patet in libro elementorum Euclidis de diffinitione lineæ, ſuperficiei, corporis, figuræ, circuli, trianguli, & ita eſt de diffinitione numeri & paſſionum eius in arithmetica. Amplius dicit diuus Thomas, & Egidius quod cum accidentia ſint poſteriora ſubſtantia, non poſſunt abſtrahi: & ſic cum qualitates ſenſibiles ſunt poſteriores quantitate

titate, non poſſunt abſtrahi, quia poſterius non poteſt abſtrahi, a ſuo priori. Reſpondetur ꝙ quādo prius eſt de quidditate poſterioris, tunc poſterius non poteſt abſtrahi a ſuo priori, ſicut ſpēs non pñt abſtrahi a gñibus, nec inferiora a ſuperiorib⁹: ſed ſi prius nō eſt de qdditate poſterioris, intelľs bene pōt abſtrahere: intelľs enim, vt dicitur 12. meta. cōm. 39. poteſt multa ſeparare quæ natura nō poteſt, quia aūt ſubiectum non eſt de quidditate accidentis, intelľs pōt abſtrahere accñs a ſubiecto. quia poteſt intelligere accidens intellectione ſimplici nō conſiderādo de ſubſtātia, quæ eſt ſubiectum eius. vnde Ariſt. in p̄dicamentis docuit qūo intellectus poteſt intelligere verū correlatiuū alicui⁹ iſto modo, procedit per viam abſtractionis, circūſcribendo omnia ab illo quæ accidunt, & ſunt extranea illi, ſicut ad non circūſcribendo ab ipſo ꝙ ſit homo & animal, & eadē ratio ſubſtātia ſola remanēte relatione dñi apud intellectū, qa tali remanente adhuc ſeruus dr̄ ad dñm. ideo dñs eſt per ſe correlatiuū ſerui. Ariſto. igitur docuiſſet modū impoſſ̄em ſi intelľs nō poſſet abſtrahere accñs a ſubiecto: immo magis, quia loqtur ibi de accñtibus quę ſunt in capitulo relationis quę hñt eſſe diminutū, intātū ꝙ quidā reputauerūt p̄dicamētū relationis eſſe de ſcdis intellectis, vt.d. Cōmen. 12 meta. com. 19. multo igit̄ fortius intelľs poterit abſtrahere quātitatē & qualitatem a ſubſtātia, quæ ſunt entia abſoluta & maioris entitatis. Amplius ꝙ dicit Thomas ꝙ intelľs formā ſubſtātialem nō poteſt abſtrahere a materia, quia in quadā relatione conſiſtit. Reſpōdetur ꝙ nō ſunt relatiua ſm eſſe, ſed ſm dici. Amplius eſt cōtra Ariſt. in 2. phy. tex. cōm. 12. vbi dicit ꝙ natura dr̄ de forma quæ non eſt ſeparabilis ſm eſſe, ſed ſm rationem. vbi lucidiſsimus Themiſtius dicit, formā porro dicimus non re, ſed ratione a materia abiungi. Amplius hoc ē cōtra Ariſt. 2. phyſi. tex. cōmē. 26. vbi licet dixerit materiā eſſe quodammodo ad aliquid: in eodē tñ textu terminans q̄onem in qua q̄rebatur vſq; ad quē terminū ſe extendit cōſideratio quidditatiua naturalis philoſophi, dicit, ꝙ vſq; ad ſpēs ſeparatas quidē ſed ĩ materia exiſtētes. vbi Themiſt. & græci exponunt ꝙ quanquā formę materiales quādoq; poſſunt cogitatiōe a materia ſeparari: nō tñ pñt actu aut ſubſiſtentia eximi: licet Commētator locū illum aliter interpretetur. & diuus Thomas dicat illud ꝓpter aīas rationales: tñ illud ſm antiquos expoſitores veritatē habet de oībus formis materialibus. & eſt authoritas Philoſophi. 1. de generatione & corruptio. tex. cō. 41. vbi dicit, hęc autē ſpēs ſine materia vt immaterialis potentia in materia exiſtens. &c. Amplius Cōmenta. 12. meta. cōm. 39 expreſſē dicit ꝙ intellectus innatus eſt diuidere cōiuncta in eſſe in ea, ex quibus cōponuntur, q̄uis in eſſe nō diuidantur ſicut diuidit materiam a forma, & formā a cōpoſito ex materia & forma, ita etiā dicit 7. met. cōm. 27. ꝙ generatū eſt diuiſibile in duas partes ratione, non actu .ſ. in materiā & formā. & 2. phy. cō. 12. dicit formā eſſe ſeparatā a materia

teria ſm diffinitionem, quod etiã dicit diuus Thomas. & Egidius de qualitatib' falſum eſt: quia Ariſt. in 12. primæ philoſophię vult, ꝙ in omni prędicaméto eſt propria potẽtia & proprius actus: & ex con ſequenti intellectus põt intelligere qualitaté per ſua ꝓpria principia nihil cõſiderãdo de principijs quã titatis: in omni.n. genere eſt inuenire quid propriũ. vt dicitur in 6. topicorũ. Dicamus igitur vt aperiamus veritaté in hoc quæſito ꝙ vt notat Alexander in principio libri priorum. naturalis in pleriſque locis vtitur mathematica abſtractione: ſcientię.n. ſibi inuicem famulanť. dat auté exemplũ Alexander ſicut qñ intellectus ratione ab ſtrahit formam a materia, & ſicut abſtrahit accidentia a ſuſtantia. vnde licet naturalis per diffinitionem naturalé nou poſſit diffinire formã ſine materia, nec ecõtra. qa ſic vt naturaliter conſiderantur, in relatione quadam conſiſtũt, vt dicitur in 2. phyſi. in tex. cõm. 26 & ſic etiã diffinitiones cõpletæ accidentiũ propria debent dari ꝑ ſubiecta, &c. nihilominus, per cogitationem & abſtractioné ſimplicem poteſt cõſiderare formã non conſiderando materiã aut econtra. & ſimiliter de accidéte & ſubiecto. ſed tunc naturalis in iſtis caſibus vtiť mathematica abſtractione nõ naturali quatenus naturalis, quia diffinitiones naturales ꝯcernunt materiam ſenſibilem: & ꝙ hoc verum ſit oſtenditur Ariſt. authoritate in primo cęli & mundi. tex. com. 92. & 93. Quod in omnibus habẽtibus formã in materia, ſiue ſint arte ſiue natura conſtantia: alterũ ẽ ipſa ſm ſeipſam forma; & ꝗ eſt mixta cum materia. vnde. d. iſtam propoſitionem verã eſſe in ſolutione illius quæſtionis, & confirmatur, qa videmus intellectũ aliquas diſpoſitiones attribuere formę ſm ſe cõceptę, quarum oppoſitas attribuit eidé vt concipitur cum materia. Dicit enim Cõmen. in 3. cæli. cõmẽ. 28, & etiã in 4. cæli. cõmen. 22. ꝙ grauitas in motu elementi, ſm ꝙ eſt forma tantũ eſt motor, ſed ſm ꝙ eſt ĩ prima materia eſt mota. qđ quidem fieri nõ poſſet ſi intellect' nõ eſſet aptus abſtrahere formam a materia ſeu diuidere eam. Animaduerte igitur & bene conſidera ꝙ eſt magna differentia, dicere intellectum poſſe abſtrahere vel diuidere hoc ab hoc, & dicere ĩtellectum poſſe diffinire hoc ſine hoc. Nam abſtrahere hoc ab hoc nihil aliud eſt, quã intelligere hoc, alio nõ intellecto, & hoc intellectus vniuerſaliter facere poteſt in oĩbus iuuicé coniunctis in eſſe, vbi vnũ nõ eſt de quidditate alterius, & quia materia & forma ſunt primo diuerſa, & ſubſtantia & accidés ſunt primo diuerſa, & ſubiectũ non eſt de quidditate ꝓprię paſſionis. dico ꝙ intellectus indiſcriminatim poteſt iſta per abſtractioné & diuiſionem quãdam apprehendere: quia innatus eſt diuidere ea ꝗ ſunt coniuncta in eſſe. tñ intellectus nõ poteſt diffinire formam materialem ſine materia, nec ecõtra: nec poteſt diffinire accidens ſine ſubiecto ꝓprio: quia diffinitio explicat completę rei eſſentiã: & licet forma nõ ſit de quidditate materię, nec econtra: quia tñ in quadam relatione conſiſtit, vt dicitur in 2. phyſi. ideó

non poteſt complete diffiniri, niſi
in eius diffinitione ponatur mate-
ria,vel expreſſe,vel conſecutiue. vt
dr̄.in 2. phyſi. in tex. cõmenti vlti
mi.& ſimiliter completa diffinitio
accidentis debet dari per ſubiectũ,
quod cadit tanq̃ additum. vt dicit'
in 7. metaphy. tex. cõm.17. Non
diſtinxerunt igitur iſti doctores in
ter actum abſtrahendi,& diffinien
di,& tamẽ eſt magna diſtinctio,li
cet vterq; ad primã intellect' ope
rationem pertinere videatur, ſed ẽ
differentia magna,ſicut inter actũ
imperfectum & perfectũ,ſi bñ con
ſideras. Vnde Ariſt.iſto modo do-
cuit in 2.phyſi.in tex. cõ. 19.ad di
ſcernendũ diuerſitatẽ ĩ natura for-
marũ in ſua abſtractione a mate-
ria ſenſibili ex diffinitionibus earũ
ponendo regulã, ꝙ quæcunq; for-
mę diffiniri poſſunt ſine materia
ſenſibili,tales ex ratione ſui ſũt ab
ſtractę a mã & vt ſic ptinẽt ad ma
thematicũ:quęcunq; vero impoſſe
eſt vt ſine materia diffiniantur pti
nent ad naturalẽ: impoſſibile.n. ẽ
q̃dditates naturales diffinire ſine
materia & trãſmutatione , vt dicit
Cõmenta. 7.meta.cõm. 39.vnde
ex diffinitionibus, quę cõplete rei
naturam oſtendunt talem dr̄iam
venatus eſt.& iſto modo ẽt ꝓceſſit
in 6.meta.dum venatus eſt diffini
tionẽ formalẽ in ſcientijs ſpeculati
uis ex diuerſis modis diffiniẽdi,pp
hoc igitur dixit in 2. phy. in loco
pallegato:fiet autẽ hoc vtiq, mani
feſtum ſi aliquis tẽtauerit vtrorũq;
» dicere terminos & ipſorũ accñtiũ:
» impar quidẽ enim & par, & rectũ,
» & curuũ,adhuc aũt & numerus,&
» linea,&figura ſine motu,caro aũt,
» & os,& homo nõ adhuc, ſed hęc ſi

cut naris ſimũ,ſed non ſicut curuũ
dicitur. Vbi notat Com. cométo.
19.ꝙ formarũ quędam ſunt ma-
gis ſeparabiles,&quędam minus.
vnde formę illę quę indifferenter
concipi poſſunt ſine materia ſenſi
bili,& cũ materia ſunt illę in q̃bus
cõuenit naturalis cũ mathemati-
co,ſed mathematicus cõſiderat &
diffinit eas abſq; materia, quę eſt
principiũ tranſmutationis:natura
lis vero cũ materia, ſed illę formæ
quę nullaten' ſine materia diffini-
ri poſſunt,illę ſunt appropriatę na
turali,aut artibus medijs,quæ etiã
ſine materia ſenſibili diffiniri non
poſſunt.vt dr̄ in 2.phy.tex.cõ.20.
licet minus appareat ĩ eis quam ĩ
puris naturalibus: & vt redeamus
ad propoſitum . materia intelli-
gibilis , vt Ariſtoteles dicit ſunt
mathematica i.res mathematicę,
ſicut.v.g. in geometria punctus,&
magnitudo,ſeu continuũ & paſſio
nes eius vt abſtrahũt a qualitatib'
ſenſibilibus dñr materia intelligi-
bilis,ſiue tale continuũ ſit ad vnũ
diuiſibile vt linea,ſiue ſm duo vt
ſupficies,ſiue corp' quod eſt vnde-
quaq; diuiſibile . vñ Cõmmen. in
3. cęli.cõm. 6. inquit ꝙ geometer
cõſiderat corpus inquantũ eſt quã
tum,ſine accidẽtibus aliorũ prędi-
camentorũ:ſed naturalis ꝯſiderat
corp' tunc cũ accñtibus cęterorũ p̃
dicamentorũ.& iſta ẽt eſt expreſſa
ſnĩa Ariſt.in 11.meta. cap.3. inq̃t
enim mathematicus circa ea q̃ ex
ablatione theoriã facit: circũtollẽs
enim oĩa ſenſibilia ſpeculatur,pu-
ta leuitatẽ& grauitatem,& duritiẽ,
& cõtrarium.adhuc autẽ & calidi-
tatem,& frigiditatem,& alias ſenſi
biles q̃litates ſeu ꝯtrarietates . ſolũ
autem

aſit derelinquit quātū & cōtinuū, horum quidē ad vnū, horum vero ad duo, horū autē ad tria, & paſſiones horū inquantū quanta ſunt & continua. & nō ſecundū aliud ſpeculatur, hæc ille. Ita dic conſequēter in arithmetica ꝙ numerus, & vnitas, & paſiones numeri inquātum ſunt q̃titas diſcreta, & abſtrahunt a cæteris prædicamētis ſunt materia Itelligibilis in arithmetica. Sed cōtra iſtā determinationē inſtat, quia Ari. in 4. priæ philoſophiæ. t. c. 4. tot ſunt partes philoſophię, quot sūt partes ſubſtātię & ita nō vr̄ eē aliqua ſcīa ſpeculatiua, q̄ nō ſit de ſuba, & cū ſcīa mathematica ſit ī numero ſcientiaꝝ ſpeculatiuarū. videt ergo ꝙ ſit de ſubſtantia. Amplius tu dixiſti ꝙ naturalis nō poteſt diffinire formā ſine materia, neq, accidēs. ſine ſubiecto ꝓprio: & quæ eſt ratio diuerſitatis ꝙ mathematicus diffinit ſine ſubſtantia, q̄ eſt ſubiectū quantitatis, ſi materia Itelligibilis a qua mathematicē nō eſt abſtracta nō eſt ſubſtantia, ſed eſt quātitas vel continua, vel diſcreta. Ad primū r̄ndetur ſm expoſitionem Auerr. per philoſophiam Ariſt. intellexit primā philoſophiā, quæ per antonomaſiam philoſophia dicitur: & quia ſubſtātiæ quędā ſunt abſtractæ a materia, quædā vero inter ſe in materia. ſic prima philoſophia ſecat in duas partes, quarū altera cōtemplatur ſubſtantias materiales quatenus ſubſtantiæ & entia. ſunt. alia vero cōſiderat de abſtractis, & iſta eſt via Auero ſine dubio ibi. Vel ſm Alexand. ſicut in entibus mathematicis quædā ſunt prima, quædā ſcda. idcirco mathe.

q̄dā eſt 1. quędā 2. quędā. 3. 1. v. g. ē quę circa plana verſat. 2. quæ circa ſolida, deinde aſtrologica quæ ſolida quę in motu ſunt cōſiderat, tum mechanica quæ naſcentia & pereuntia tractat, qui ordo in ſubſtantijs quoq; reperit. nam primę ſunt ingenitę & immortales q̄ corpore vacant nec mouentur, de quibus prima philoſophia edifferit. 2. vero philoſophia de ſempiternis quæ motu cientur. 3. quæ ſubſtantias cōſiderat naſcentes & intereūtes, nam hæ ſubſtantiæ vltiæ ſunt. vbi patet ꝙ duo vltima mēbra per tinent ad naturalē ſub rationibus ſenſibilibus, licet eadē pertineant ad diuinū ſub rationibus tranſcendentib᷒. vt notat Cōmenta. 12. metaph. cōm. 1. 6. & 29. ita ꝙ ſm nullam expoſitionē cogimur dicere mathematicas puras de ſubſtātia theoriā facere. Ad aliud r̄ndetur ꝙ mathematicus, vt dicit Cōmenta. in 1. phyſi. cōm. 1. ſolum cauſam formalē conſiderat. vnde ſolū formā declarātē quidditatē cōtinui, aut diſcreti, vel paſſionū iſtorum vt abſtrahunt a ſuba, & a cæteris ꝑdicamentis, & tales diffinitiones sūt media q̄ ſufficiunt ī demōſtrādis accn̄tibus q̄ emanāt a ſuo ſubiecto in tali eē imaginabili: & ideo nō ingreditur (vt inquit Cōmen.) in diffinitionibus taliū materia, q̄ eſt cauſa tranſmutationis ſed naturalis, quia eſt artifex ſenſatus, verſatur enim circa res ſenſibiles, non poteſt abſtrahere a tali materia ſēſibili nec a ſubſtantia tali a qua fluit eſſe ſenſibilę, & ſi quandoq; diffiniret illę eſſent diffinitiōes dialecticę & vanę, vt dicit Philoſoph᷒ in primo de anima. tex. cōmē. 11.

vnde Cōmentator 1. phyſi.cōmē. vltimo dicit ꝙ formarū quędam ſunt in materijs,& quędā ſunt abſtractę a materia. & ideo conſideratio de formis eſt duarum ſcientiarum,ſ.naturalis & diuinæ:quia quidditatiue naturalis conſiderat formas materiales, & diuinus abſtractas,& patet ꝙ nulla fit mētio de ſciētijs mathematicis:quia opinio eius fuit,mathematicū purum ſolum circa quantitates verſari, & hoc teneo.

Materia dupl'r dicit̄,aut quo ad ipſū prima,aut omnino prima. 5.met. tex. cō. 5. vbi Commen. d.ꝙ materia dr̄ duobus modis, aut cōis oībus entibus,aut ꝓpria vnicuiq; enti. idem. 3.cæli. cōmē. 67.& 1. phyſi. cō. 82.& 2.phyſi.10.

Materia non dr̄ natura, niſi quia recipit naturam ſ.formā quę principaliter ē nā. 5.meta.tex.com.5.

Materiā vnam habent vniuerſaliter quæ adinuicem tranſmutantur,5. meta.tex.cōm.11.idem 1.de generatione & corrup. tex.cōm.43.

Materia eſt prior forma ſm poteſtatē, forma autē eſt prior materia ſecundū actum.5. meta. tex. cōm. 16.& eſt in caplo de priori.

Materia prima eſt tanquā genus altiſſimum: materia aūt propinqua eſt vltimā formā habens in generatione.i.quæ recipit vltimā formam.5.metaphyſi. cōmē.29. Ex quo loco poſſumus declarare authoritatē Auerr. in 1. phyſicæ auſcultationis.in cōm.1 in qua adeo laborauerunt expoſitores vt Egidius rom. in quolibeto.5. q.19.& ſimil'r Ioannes de baccone in quolibeto 2. qōne, qua quęrit vtrum materia ſit pura potentia ſimil'r Burleus in illo loco multū laborat, tū ex preſenti loco Cōm. poteſt declarari per ſeipſum.prima.n materia eſt ſicut genus altiſſimū, per genus altiſſimū intelligo genus generaliſſimū. Vbi aduerte ꝙ nō eſt intētio Auerrois aſſimilare primā materiā generi generaliſſimo quātum ad prædicationē & vniuerſalitatē ꝑdicationis,tunc.n.ſibi manifeſte contradiceret in primo meta. cōm. 17. & in 12. metaphy.cōm. 14. vbi inquit, ꝙ prima materia nō habet intentionē alicuius cōis, vniuerſalis ꝑdicabilis de pluribus ſicut genus. Alexander enim ſcripſit demonſtratiue ꝙ materia nō ſit genus,ſicut dicit.& eſt videre in 2.lib. naturaliū qōnum.qōne vltima, Sed talis ſimilitudo eſt pęnes hoc, nāſicut genus altiſſimū non habet ſuperueniens gen⁹ in quod poſſit reſolui. ſunt enim decē gn̄a gn̄aliſſima, vt dicit Porphirius, tāquam decē rerū prīcipia: principij autem propriū eſt primum eſſe. 5. meta. tex.cōm. 1. Sic prima materia nō habet priorē in qua reſoluatur.& ideo appellatur ſimplex. per vltimā formā autē intellexit formam vltimatā non ordinabilem ad vlteriorē formam,ſicut ī mixtio vltimæ formæ eſt forma mixti:& illa nō ordinatur ad vlteriorē,ſicut formæ elementariæ ordinant̄ ad formā mixti,vt patet ex fine primi de gn̄one. Et ideo quęcunq; mediant inter primā materiā & vltimam formā,appellant̄ materiæ cōpoſitæ & formę cōpoſitę: quia materia taliū reducit̄ ad primā materiā,& forma talium ordinat̄ ad vltimā formā.Sic igit̄ primā præter materiam & vltimā formā,omnia media

media ſunt materiæ compoſitę &
formæ compoſitæ, ſed illa duo tm̃
ſunt cauſę ſimplices. Quod aũt
dixit Egidius illud intelligi ſm di-
uerſum modũ abſtractiónis, quia
forma generis & forma ſpeciei ſm
Impugnatio Egidij orm. Auerroẽ ſunt vnũ realiter, ſed diffe
runt ſm maiorem aut minorẽ ab-
ſtractionẽ: materia enim, vt dicit
Cõmentator 1. meta. cõ. 17. prius
recipit formas magis vniuerſales,
& eis mediãtibus recipit min⁹ vni
uerſales vſq; ad indiuiduales. licet
hoc verũ ſit ꝙ huiuſmodi gradus
dãtur in forma, & etiã in materia.
vt eſt videre in vltimo capitulo li-
bri de ſubſtãtia orbis ab Auerroe,
vbi dicit ꝙ materia habet gradus,
& potẽtia habet gradus: nihilomi-
nus videt̃ mihi ꝙ iſta expoſitio nõ
quadrat expoſitioni Auerrois, qui
vult ꝙ Ariſto. in ꝓbatione illius
maioris, in qua dicit̃. Tunc enim
opinamur cognoſcere vnũquodq;
cum cãs primas cognoſcimus, &
prĩcipia prima, & vſq; ad elemẽta.
Vbi dicit ꝙ per cauſas primas in-
telligit cauſas ſimplices exiſtẽtes ĩ
re primas nõ cõpoſitas, & ſunt pri-
ma materia & vltima forma, & ex
ꝯſequẽti loquit̃ de cauſis realib⁹ &
in eſſe reali cõſideratis, & non ſm
abſtractionẽ rationis. quia Philo-
ſophus naturalis eſt artifex realis,
& ſua intereſt cognoſcere oẽs cau-
ſas reales, & propinquas, & remo-
tas, ſed illa cõſideratio ſm differẽ
tiam rationis inter gradũ minoris
abſtractionis pertinet ad artificẽ
rationalem vł cõmunem. vnde di
cit. Quæ enim ſunt præter primã
materiã & vltimam formam cu-
iuſlibet rerum naturaliũ, ſunt ma
teriæ cõpoſitæ & formę cõpoſitæ.
loquitur. n. ſm eſſe rationalę. Et
ex hoc patet quanto plus ſit accu-
ſationę dignus ille bonus Ioannes Impugnatio Ioãnis de baccone.
de baccone in loco allegato, qui p
vlimã formã expoſuit primũ mo-
torem, motus authoritate Cõmen
tatoris in. 12. meta. cõ. 18. vbi ha-
bet ꝙ omnes formæ naturales sũt
in potentia in prĩa materia, & ſunt
in actu in primo motore. Sed hoc
iterum ſtare non poteſt: quia licet
dictũ Cõmentatoris ſit verum, ibi
tñ non facit ad propoſitum, quia
Cõmentator dicit hic ꝙ per cau-
ſas ſimplices Ariſt intellexit cau-
ſas exiſtentes re primas & nõ com
poſitas, vbi patet ꝙ loquitur de cau
ſis intrinſecis primis. Manifeſtum
eſt autẽ ꝙ primus motor non ẽ de
principijs intrinſecis, ſed extrinſe-
cis. Sed dices tunc iſta expoſitio Obiectio.
non poteſt verificari niſi in mixtis
& in habentibus plures formas, in
elementis autem non videtur ve-
rificari vbi non eſt niſi vna for-
ma tantum. Soluitur quòd, vt di- Solutio.
cit Cõmẽtator primo phyſico. cõ.
primo, propoſitio illa Philoſophi
omnia habẽtia principia cãs & ele
menta non cognoſcunt̃ niſi ex co
gnitione principiorum, aut cauſa-
rum, aut elementorũ ſuorum im-
poſsibile eſt vt hæc cõiunctio, aut,
ſit ſicut copulatiue natura, nã di-
ſpoſitio ſcientiæ certe inuenitur in
rebus habẽtibus cauſas quaſdam
per ſcientiam illarum cauſarum,
ſicut inuenitur in habentibus oẽs
cauſas. Tunc igitur in ſimili in ele
mentis non eſt niſi materia prima
& forma elemẽti, & illa eſt vltima
forma in elemento, quia vlterio
rem non habet neq; priorem ſe-
cundũ rem. & ideo ſcientia de ele
men-

mẽtis perficitur in ſcientia cauſarum ſimplicium præciſe quãtum ad cauſas intrinſecas, ſed ſcientia mixtorũ habentiũ plures formas & plures materias perficitur ex cognitione cauſarũ ſimpliciũ & cõpoſitorum. nõ igitur impedit expoſitionẽ Cõmentatoris aliquid hoc quod obijciebatur, ſicut vides clare. nam quod dr̃, quod enim eſt inter primã materiam & vltimam formã cuiuslibet rerum naturaliũ ſunt materię cõpoſitę & formæ cõpoſitę, intelligit̃ in qbuſcunq; ſũt plures formæ, plures materiæ, ĩ ea rentib⁹. n. multitudine tali impoſſe ẽ vt hoc verificetur maxime ſm naturalẽ conſiderationẽ, quæ conſiderat res in eſſe reali, & non ſm eſſe rõnis, vt dictum eſt.

Materia alia remota, alia propĩqua, 5. meta. tex. com. 29.

Materia dicitur genus. 5. meta. tex. cõm. 33. & eſt in capitulo de gñe. vide in concordantijs.

Materia & forma dicunt̃ diuerſa genere. 5. metaphy tex. com. 33. Vbi aduerte ꝙ litera Arabica ibi ẽ corrupta, quia dicit ꝙ ſunt idẽ gñe & Cõm. exponit qa fit ex mã & forma vnum. vide in concordantijs.

Mathematicę demonſtrationes procedunt a notioribus naturæ & nobis ſimul. 1. phy. cõ. 2. idẽ. 7. meta. tex. cõm. 10. & 3. cæli. com. 61. & 1. de anima. cõm. 10.

Mathematicæ conſiderant de cauſa formali tãtum, quod patet primo phyſi. cõm. 1. vide qũo ſit intelligendũ. 2. phyſi. cõ. 68.

Mathemathici non dicũt magnitudinem augeri in infinitũ in actu, ſed ſolum eſſe quantãcunq; voluerint finitã, tertio phy. tex. c. 71.

Mathematicæ magnitudines habẽt contactũ. 5. phyſi. cõmen. 22. & habetur in primo de generatione & corruptione. in texto cõmẽ. 44. & 4. phyſi. tex. cõmen. 76. idem 5. phyſi. cõm. 30. & 39.

Mathematicus cõtactus aſſimilatur continuo, quia vltima reuertũtur in vnum 5. phyſi. cõm. 22. & 30. & 39. ſecus de contactu naturali, quia duo vltima remanent duo demonſtrata in actu.

Mathematicus aliter cõſiderat magnitudines, & aliter naturalis. primo cæli. cõ. 1. idem 2. phyſi. tex. com. 18. & 3. cęli. com. 6.

Mathematica nõnulli crediderunt eſſe ſubſtantias. 6. meta. tex. cõ. 5.

Mathematic⁹ circa ea quæ ex ablatione theoriam facit, circuntollens enim omnia ſenſibilia ſpeculatur, puta leuitatẽ & grauitatem, & duritiem, & contrariũ, adhuc autem caliditatẽ & frigiditatem, & alias ſenſibiles contrarietas. ſolum autẽ derelinquit quantum & continuũ 11. primæ philoſophię. cap. 11. Ex quo loco manifeſte deduci poteſt materiã intelligibilem eſſe ipſum quantũ vt abſtrahit ſm rationem ab omnibus qualitatibus & contrarietatib⁹ ſenſibilibus, vt declaraui in theorematibus in proprio theoremate de hoc: vbi declaraui qũo ſit intelligendũ mathematicum non abſtrahere a materia intelligibili, cõtra Egidium roma. & alios tenentes materiã intelligibilem eſſe ſubſtantiã.

Mathematicorum quidditates poſſunt ĩtelligi ſine ſenſu, & motu, & ſine mã ſenſibili. 7. met. tex. c. 39. & 37. & 6. metaphy. tex. cõm. 2.

Mathematicus vtit̃ cõmunibus proprie

prię. 11. primę philoſophię. cõ. 3. & in 1. poſteriorũ analiticorũ. tex. cõ. 24. & in 4. primæ philoſophię tex. cõmen. 7.

Mathematici ſolã quãtitatẽ ſpectãt quo opere neq; vſus corporis natu ralis eſt, neq; affectionũ herentiũ corpori in eo ꝙ naturale eſt, quales ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas, ſed in cõtẽplationẽ ſola ſpacia ipſa mera, inaniaq; & confinia corporũ adhibentur. Themiſtij ſententia. 3. de aĩa. cap. 50. Inde ſcire potes quid ſit materia intelligibilis cõtra multos latinorũ. vide quę ſcripſi in theorematibus de hoc.

Mathematica ideo abſtractatione & abiunctione conſtare dicuntur, qm̃ ab his quę in naturalibus corporibus vſitantur loco, qualitate, tẽpore, actione, motu, affectiomb⁹, & reliquis generibus eximunť, abiungũturq;. Themiſtius in 3. phy. 71. & habetur ab Ariſtotele in 10. met. cap. 3. & Auer. in 3. cęli. cõ. 6.

Mathematicus vtitur longitudine, latitudine, & puncto indimenſibili ſeparatim atq, ſeorſum: q̃uis mini mum illorũ ſubſiſtat actu per ſe, quia tñ finguntť ſubſiſtere, in conſi deratione per ſe ſine mendacio veniunt. Themiſtius 3. phy. ſup tex. 71. Ex quo ſcire poteris differentiam inter naturalẽ & mathematicum. nã licet Ariſt. in 2. phyſi. tex. cõ. 16. dixerit corpora phyſica habere ſuperficies, & longitudines, & puncta, ſicut mathematica. tñ naturalis nõ conſiderat talia inquantum naturalis eſt, vt ſunt ſeorſum & ſeparatim ſe habẽtia: ſed ſi quãdoq; naturalis cõſiderat ſolam longitudinẽ ſine latitudine tunc vtitur mathematica abſtractione, ſicut etiã in pleriſq. alijs rebus, vt bene notat Alex. vnde nulla eſt phyſica magnitudo niſi corpus. ſicut bene notat Simplicius authoritate eiuſdem Alexãdri in primo cęli & mundi. vnde lineę naturales ſũt corporeæ, & ſuperficies ſiſr: & pũcta naturalia ſunt corporea, quatenus naturalia ſunt, ſicut ſunt minima naturalia, & ſicut ſũt poli mũdi naturales, ſed mathematice ſũt pũcta indiuiſibilia. ſicut notat Cõmentator in 2. cęli. cõm. 14. & in 4. phyſi. in cõm. 118. Et ſic loquũtur Peripatetici de iſtis. Et nota bene hoc, quia latini noſtri de hoc ſunt in maxima altercatiõe. vnde lucidiſſimus Themiſtius expreſſe in præſenti loco dicit ꝙ non oĩs linea naturalis eſt, quæ & naturã requirat & locũ. nam mathematice quædam dicũtur, quarũ veluti locus eſt animus ſpeculantis.

Mathematicorũ entium gña repreſentãt materias fictas intẽtionales: ex paraphraſi meta. tract. 2.

Mathematicæ ſcientię, & ſciẽtia de aĩa conſiderant res partim in materia, partim vero, a materia abiunctas res ſimplices, in prologo primi phyſi. & Amonius (vt Philoponus tradit) in principio libri de anima, de qua opinione vide quæ ſcripſerim in qõnibus miſcellaneis. &c.

Mathematici: oẽs naturales affectiones a contẽplatione ſua reijciunt, ſolas meraſq; magnitudines, & nuda ac inania ſpacia finiunt, finiendis his neq, materiã neq; naturalem qualitatẽ adiungunt. Themi. 1. de aĩa. com. 17. contra illos, qui ponunt ſubſtantiam corporeã eſſe ſubiectum ſcientiarũ mathema.

Mathe-

Mathematica dicuntur ex ablatione,& naturalia ex appoſitione. 3. cæli.tex.com.6.

Mathematicis quęcunq; inconueniētia accidunt, neceſſe eſt naturalibus accidere. 3.cæli. cōm. 6. Vbi vide limitationē Auerrois ꝙ habet veritatē in pluribus, ſed non in oī loco.& vide bene calcem commēti ſexti iam allegati: quia bene intelliges hoc.

Mathematicus & naturalis conueniunt in hoc,ꝙ continuū eſt diuiſibile in infinitum,ſed differunt ꝙ ſit augumentabile in infinitū: qa mathematicus cōcedit hoc, ſed naturalis negat illud,vide cauſam. 3. cæli. cōmen.6.

Mathematicus cōſiderat continuū, vt eſt ſeparatum a materia: ſed naturalis vt eſt cōiunctū materiæ.ibidem cō.6.& 1. cęli.com.1.

Mathematici cōſideratio de corpore eſt,inquantū eſt quantum ſine alijs accidentibus: ſed cōſideratio naturalis eſt de corpore inquantū eſt quantū cū cæteris accidētibus cæterorū prędicamentorū 3.cęli.c. 6. idem habetur ab Ariſto. in 11. primæ philoſophiæ.cap.3.

Mathematici ex diffinitionibus facile in notitiam accidentium deueniunt:naturales vero ecōuerſo procliuius ex accidētibus in diffinitionem accedunt. Themiſtius 1. de anima.tex.cōm.11.conſimile habetur ab Auerroe primo phyſi. cō. 2. & in 7. meta. cōm.10.

Mathematica habent tactum & locū.1.de generaione & corruptio. tex,cō.44.idem.4. phy. 47.& 76.

Mathematicæ artes primum circa ęgyptum conſtiterunt. ibi namq; ſacerdotum gens vacare dimiſſa eſt.ex proemio meta.

Mathematica exiſtentiū ſine motu ſunt extra ea quæ ſunt circa aſtrologiam,diſputāt tñ & tractant omnia de natura. 1.meta. tex.cō.19.

Mathematica non admiſcenť cum materia. 2.meta. tex.cōm.vltimo.

Mathematicæ non demonſtrāt per genus cauſæ finalis. 3. metaphy. tex. cōm. 3.

Mathematicæ nullam de bono aut malo faciunt rationē.ibidem. Ex illo textu colligitur in mathematicis non eſſe bonū. vide tñ & conſidera diligenter ꝙ (vt inquit Auerroes in cōmento.) iſta res indiget conſideratione. vbi ſcire debes ꝙ Ariſt.in 13.metaphy.ī calce primi capitis īquit, quonjam autē bonū & honeſtū alterum, hoc quidem ſemper ī praſi,bonū autē & in immobilibus dicētes nihil dicere mathematicas ſcientias de bono aut optimo,mentiunť: dicunt enim & demonſtrāt maxime, non.n.ſi nō nominatū. opera autē & rationes oſtendunt nō dicunt de ipſis:boni autē maxime ſpecies,ordo,& commenſuratio,& id quod terminatū eſt quę maxime oſtendunt mathemathicæ ſcientiæ, & q̄ro multorū cauſa videnť hoc.&c. Et iſte eſt locus quem innuit Auerroes in commento 3.ſuper 3. primæ philoſophię dum dixit ſuper iſtis verbis & ipſe dixit in tractatu de quo loquitur in principijs mathematicorum ꝙ ordinatio numerorū & magnitudinum inuenitur in eis, & indiget hoc perſcrutatione. Vbi ſcire debes ꝙ vt notat bene Alexander in præſenti,ratio adducta per Philoſophum eſt deceptio quędā: nā hac potiſſimū cā mouetur ad oſtē-

Digreſſio an in mathematicis ſit bonum.

 den-

dendum in immobilibus non eſſe bonum, quia omne bonũ finis ē. finis autē cuiuſdam actus finis eſt: omnis autē actus cum motu eſt. inquit enim: nã non omne bonũ ſuapte natura agendũ eſt, ſed partim agendum, partim contēplandum: non agendum cuiuſmodi ē in mathematicis, veritas enim eorum quæ bonum quoddam eſt vt finis in ipſis expetitur. Et ideo animaduerte bene & conſidera ꝙ etſi Philoſophus iſta adduxit ibi eſt ĩ parte argumentatiua, nõ quia hęc ſit eius intentio ꝙ in ſcientijs mathematicis nulla ſit bonitas, alioquin ſcientię ſpeculatiuę nõ eſſent de numero bonoꝝ & honorabiliũ, contra Philoſophum in principio libri de anima. patet. n. authoritate Philoſophi ſcientias mathematicas enumerari inter ſcientias ſpeculatiuas. 6. metaphy tex. cõmen. 2. Et licet Plato dixerit illas eſſe ꝓpter exercitium, vt alias declaraui, quia tamen quandoq; Ariſto. ex mente ꝓpria videtur etiã aſſerere illud in entibus mathematicis nõ eſſe bonũ neq; finis rationem De bes ſcire ꝙ vt eſt ſententia Philoſophi in 2. phyſi. tex. cõ. 18. eędem ſunt lineę mathematicæ, & naturales, & quia formę iſtę non terminãt motum, nec habent rõnem finis, niſi vt ſunt naturales, quia mathematicus abſtrahit a motu, & ꝑ huiuſmodi fine per motum attingendo, ſic ſub illa ratione non eſt ĩ eis ratio boni neq; finis, ſicut ē in naturalibus. & hoc eſt qđ pulchre declarauit Auerroes ĩ 2. phy. in cõ. 74. formæ quæ ſequitur naturam entis, non eſt dicta nobilior, vt forma mathematica. non enim dicimus ꝙ lineæ exeuntes a centro circuli ad circumferentiã ſunt ęquales, vt circulus ſit nobilior, ſed hoc contigit naturæ circuli: & ideo nobilitas nõ inuenitur in formis mathematicis: hoc enim .ſ. nobilitas nõ accidit formis, niſi ſm qđ ſunt finis. quare intelligas modo quomodo bonitas & nobilitas non eſt in formis mathematicis, quia cum ſint eędem cum formis naturalib᷒, non habent bonitatē, niſi vt ſunt in materia ſenſibili in eſſe naturæ, ſeu reali, qui ſic ſunt finis motus agentes, & non habent bonitatem iſtæ formæ, & ſunt in imaginatione vt cõſiderant̃ a mathematico. dicit enim Commen. ꝙ balneum in anima mouet vt efficiens, & balneum extra animam mouet vt finis: bonum enim & malum ſunt ĩ rebus. & aduerte ꝙ Cõmen. 3. metaphyſi. cõmento. 3 dicit ꝙ poteſt contingere vt ſit in immobilibus bonum, ſed non per ſe, ſed per accidens, quod ideo dicit, pro quanto ſunt eadem ſubiecto cũ rebus mobilibus in quibus per ſe eſt ratio finis, qui attingitur per motum, q̃a ibidē Cõmen. dicit ꝙ mathematica licet ſint in re mota, tñ non mouentur niſi per accidens, & ſic etiã ꝑ accidēs ſunt finis mot᷒, & ſic bonum in eis inuenit̃ per accidens illo modo, ſed non propter hoc tollitur, quia contēplatio entium mathematicorũ quorũ finis eſt veritas nõ ſit de genere bonorũ: & q̃a etiam illarum ſcientiarũ cognitio multis artibus & mechanicis, & ſpeculatiuis poſſit eſſe proficua & vtilis, vt dixi in concordantijs ſuper primo phyſicorum.

Mathematica licet ſint in re mota, ta-

tamen non mouentur niſi per accidens. tertio metaphyſico commento. 3.

Mathematicarũ ſcientiarum quędã ſunt primæ, vt arithmetica & geometria: quędam ſunt non primæ, vt proſpectiua & muſica. ex 4. meta. tex. com. 4: vnde colligitur ſciẽtias medias, magis enumerandas eſſe in genere ſcientiarum mathematicalium, quàm cum naturalibus. vide in concordantijs.

Mathematicorũ ſunt principia elemẽta & cauſę. 6. primę philoſophię tex. cõ. 1. Ex quo patet Auerroẽ. Alexandrumq;, & alios grecos expoſitores etiã aliter potuiſſe exponere authoritatẽ illã ĩ principio phyſicæ auſcultationis. vbi Ariſt. exorditur dicens, in vnaquaq; doctrina cuius ſunt principia vel cauſæ, vel elemẽta, cognitio ex horũ fit perceptione atq; ſcientia: ipſi enim per principia exponunt cauſas agẽtes: & mouentes, & per cauſas fines, & per elementa principia exiſtentia ĩ re, vt ſunt materia & forma. iuxta autẽ iſtam expoſitionẽ mathematicorũ nõ eſſent principia, elẽnta, & cauſæ. cuius tñ oppoſitũ ſcribit Philoſophus in pñti authoritate, immo Ariſto. in hoc loco ſubdit propoſitionẽ vniuerſalẽ dicẽs. & totaliter omnis ſcientia intellectualis participans aliquid intell'is circa cauſas & principia eſt, aut certiora, aut ſimpliciora. & licet non addat & elementa, hoc fecit breuitati indulgens ſm ſuam conſuetudinẽ: ita ꝙ vľr quęlibet ſcientia vel ſpeculatiua, quę ẽ vere intellectualis; vel pratica, quę particeps eſt intellectus: qa agibilia de quibus eſt ſcĩa pratica non ſine intell'u fiunt, vt patet ex 3. de anima. & ex 6. ethicorum. & ex 2. phyſi. Vnde videť mihi oẽm ſcĩam ſm. Ariſt. ſententiam eſſe ex principijs, cauſis, & elementis. Nã principia immediata ĩ qualibet ſcĩa quæ ſunt propoſitiones per ſe notę & conceſſę in illa ſcientia rõne qua nõ habẽt in tali ſcientia priores propoſitiones, per quas demonſtrari poſſunt, ſic talia principia dici poſſunt. ſcribit enim Ariſtoteles in principio 5. meta. ꝙ de ratione principij eſt primũ eſſe. & 1. poſteriorũ dicit. Idẽ autẽ eſt primũ & principium, & eædẽ propoſitiones inquantũ ſunt cauſę cõcluſionis demonſtratę, ſunt cauſæ nõ ſolũ in inferẽdo, ſed in eſſendo. ſiquidẽ demonſtratio faciens ſcire eſt ex cauſis vtroq, modo; & pſertim in demonſtratione ſimpľr dicta, in demõſtratione autẽ quia, dicunť, cauſæ in inferendo tñ, in ordine aũt ad totã demonſtrationẽ, quę formaľr cõponitur ex eis dñr elementa. ſiquidẽ ratio elẽti eſt vt ſit in re quę cõponitur ex eo. vnde 5. meta. tex. com. 4 dicit expreſſe, ꝙ elẽnta etiam dicunť reſpectu demõſtrationũ: & ſic demõſtratiões primę ĩ vnaquaq, ſcĩa, dñr elẽnta reſpectu aliarũ demonſtrationũ. vbi Commentator dicit primę demonſtrationes quę cõponuntur ex primis propoſitionibus ſunt elemẽta omnium demonſtrationum quæ cõponuntur ex eis: demonſtrationes enim compoſitę diſſolnuntur in demonſtrationes ſimplices. iſtę autem non diſſoluuntur in alias, & ita ſaluare poſſumus in omnibus ſcientijs eſſe principia, cauſas, & elementa iuxta iſtam ſententiam, quid enim melius eſſe po

teſt quam Ariſtoteles per Ariſtotelem interpretari.

Mathematica abſtrahit a motu. 6. meta. tex.cõm.2. & 3. metaphyſi. tex.cõm. 3. & 7. metaphy.tex.cõ. 35. & in 2. phyſi.tex.com.18.

Mathematica eſt circa immobilia, ſed inſeparabilia. ſexto metaphy. tex. cõmen.2.

Maturatio melius & plus dr̃ de aĩalibus, quam de vegetabilibus; & de vegetabilibus pluſquã de mineralibus.4.metheororum.cõ.26.

Maumetti lex põit hoĩes ęternos, & hoĩes corruptibiles eiuſdẽ rõnis ĩ nomine & diffinitione. 3.me.c.7.

Maxillam inferiorẽ omnia animalia mouent, excepto crocodillo fluuiali, qui mouet ſuperiorem.3. de natura animalium.cap.11.& vide cauſam huius in 2.de partib9 animalium cap.17.

Maximũ fundamentum eſt ſcĩę naturalis naturam agere propter finem.2.phyſi.cõm 74.& 75.& 84.

Maxima diſtantia non inueniť niſi in linea recta.8.phyſi. cõ.73.

Maximum in vnoquoq; genere perfectum ẽ.10.meta.tex.cõ.13.

Maximũ eſt cuius non eſt exceſſus. ibidem.

Maxima remotio nõ mẽſurať niſi ſm lineam rectam. & ideo diciť in deſcriptione lineæ rectę ꝙ eſt breuiſſima inter duo puncta. 1. cęli. cõm.28.idem 5.phyſi.cõm.23.

Maxima dimenſio quã materia recipit, ẽ dimenſio ignis; & minima eſt dimẽſio terræ.2.de anima.tex. cõm. 97.

Medium determinatum eſt. 1.cęli. tex. cõmen. 44. & ibi ponitur ratio ad hoc.

Medium trifariã ſumitur primo ꝓ loco inferiori, pro medio ſphæræ, & pro medio quod eſt inter duo extrema cõtraria.1 cęli.cõ.45.

Medio non exiſtente totaliter, neq; extremum erit, neq; ſurſum: neq; deorſum.1.cęli.tex.cõm.74.

Medium non eſt niſi per corp9 ſphericum, & corpora ſpherica nõ ſunt niſi ꝓpter corpora quę ſunt in medio 1.cæli.cõm. 78.prima pars patet, quia ſphera diuiditur in medium, quod eſt centrum & circunferentiam.2.pars patet ex his quæ habet Cõmentator.8.phyſi.com. 84.conſiſtentia, inquit mundi huius iſtis duabus virtutibus perficiť, virtute mouẽdi, & virtute quietis.

Medium corporis, quod circulariter moueť, debet eſſe vnũ.2.cęli.c.35.

Medium aliqñ dr̃ de medio magnitudinis, aliquãdo de medio quod eligitur a natura.ſ.nobili, vt in animalibus, aliud eſt mediũ magnitudinis, & aliud eſt mediũ ſm naturam. 2.cęli tex.cõ. 74. gloſat autẽ Cõmen. de animali æterno, quia in animali corruptibili coincidũt.

Mediũ ſm ꝙ medium, non eſt cauſa ꝙ corpus ſit graue, ſed inquãtũ eſt medium corporis quod circulariter moueť, & medium nõ eſt cauſa eſſentialis, quare corpus graue quieſcit in medio, ſed eſt grauitas eius.2.cęli.cõm.102.

Medium ſi fuerit conceſſum ꝙ ſit cauſa quietis terrę, erit cauſa remota, & melius eſt dicere ꝙ ſit cauſa conſeruans quietem, quàm agens. 2. cæli com.102.

Mediũ magnitudinis differt a medio ſm virtutẽ, quia mediũ virtutis ẽ in oĩbus ꝑdicamentis, ſed mediũ magnitudinis eſt in ꝑdicamẽto q̃titatis tm̃. Auer. I paraphraſi; 2.de

2.de cęlo.ſumma 4.cap.1.

Medium aliud ſm qualitatē, aliud ſm quantitatē.3.cęli.cō.42.

Medium mundi eſt diuiſibile habēs latitudinē.4.cęli. cōm. 3. conſimi le 8 phyſi. cōm 78.

Mediū duplex,ſm cōparationem,& tale nō eſt cōpoſitum ex extremis: & ſine comparatione,& hoc eſt cō poſitum ex extremis.4.cęli cō.26.

Mediū eſt terminatum diſtinguēdo ipſum ab extremis, & ſi mediū eēt extremū,poſſibile eſſet in ipſo fieri additionē,& ſi ita eſſet tūc poſſibi le eſſet inuenire corpus deſcendēs ſub terra.4. cæli.com. 32.vide pro iſta cōſequentia 1. cęli.tex. c. 12.

Mediū mūdi & medium terrę ſunt idem ſubiecto,ſed differunt diffini tione.4.cęli.cōmen.33.& 34.

Mediū & illud quod eſt inter,multis modis dicit̄.4.cęli.tex.cōm.38.

Media quæ ſunt inter contraria in forma,ſeu qualitate differūt a me dijs,quæ ſunt inter extrema cōtra ria in loco,ꝯtrarietas enim inueni tur in loco & forma equiuoce, nā contraria in forma ſunt duo in for ma,ſed non duo in ſubiecto,ſed cō traria in loco ſunt duo in forma & duo in ſubiecto, & ideo mediū in cōtrarijs in loco oportet vt habeat aliquā contrarietatem in forma & in ſubiecto,vnde neceſſe eſt vt non diuidatur niſi ꝓpter numerationē ſubiecti,vnde īpoſſibile eſt vt me diū inter contraria in loco ſit vnū in ſubiecto.4.cęli.com.38.

Medij diſpoſitio eſt vt in eo congre gent̄ cōtraria.4.cæli.cō. 40. quod qualiter ſit intelligendū.vide in 4. cęli.com.26.& 38.clarius.

Media extrinſeca nō recipiūt ſēſibi lia cū corpibus in quib⁹ exiſtūt. 2. de aīa.tex.cō.101. & cō.76.& 97.

Mediū eſt ſm duas ſpēs,vnū eorum eſt ſm veritatē & prius, & eſt me diū inter duo contraria, cuius eſſe cōſiſtit in cōplexione duarū extre mitatum, & eſt ſm quidditatē di uerſum ab extremis.2.aūt dicit̄ ſi militudinarie,& ſm poſterius,& ē mediū inter duo cōtraria, ſm quā titatē tm̄.3. metheororū.cō.2.iux ta dimidiū,conſimile 6. phyſi. cō. 32. idem 3. cęli. cōmen.42.

Mediū qdlibet, aut eſt cōpoſitū ex extremis ſīplicib⁹ ſimpl'r,aut ex re b⁹ ſimplicib⁹ ī rſpectu medior,aut ex formis mediorū.1 meta.cō.39.

Mediorum extra quæ eſt aliquid vl timū,& primū neceſſe eſt ꝙ prius eſt,cauſam eſſe aliorum quę ſunt poſt ſe.2. meta.tex,com.6.

Medium & circulus ſunt principia totius.8. phyſi.tex.com.84.

Media quæ ſunt inter contraria nō ſimpliciter ſunt cōtraria extremis. 12.meta. cōm.6.& 5. phyſi.tex.c. 52.& 1. phyſi. 47. 1.cęli,20.1. de generatione & corrup. 50. 10. pri mę philo.tex.c.23.& 2.de aīa.44.

Media inter ꝯtraria fiunt ex mixtio nē cōtrariorū.10.metaphy. tex. c. 23.&5.phyſi. 52.& alibi ſępe.

Mediū eſt vtrunq, extremū non pu ra potētia, ſed aliqua potentia. 1. phy.cō.56.idem 5.phy. 6.& 19.& 52. & 10. metaphy.cōm. 23.Con tra Burleū & alios q negant media ēe cōpoſita,ex extremis cōtrariis. Cōtra Burleum.

Media ſunt quaſi materia extremo rum.3.phyſi.cōm.49. Vide in con cordantijs.

Mediū mundi non diuerſat̄ ſm qd̄ medium in reſpectu totius & ptis, ſed diuerſat̄ ſolū in magnitudine & paruitate,quia videlicet locus to

 tius

tius eſt maior loco partis.3.phyſi. cõm.52. idem Them. ibidẽ vide pro hoc 4. cęli.tex.cõm.22.

Mediorũ diuerſitas in iſtis duabus cauſis.ſ.in difficultate & facultate reſiſtentię,aut motus, aut quietis eorum eſt cauſa in diuerſitate mo tus eiuſdem moti, aut mobilium conſimiliũ.4. phyſi.cõm.71.

Mediũ quod contra fertur magis q̃ mediũ manens.4.phy.tex.co,71.

Mediũ in primis qualitatib' vr ꝙ ſit temperatũ.6.phy.cõ.32.qđ differt ſm magis & mın' ab extremis.

Medium tutiſſimũ eſt,& ideo natura cor conſtituit in medio Ariſto. in 3. de parti.aĩaliũ.cap.4. de corde,& habetur expreſſe ab Alexandro in paraphraſi de anima.cap.vltimo.ideo aſtut' Vliſſes nauim ſuã cõſtituit ĩ medio,vt inqt Homer'.

Mediũ pinguius ſeu ſpiſſius, magis impedit quã ſubtilius.ibidem.

Mediũ eſt quodammodo extrema. 5. phyſi.cõmen.& tex.6.

Mediũ cõponitᶠ ex duabus extremis in media diſpoſitione exñtibus.5. phyſi.cõ.6.& 19.& 52.idẽ 4.cęli. cõ.26.& ibi.vide qũo intelligitᶠ.

Mediũ eſt in qđ aptũ natum eſt primum pungere mutãs qùam in qđ vltimũ.5.phy. tex.cõ.22.

Mediũ ĩ minimis in trib' ẽ. ibidẽ.

Mediũ eſt cõtrariũ extremo p id qđ habet in ſe de alio extremo.5.phy. cõ.52. Ex quo bene dixit Burleus ꝙ non niſi violẽter gloſari põt de mente Cõmen.cõtraria nõ eſſe refracta in medio, nã expreſſe dicit ꝙ viride nõ traſmutatur ad albũ, niſi ſm quod eſt in eo de nigro, & non traſmutatur ad nigrum, niſi niſi ſecũdũ ꝙ eſt in eo de albo,& ſimiliter qñ albũ tranſmutatᶠin viride,tranſmutaᶠ nigrũ in viridi exiſtens,& nigrũ dum traſmutatᶠ ad viride,trãſmutanᶠad albũ qđ eſt ĩ viridi.idẽ 5,phy.6.& 19.& 10.me. cõ.23.& in 2.de aĩa.95.& 105.

Locus expreſſus in Auerr. ꝙ gloſari nõ poteſt ꝙ contraria tini for-

Mediũ quoddã differt ſm magis & minus,& quoddã ſm formam. 6. phyſi.cõm.32. vbi nota ꝙ mediũ ſm formã eſt illud quod vere cum acquiritᶠ terminat motũ, & tale eſt terminatũ,& differt ſpecie ab extremis, ſed medium ſm magis & minus eſt ad quod non terminatᶠ motus,nec ab extremis diſtinguitᶠſpecie,ſed ſm magis & minus,& fit tale neceſſarium ex cõmixtione contrariorũ in ſubiecto,quod trãſmutatur de vno extremo ad aliud, & tale eſt in potentia, & ſunt variabilia in infinitũ.Nota bene hoc.

miſti ĩ medio quodãmodo.

Medietatẽ pertranſire eſt in potẽtia, non in actu.6.phyſi.cõm.52.

Medium relatiue dr̃ reſpectu extremorũ.7.phy.cõ.17.

Mediũ nõ eſt inter virtutem & vitiũ 7.phyſi com.18.

Medium ad vtrunq; extremũ vnũ & idem numero eſt, ratione autẽ duo.8.phyſi.tex.com.65.

Medietates infinitas pertranſire in potentia in tẽpore finito non ẽ impoſibile, ſed neceſſarium.ibidem.

Media omnia ſunt in eodem genere cum extremis. 10.meta. tex.com. 22,& 5.phyſi. tex.com.22.

Media hęc dicim' in quacunq; permutari prius eſt neceſſe ꝙ permutatur.10.meta..tex.com.22.

Media omnia ſunt oppoſitorũ quorundam.ibidem.

Media contrariorum neceſſe eſt cõponi ex ipſis extremis. 10. metaphyſi. tex. com,22. Et vide ibi mẽtem Auerr. claram contra Burleũ oppo-

oppoſitum tenentem.

Media ſi eſſent ſpecie diſtincta ab extremis, non eſſet medium, ſeu inter, ſecundum Arabes, quod eſt neceſſarium in motu. Cõ. 10. me. cõ. 23, vide in cõcordãtijs nup editis.

Media omnia inter contraria eẽ cõpoſita ex contrarijs nõ ſolum verũ eſt, verũetiam & ſua conuerſa ẽ vera. v3. & omnia compoſita ex contrarijs ſunt media. ibidem.

Medicus edificat, nõ inquantũ medicus, ſed inquantum edificator. 1 phyſi. tex. com. 74.

Medicus per ſe nõ ſanat niſi alium. 5. phy. co. 2 & 2. phy. tex. co. 3.

Medicina nõ eſt ramus ſcientię naturalis, vt opinatus eſt Algazel, qa ſcientia naturalis eſt ſpeculatiua, & medicina ẽ ars factiua, ex diſpoſitione phyſicis in ſolutione primi dubij cõtra Conciliatorẽ.

Cõtra Cõciliatorẽ i differen ña 1.

Medicina ſumit prĩcipia ſua a ſcientia naturali. & qñ aliquid cõmune in vtraq; ſciẽtia iſtarũ conſideratur, conſideratur duobus modis diuerſis. Sanitas enim & egritudo cõſiderantur in ſcientia naturali, vt ſũt paſſiones entiũ naturaliũ. Medicina vero cõſiderat de eis vt vnã earũ cõſeruat, & reliquã deſtruit. ibidẽ.

Medicina eſt ars operatiua exiẽs ex principijs veris in qua quęritur cõſeruatio ſanitatis corpis humani, & remotio ſuę ęgritudinis ſm q poſſibile fuerit in quolibet corpe. Auer. ſnĩa in 1. Col. in principio.

Medicinæ artis finis non eſt ad ſanandum omnino, ſed ad faciendũ illud quod poteſt fieri, & in quantitate conuenienti, & tempore conuenienti, & poſtea debet expectari finis, ſicut eſt in arte nautarum: & in regimine exercitus. ibidem. iſta etiam eſt ſententia Ariſt. in pmo „ topicorum. ca. 2. vbi dicit. neq; .n. „ rhetor omnino perſuadebit. neque „ medicus omnino ſanabit, ſed ſi ex contingẽtibus nihil omiſerit, ſufficiẽter eũ dicem' habere diſciplinã.

Medico conueniens eſt ſumere complexiones membrorum a naturali Philoſopho. Auer. in 2. Col. ĩ cap. de complionibus membrorum cõſimilium.

Medicinæ artis aliquid eſt ſpeculatiuũ, & illud eſt ſcientia naturalis, & aliquid practicum. ibidẽ Auerr.

Medicinæ pars ſpeculatiua eſt accepta a cauſis multũ remotis ſanitatis & egritudinis, ſicut ſvt elemẽta & ſimilia; ibidem Auerr. & eſt ſententia Ariſto. in principio libri de ſenſu & ſenſato, vbi dicit', q phyſici intereſt ſanitatis & ęgritudinis prima inueſtigare principia, vbi per prima intelligendum eſt remota, quia proxima ſpectant ad medium pręcipue, vt ſunt intẽta per artẽ, cõtra Diuũ Thomam, qui per prima expoſuit naturalia. Nullibi enim cõſueuit Ariſt. ſumęre in hoc ſenſu primũ, ſed hoc aut ſumitur primo vt primum diſtinguitur cõtra proximum, vt primo phyſi. tex. cõmen. primi. vbi notat Cõm. q doctrina ordinata eſt incipere a cognitione cauſarum primarũ rei cognoſcendę perfecte, deinde intendere ad cognitionẽ aliarum cauſarũ remotarũ ſm ordinẽ, donec perueniatur ad cauſas propinquas q ſanitatis & egritudinis cauſę particulares a medicina cõſiderentur, patet ex ſecundo phy. tex. cõ. 26. ſed de hoc vide q̃ in cõtradictionib' nuper editis ſcripſi, vbi dedi alium modum exponẽdi illam

Simplici' etiã dicit in prologo ſciam naturalẽ largiri prĩcipia medicine & alijs artib' mechanicis.

Ariſt. authoritatē in lib. de ſenſu & ſenſato.
Medicinę praticę pars eſt ars medicinarū experimētalis,& illius ēt ē ars anathomię.ibidē Auerroes.
Medicinę pars experimentalis indiget vitę longitudine, de hac enim ſermo Hippocratis intelligit dum dixit vitam eſſe breuem, & artem longam.ibidem Auer.
Medicus & naturalis differenter cōſiderat ſanitatē & ęgritudinē.ibi.
Medicina ſm Ariſt. appropriat iter artes mecanicas in virtute.ibidē.& primo de anima com.17.
Medicina & cibus quō differant, vide.5.Colliget. cap.3.& vide etiam cap. 24 ibidem.cap.3.
Medicinis recti⁹ attribuit tēperātia & cibo tēperamentū.ibidē.cap.3.
Medicinā eſſe calidā aut frigidam, aut humidam vel ſiccam, & cibū eſt equiuoca intentio.ibidem.
Medicina quomodo temperata dicitur. ibidem.
Medicina quę dicit eſſe appropriata alicui operationi non dicitur habere illā operationem niſi cōparatione ad corpus tēperatum, vel ad propinquū tēperātię. ibidē. cap.4.
Medicinę oppilatiuę diuerſificāt ſʒ complexionē mēbrorum, ſicut dicitur ꝙ dactyli oppilāt epar & aperiūt oppilationes pulmonis. 5.Colliget. cap. 8.
Medicinę quę ſunt aperitiuę vnius mēbri,non ſunt aperitiuę alterius ſicut abſinthiū aperit opilationes epatis, & non pō poros exteriores aperire propter ſtipticitatem, quæ eſt in eo. 5. Colli. cap.9.
Medicinę ſtipticę differunt ab opilatiuis.quia ſtipticę ſunt in materia groſſa terreſtri,ſʒ opilatiue ſūt in materia ſubtili. 5. Col.cap.11.
Medicinę odoriferę ſunt ſupreme omnibus medicinis cōfortantibus prīcipalia membra, & maxime in rebus teſtificatis ab experientia & ꝓpria cordi. Et propterea muſcus plus confortat inter cętera odorifera,nam eius aromatuitas pręualet oībus aromaticis. 5.Col.cap. 19.
Medicinę quę frangunt lapidē,efficiunt hoc per frigiditatem & humiditatem,quia tu ſcis ꝙ res indurateę per caliditatē & ſiccitatē non diſſoluuntur niſi per frigiditatē & humiditatē. Et cum dico frigiditatem ītelligo diminutū calorē a calore qui coagulauit lapidē, & ſic ītelligo cum dico humiditatē,quia non operant iſtę medicinę in lapidibus niſi per operationē ſimilem operationi alicuius decoctionis. 5. Colli.cap.20.
Medicinæ laxatiuæ habent ſuā operationem per attractionē inquantū eſt attractio, & etiam per proprietatem. 5.Colliget. cap. 21.
Medicinæ purgatiuę nō ſolū habēt hanc virtutem.ſ.trahendi humorem proprium & ex proprio membro. 5.Colli. cap.21.
Medicinæ purgatiuæ non operant niſi per vnum calorem proprium eis qui eſt in eis qui habet proprietatē trahendi talē humorē.ibidē.
Medicinæ bezharticæ ſm medicos ſunt mediæ inter venena & medicinas,& nos ſic nō intendimus, quia media & extrema ſunt vnius generis,& quæ ſunt vnius generis ſunt ſimilia,& ſic nō eſt in bezaharticis cum veneno, quia medicatio contrarietatis ſemꝑ debet attribui contrarietati. 5. Colli. cap. 23. vbi dicit,ꝙ tales medicinæ ex vna parte ſunt

ſunt venenum, & ex alia ſunt medicina, non quia ſunt medicina ex parte qua ſunt venenum, quia nõ eſt extraneum vt dicatur ꝙ diuerſificantur actiones vnius agentis, diuerſificatis diſpoſitionib' ſubiecti locorum. Dic tu pro medicis qđ medium eſt duplex, quoddam qđ eſt compoſitum ex extremis vt colores medij reſpectu albi & nigri, & de talibus verum eſt ꝙ ſunt eiuſdẽ generis, & ſunt ſimilia. quoddam vero eſt medium ſm ſimilitudinẽ in participando diſpoſitiones extremorum, & talia non ſunt neceſſaria eiuſdem generis, nec ſimilia, & illo modo intellexerunt medici.

Deſcriſio. medicorum

Medicina lazaattica occidit ſanum, quia non habet prodeſſe niſi quando in corpore eſt diſpoſitio venenoſa. ibidem.

Medicinę habent quatuor operationes primas, ſecundas, tertias, & ꝓprias, ſed cibus nõ hẽt niſi vnã operationem, quia nutrit tantum. 9. colliget. cap. 24.

Medicinę principia ꝓ maiori parte habent inductionem, & experimenta cognita, vide diffuſe de hoc 5. Colliget. cap. 24.

Medicina vt dicit Gale. duobus inſtrumentis fuit inuenta ratione & experimento. 5. Colliget. cap. 25. authoritas iſta eſt in principio primę particulę afforiſmorũ. cõm. 1.

Medicinarum compoſitarum iudicium in complexione perfecta reddi nõ poteſt ex ſapore, quia poteſt eſſe vna medicina compoſita, ex rebus quibuſdam habentibus ſaporem, & ex quibuſdam carentibus, & nõ poteſt fieri indiuiduum de toto ex parte. ſimiliter medicina compoſita diſcerni non poteſt ex odore propter eandem cauſam, quia poteſt eſſe compoſita ex aliq̃bus odoriferis, & non põt ferri in indiuiduum ĩ hac re de toto propter partem, ſicut illæ qui iudicauit roſam calidam, quia eſt aromatica 5. Colliget. cap. 28. & 27.

Medicinarum ſignificatio ex colore eſt multo debilior alijs ſignificationibus ex ſapore & odore ſumptus: propterea quia color non eſt niſi ĩ ſuperficie corporis colorati, & propterea inuenies ſecundũ plurium quod complexio partis ĩ qua eſt color, eſt alia quàm complexio totius colorati. 5. Coll. cap. 29.

Medicinarum purgatiuarum nulla eſt ſine aliquo veneno, excepto reu barbaro, eo quia confortat omnia membra corporis, ideo cum do ipſum cum alijs medicinis refrenat alias medicinas, quia frenum ſuum eſt cum eo. 5. Colliget. cap. 42. vbi loquitur de raueth. i. reubarbaro.

Medicinarum ſimplicium compoſitio neceſſaria eſt propter tres cauſas, quas vide in. 5. Colliget. ca. 67.

Medicinę compoſitę operatio eſt vnum in commixtione artificiali, ſicut eſt vnum in cõmixtione naturali & non plura. 5. Colliget cap. 57. contra Gale. & ibi aduerte expreſſe colligi ex mente Auer. complexionem ex naturalibus qualitatibus reſultantem eſſe vnum & nõ plura, contra opinionẽ multorũ.

Medicina eſt ars operatrix inuenta ratione, & experimento conſeruãs ſanitatem & remouens egritudine & hæc eſt veracior diffinitio, quẽ in aliquo librorum alicuius Auer. fuit inuenta. 6. Colliget. cap. 1.

Medicinę ars aliquãdo deficit in indiui

diuiduis propter materiales præparationes, quæ ſunt in ipſis, quod eſt quia non eſt impoſſibile, vt ſint duo homines vnius eiuſdem complexionis temperatę ęqualiter, & vtantur vno regimimine, & vnus ipſorum perueniet ad meliorem finem quem conſequi potent per ſuam naturam, in alio vero in eodem regimine generabuntur humores, qui mortem inducēt, & cauſa huius, quia in eius complexione eſt mala pręparatio fixa, quę eſt cauſa, vt in ipſo hęc malitia generetur. 6. Colliget. cap. 1.

Medicina eſt pars in qua neceſſaria eſt pręter vniuerſalium rerum cognitionem, experientia propter q̄ particularia principia habentur in eo quod in vno quoq; indiuiduo fieri debet, & ſcias φ iſta principia omnia ſcribi nō poſſunt, quia ſunt infinita, & iſta pars ſcientię medicinalis nobis vetat habere perfectionem in hac arte, eo quia magis appropriata experientię qūam rationi, & propter hoc dicit Hypocrates, ars longa, & vita breuis. 7. Colliget. cap. 6.

Medicina actualiter frigida vniuerſaliter membris principalibus nō eſt apponenda, licet ſit potentialiter frigida. 7. Colliget. cap. 7.

Medicinæ laxatiuæ facilius & citius expellunt humores ſubtiles qùam groſſos. Et quidam medici dixerunt, quod nunquam dederunt aliquam medicinam laxatiuam ad purgandum aliquem humorem, quin prius purgaretur cholera. 7. Colliget. cap. 9.

Medicinæ multum reſolutiuę reſoluunt ſubtile & groſſum purificant, ſeptimo Colliget. cap. 31.

Medicina eſt ars mechanica, & multi mirabantur de hoc, & ignorauerunt quid ipſi quid dixerim de mechanicis artibus, in ſecundo phyſico ſeptimo. Colliget. cap. 31. in fine, & primo de anima, com. 17.

Medicinæ artis finis eſt habendus ſecundum plus, hoc eſt ſecundum plurimas ægritudines, & plurima indiuidua, & plura tempora: ſicut hoc accidit hominibus malis artibus mechanicis, quia artifex quādoque conſequitur intentionem, & aliquando priuatur ea, & cauſa illarum ſunt media quæ in illa arte cadunt, ſicut maris nauigium & agricultura. 7. Colli. cap. 31.

Medulla eſt excrementum ſanguinis in oſſibus concretus ex. 2. de partibus animalium. cap. 6.

Medulla ſpinæ dorſi non eſt, ſicut cęterę. ibidem.

Medulla ſuapte natura calida eſt, ex ſecundo de partibus animalium, cap. 1. cuius tamen oppoſitum ſentiunt medici.

Medulla cerebri non eſt ſicut medulla quę eſt in oſſibus, quia tu vides φ eſt in eo pars pinguoſa, aut vnctuoſa, quando coquitur ad ignem ingroſſatur & exiccatur, ideo quod pars aquoſa quæ eſt in eo reſoluitur per calorem & remanet in eo pars terreſtris. Auerr. 2. Colliget. cap. de cerebro.

Medulla quæ eſt in oſſibus eſt ſuperfluitas cibi eorum. 2. Colliget. cap. 8. de iuuamentis membrorū conſimilium.

Mel terrę, oleum vero aeris. 4. meteor. tex. cō. 41.

Melancholici parum dormiunt, & multū comedunt. vide cauſam in libro de ſonno & vigi. & Them. ibidem

ibidem.cap.18.
Melancholici habent corpora ſimilia lignis infelicibus natis in regione arida & ſicculoſa.ibidem.
Melius fortaſſe eſt non dicere animam miſereri,aut addiſcere, aut intelligere, ſed hominẽ anima. 1. de anima tex,cõm.64.
Melius eſt exiſtimare ꝙ cauſa in diuerſitate materiæ ſit diuerſitas formarum, non quod diuerſitas materiæ ſit cauſa diuerſitatis formarum. 2. de anima cõ.60.cõſimile, 1. de aĩa. cõ.53.& 2.phyſi.cõ.87.
Melius ſemper prius eſt eo, ꝙ meli' eſt.3.meta.tex.com.11.
Melius eſt ſcire ſermones hominũ vbi certitudo haberi non poteſt quam nihil. 12. metaphy. cõ.45.
Melius a deteriori ſeparari melius eſt,ex.2.de generatione animaliũ. cap. primo.
Meliſſus ad euitandum vacuum negauit motum & cecidit in peius vacuo, quia negauit motum eſſe. 4. phyſi. com.54.
Melius copia prouenit in annis temperatis, hymbribus vero fœtus omnino ſuperat,& vide cauſam. 3. de generatione animaliũ.cap.10.
Mel vernale præſtantius eſt autũnali.9.de natura aĩalium.cap.40.
Mel album oculis & vlceribus ẽ magis cõmodum. ibidem.
Mel autumnale melius eſt. 5. de nã animaliũ.cap.22. mel ex rore colligitur ab apibus.ibidem.
Membrum virile habet hoc propriũ piæ cæteris membris ꝙ augetur & minuitur abſq; aliquo morbo, ex 4. de partibus animaliũ.ca.9.
Membra corporis ſunt ĩ eodẽ gñre, ſed cor antecedit ea. 12.meta.cõ.2.
Membra non mouentur niſi per calorem naturalem exiſtentem ĩ eis loco formę,&propter calorem,qui eſt in membro, & ille non moueť niſi per principium animæ.2.Colliget. cap.18.
Membra in animalibus noſtris,quę non ſunt ſphericę figurę differunt in figura & potencia, ſed in animalibus cœleſtibus pori qui ſunt vitæ membrorum differunt in potẽtia ſolum,ex lib.deſtruc.diſpu.prima, in ſolutione.11.dubij.
Membra omnia quæ ſunt motus gratia ſuperiora ſunt in parte dextra q̃ in ſiniſtra,& eius pars dextra calidior & magis valida eſt & motus a parte dextra incipit, ex 3.de partibus animalium. cap.9.
Membra aliqua inciſa nõ reſtaurantur,vide cauſam ab Auer.ĩ 2. de generatione animalium.cap.2.cõtra Galenum & medicos.
Mẽbra aliqua inciſa continuari,aut reſtaurari non poſſunt, aliqua vero poſſunt,& vide de hoc verã cauſam ab Auer. contra Gal. in.2. de generatione aĩalium.cap.2.vbi q̃rit vtrum ſemen eſt animatũ,ꝑpe finẽ capituli,vbi dicit hoc ex duobus prouenire, vnum eſt debilitas caloris in corporibus exiſtẽs,in cõparatione caloris generatiui .i.exiſtentis in ſemine & ſpiritu gignitiuo;ſecundum vero eſt frigiditas loci extrinſeci,quia accidit ꝙ frigiditas noceat eis & congelat ea anq̃ ꝑficiať eorum figura,vt accidit ipſi oroſboth.
Membra conſimilia ſunt, quorum diffinitio & totius & partium vna eſt. Mẽbra vero cõpoſita ſunt quorũ partes non aſſimilanť partibus. Ex primo Colliget . capitulo de anathomia membrorum , & ibi vide

vide exemplum.

Membrorum quædam ſunt compoſita ex elementis prima compoſitione, & quædam ſunt cōpoſita ſecunda compoſitione mediante prima. 2. Colliget. cap. 1. vbi aduerte quòd ſecundum ipſum in præſenti loco membra conſimilia dicuntur generari ex elementis prima compoſitione, ſed membra officialia dicuntur generari ex elementis ſecunda compoſitione, quia mediantibus cōſimilibus prima generantur. Et animaduerte quòd dictum eſt intellgendum ſano modo, nam ſimpliciter nòn eſt verum & abſolute dictum eius. videlicet quod membra conſimilia generantur ex elementis immediate, immo generantur per media, ſed hoc eſt intelligendum in comparatione membrorum organicorum quę per multo plura media generantur, & iſto modo intelligas dicta eius.

Membra conſimilia ſunt materia compoſitorum membrorum. 2. Colliget. cap. 7.

Membra conſimilia, licet non ſint iſcta niſi propter compoſita, tamen quodlibet eorum habet operationem propriam, quia manifeſtatur plus in compoſito. ibidem.

Membra conſimilia non generantur ex cholera, & flegma & melancholia, ſicut ex elementis, ſicut generatur ex ſanguine. 2. Colliget. cap. 1. & ibi vide cauſam contra medicos, quia in vulua non inueniuntur in actu cholera, flegma & melancholia quæ miſceantur inuicem, vt ex ſui mixtione poſſit reſultare vnum tertium.

Membra frigida in corpore non dicuntur, quia ſunt priuata calore, ſed quia ipſa caliditas decoxit, & frigiditas ea cōgelatur, vnde quia complet ea & dominatur eis, ideo frigida nuncupantur ſimpliciter membra ſicca ſunt appropriata ſiccitati, ideo quia ſiccitas eſt illa q̄ complet & dominatur eis non qa ſunt priuata humiditate, quia mixtio & digeſtio ſtant per humiditatē. Auer. ſententia in. 2. Coll. cap. de complexione membrorum conſimilium.

Membrorum officialium ſanitas in quantum officialia ſunt, conſiſtit in debita qualitate quantitatis in quantum quantitas eſt, & in poſitione ſua naturali. &c. Auer. in. 2. Colliget. cap. de complexionibus membrorum officialium. Vbi aduerte intentionem in illo cap. eſſe ꝙ ſicut ſanitas membri conſimilis eſt complexio eius bona, per quam agit ſuas actiones, aut patitur ſuas paſſiones, ita eſt quædam ſanitas membri officialis, alia ab illa quæ eſt conſimilis, & q̄ ſibi merito conſimilium debetur, quę, videlicet ē, officialis inquantum officiale eſt, & iſta dependet ex debita quantitate figura & numero & ſitu, vnde ſanitas eius vt ſic, eſt idem quod bonum plaſma.

Membra non exercent actiones & paſſiones niſi per calorem innatū, infuſum eis vltra calorem cōplexionalem, qui eſt in membris conſimilibus, & hoc eſt demōſtratum per ſcientiam demonſtratiuā & cognitum per experientiam anothomię. 2. Colliget. cap. 7. vbi paulo poſt dicit ꝙ aggregatum ex iſtis duobus caloribus eſt, ſicut forma

per

per quam membrum agit & patitur. & hoc eſt quod moderni dicũt complexionem innatam actuatã per influentem.

Membra inordinata ſunt ad attrahendum ſuperfluitates ſanguinis non trahunt, niſi quia ſunt ſibi cõuenietes in cibo, & ſcias hoc, & ne tradas obliuioni. Auer. 2. Colliget. cap. 9. de iuuamentis membrorũ officialium. Vide in concordantijs nuper editis.

Membra non agunt neq, patiuntur niſi per calorem naturalem cõtemperatum per frigiditatem proportionatum ei, quia declaratum eſt ĩ naturali philoſophia ꝙ frigiditas eſt, ſicut inſtrumentum temperãs calorẽ nãlem qui eſt primũ agens & ſubſtantiale, ideo quodlibet mẽbrum operatur ſuam actionẽ per illum calorẽ correctum cũ illo inſtrumento cõuenienti ei: & quãdo frigiditas aduenit ei nõ multa, ita ꝙ calor nõ egreditur ſuam formã naturalem, tunc diminuitur operatio membri, ſicut in cibis qui aſcẽdunt in ſtomacho, ſicut in ſanguine flegmatico qui generatur ĩ epate, & quãdo calor agens breui augmentatione, ita non trahit calorẽ agẽtem a ſua forma naturali multum, tunc fit mala augmẽtatio in opatione mẽbri, ſicut in ſtomacho generante fumoſitatem ex cibis, & ſicut in epate generãte multã choleram fit magnũ augmẽtũ in calore vel frigiditate, ita ꝙ calor naturalis membri exeat a ſua forma naturali, tunc mẽbrum operabitꝰ operationẽ contrariam operationi naturali, ſicut ſtomachus qui corrumpit cibos. Auerro. aurea ſententia in. 3. Colliget. cap. 21. de accidentibus ſuperuenientibus virtutibus epatis.

Membri operatio non cõpletur niſi p calorem cõparatũ menſuratũ, & nõ eſt differentia ex qua qualitate exeat tẽperantia. 3. Collig. cap. 5 & idem ibidẽ. cap. 32. vbi dicit ꝙ mẽbrum non agit, neq; patitur naturaliter niſi pp complexionem tẽperatam in quatuor qualitatibus.

Membra fortia expellunt ſupfluitates ad membra debilia, & ad hoc adiuuat cõmunicatio membrorũ & habilitatio viarum. 7. Colliget. cap. 28. & 29.

Membrorum vtilitas in ſua cõpoſitione duplici principio dignoſcitꝰ, primo referẽdo illam ad actum. 2. vero ſi ratione & cognitione variãtes membri conſtructionem nullã magis rationabilem & idoneam inueniamus. Gal. in. 3. lib. de vtilitate particu. cap. 13. De prima ſuppoſitione etiam vide ipſum in. 1. lib. cap. 8. vbi authoritate Hippocratis confirmat illam aſſerens omnia membra ſibi eſſe compaſſibilia in miniſterium vnius operationis, &c.

Membra cerui non differunt a mẽbris leonis niſi quia anima differt ab anima, & hoc etiam manifeſtũ eſt in indiuiduis eiuſdem ſpeciei, & ideo diuerſi ſunt mores, primo de anima. cõm. 52. idem Gale. in primo de vtilitate particu. cap. 1. & Hippocrates aſſerebat ludibres animas, ludibria corpora fuiſſe ſortitas vt aſſerit Gale. ibidem. cap. 22. vbi de ſimio loquitur, & ibidem dicit Ariſto. dixiſſe vniuerſalia quælibet ornata eſſe ornatu ſibi competenti, vide etiam a Gale. eãdem ſententiam in tertio de vtilitate particu

particula. in fine vltimi capitu. vbi etiam de ſimio confirmat naturã dediſſe & ad mores animæ & virtutes corporis vtiles particulas. vbi collige cauſam diſtinctionis principalem eſſe a forma, non ſolum ĩ diſtinctione ſpecifica, verumetiam in diſtinctione numerali contra Diuum Thomam & Egidium Romanum.

Memoria brutorum differt a memoria hominum, quia homo nõ ſolũ meminit ſe vidiſſe aliquando audiuiſſeue, ſed etiam futurum tempus a præterito diſcriminat. bruta hoc ſolum cognoſcunt ſe mõ corruere, aut olim corruiſſe: item homo recordari ſe percipit hoc mutis negatum eſt. Themi. in primo lib. de memoria & reminiſcentia. cap. 5. inde patet error ponentium bruta cognoſcere per eandem virtutem ſuam actionem.

Memoriȩ bonitas attribuitur habẽtibus cõplexionem mediã, & ideo iuuenes habent bonã memoriã, & obliuio accidit pueris & ſenibus ꝓpter humiditatem accidentalem, ex libro de memoria & reminiſcẽtia in fine.

Menſura in vnoquoq; genere quod minimum, ſecundo cœli. tex. cõm. 28. & 10. meta. t. c. 3. & 4.

Menſura cuiuslibet generis eſt quo primo vnumquodq; cognoſcim⁹. 5. metaph. tex. cõm. 12. idem. 10. meta. tex. cõm. 3. vbi Cõme. dicit cõmẽ. 12. in loco allegato, ꝙ menſura in omni genere eſt magis manifeſta apud nos.

Mentitus eſt, non ſimiliter q̃ dixit quatuor eſſe qnq; ſicut ille qui dixit quatuor eſſe mille. 4. meta. tex. cõ. 18. Ex quo elicitur ꝙ eſt latitudo in falſitate, ſicut & in veritate. nam ſicut prima principia ſunt notiſſima in veritate, & per acceſſum ad illa mẽſuratur veritas aliarum propoſitionũ, illud enim eſt verius, quod eſt primo vero ꝓpinquius, vt dicit Ariſto. in eodem. 4. metaphy. tex. com. 18. Similiter oppoſita primorum principiorum ſunt notiſſima in falſitate, & ſunt ſumma in illo genere. Et iſta etiã eſt ſententia Augu. in primo de trinitate cap. 1. quod magis fallit qui opinatur deum eius eſſe potentiæ, vt ſeipſum ipſe genuerit: quã qui opinatur deum eſſe cãdidum, aut qui opinatur deum eſſe nunc obliuiſcentem, nunc vero recordãtem, nam illa in corpore, hȩc vero in animo reperiuntur. ſed qui opinatur deum gignere ſeipſum eo plus errat: eo ꝙ non ſolum, qa deus ita eſt, verum etiam nec ſpiritualis, nec corporalis creatura, nulla enĩ res ſeipſam gignit vt ſit.

Menſibus fluentibus mulier poteſt concipere ibidem in. 7. de natura animalium. cap. 2.

Menſibus fluentibus imp̃gnantib⁹ accidit vt pua pariãt, & proles, aut minus vitalis, aut infirma procreetur. ibidem.

Menſtrui & ſeminis eadem natura eſt. ex libro de inſomnijs. Ariſt. vbi aduerte ꝙ Themi. in cõment. ibidem. cap 10. dicit ꝙ viri etiam ſua menſtrua patiuntur. & ego noui quẽdam qui ſingulis menſibus ſanguinem hemorroidalem patiebatur, qui erat iam octuagenarius.

Menſtruis fluentibus macula imprimitur ſpeculis. ibidem. & vide cauſam quia difficilius aſtergitur in ſpeculis nouis q̃ antiquis.

Menſtrua ſunt excrementum ſicut ſemen in maribus, primo de generatione animalium..19.

Menſtrua fluunt in feminis illa ætate, qua ſemen eſt in maribus, & illa ætate qua mares deſinunt habere generandi facultatem menſtruorum ꝓ fluuium, ceſſat in feminis. ibidem.

Menſtruis fluentibus magna ex parte feminis neq; mariſcæ, neq; varices, neq; fluxus ſanguinis narium accidere ſolet. ibidem, Auerroes iſto modo interpretatur ꝙ generatio deficit in feminis, quando mēſtrua deficiunt, ſicut deſinit in maribus gñatio deſinente genitura.

Menſtruorum pro fluuium eſt ſolū animalibus viuiparis datum eſt. ibidem. cap. 19.

Menſtrua non ſunt in mulieribus, quia ſint calidiores viris, vt quidā antiquorum opinati ſunt. immo accidit propter frigiditatem complexionis earum, ex qua accidit indigeſtio. ibidem.

Menſtruū & genitura, licet vtrunq; extremum ſanguinis ſit, differunt tamen quia menſtruum eſt extremum inconcoctum, genitura vero eſt extremum perfectiſſimæ cōcoctionis.

Menſtrua quare non apparent in feminis aliorum animalium, ſicut in mulieribus, vide Auerroim ibi. & Ariſt. ibidem. cap. 20.

Mēſtrua nullo circuitu certo deſcribuntur, tendunt tamen mouen decreſcente menſe, & vide cauſam in ſecundo de generatione animalium. cap. 4.

Menſtrua nulli generi auium contingunt, ſed ſolum animalibus ſanguineis viuiparis, ſed oua in auibus ſunt excrementa, ſicut menſtrua in mulieribus. Auer. in. 3. de partibus animalium. cap. primo elicitur ex tex.

Menſura quęlibet finita eſt. 10. metaphyſi. tex. cōm. 3. & 4. & 3. phy. commen. 59.

Menſura debet eſſe eiuſdem generis cum menſurato. 10. metaphyſi. tex. commen. 4. & 4. phyſi. comm. 119. & 133.

Menſura prima in aliquo genere ē indiuiſibilis. 10. meta. tex. cō. 3. & 4 &. 4. phy. t. cō. 133. & 6. phy. 64.

Menſurantia ſe adinuicem ſunt illa, in quibus eſt equalitas. 7. phyſi. commen. 21.

Menſurantia ſe adinuicem ſuperponuntur, 7. phyſi. cōm. 24.

Menſura quarta non datur, ſecundū quàm diuidi poſſit magnitudo. 1. cęli. commen. 2.

Menſura non eſt differens a menſurato niſi multitudine, quia nō eſt menſuratum niſi plura metra. 4. phyſi. tex. cōmen. 133.

Mens duplex, equiuoca ſeu ſecundū prius & poſterius. & vniuoca. 4. phyſi. commen. 133.

Menſurandi ratio primo inuenitur in quantitate, hinc enim venit ad alia metrum. 10. metaph. tex. cō. 2. & pręcipue habet locum in quātitate diſcreta, quia in illo primo ĩuenitur ratio menſurandi.

Menſuræ rationem habet vnū principium in vnoquoq; genere. ibid.

Menſuræ diffinitio eſt illud ꝑ quod menſuratur quantitas diſcreta. 10. metaphy. tex. cōm. 2.

Menſuræ rationem illud habere dicitur, quo primo vnumquodq; cognoſcimus. 10. metaphyſi. tex. commen. 3.

Menſura

Menſura habet rationem minimi & indiuiſibilis, aut ſimpliciter, aut ſecundum ſenſum, vel inſtitutionem, elicitur, ex. 10. primæ philoſophiæ. tex. com. 3.

Menſura eſt vnigenea menſurato. 10. meta. tex. cõm. 4.

Menſurę non omnes ſunt eodẽ modo indiuiſibiles, ſed quædam ſunt indiuiſibiles ſimpliciter, & quædã ſecundum inſtitutionem. 10. metaphyſi. tex. cõm. 4.

Mens ſola extrinſecus accedit eaq; ſola diuina eſt, nihil enim cum eius actione cõmunicat actio corporalis. Ariſt in 2. de generatione animalium. cap. 3. Dicit Petrus Pompon. in ſuo definitorio. cap. 13. ipſam authoritatem principaliter intelligi de animabus cęleſtiũ corporum nõ de intellectu humano, nam Ariſt in iſtomet loco dicit, animam ſenſitiuam & intellectualem prius eſſe in potentia quã in actu, & iſta eſt conditio generabilium & corruptibilium ꝙ quandoq; ſunt poteſtate, qnãdoq; actu. Sed fallitur per vitam meam, quia Ariſt. ibi nullam quæſtionem mouet de anima corporis æterni vtrũ de foris accidat vel non, ſed ſolum de anima & virtutibus animæ exiſtentibus in animali generabili & corruptibili, nam propoſitis duabꝰ queſtionibus, quarum altera erat de ſemine, ſi non ſit pars conceptꝰ quo natura vertatur eius corpulentia; & altera de anima ipſius animalis, vtrum in ſemine & cõceptu ſit. 3. q̃ſtio eſt de mente ſeu intellectu, quonã tẽpore & q̃uo eam recipiunt q̃ proprium impartiri poſſunt, hoc enim vt aſſerit plurimũ dubitatur, & incipiens a ſoſone. 2a q̃onis, dicit animã vegetabilẽ ſen- ,,
ſibilem pariter & intellectualẽ priꝰ ,,
eſſe in potentia q̃ in actu, ſed tunc ,,
ſubdit ꝙ, aut omnes contingere ,,
cum ante non eſſent neceſſe eſt, ,,
aut omnes cum ante fuerint, aut ,,
partim cum ante non fuerint, & ,,
contingere, aut in materia non ſubeuntes ſemen maris, aut eo quidem inde venientes, ſed in mare aut omnes extrinſecus contingere, aut nullã, aut partim extrinſecus, partim nõ extrinſecus. In q̃bus verbis manifeſte dedit ĩtelligi, ꝙ licet oẽs iſte tres animæ cõueniãt ĩ hoc ꝙ prius dicũtur eſſe in potentia q̃ in actu, eſt tamẽ difficultas an iſte modus poteſtatis ſit vniuocus vel equiuocus, ſaltem analogus. Alioquin iſta diuiſio incaſſum fuiſſet adducta. & ideo Ariſt. determinãs hoc ſubdit, cęterum omnes ante eẽ impoſſibile his rationibus oſtenditur Quorum enim principiorum ,,
actio eſt corporalis, hæc ſine cor- ,,
pore in eſſe non poſſunt: v.g. am- ,,
bulare ſine pedibus, itaq; extrinſe- ,,
cus ea venire impoſſibile eſt, nec ip ,,
ſe per ſe accidere poſſunt, cũ inſepa ,,
bilia ſint, neq, cum corpore, ſemẽ ,,
enim excrementum alimenti eſt, reſtat igitur vt mens ſola extrinſecus accedat, eaq; ſola diuina ſit. nihil enim cum eius actione cõmunicat actio corporalis, vbi patet Ariſt. ſoluere quæſtionẽ de mente hominis, quia de ea quærebatur, quo tempore & q̃uo, & vnde eam recipiãt ea quæ principium participant, & qs eſt a deo rudis, hoc nõ eſſe q̃ſitum niſi de intellectu q̃ ẽ in nobis? non eſt enim dubium apud Peripateticos quo tẽpore accedat intellectus in corporibus cœleſtibus,

bus, & quomodo & vnde corpora cęleſtia recipiant tale principium. Nam apud Ariſt. corpora cœleſtia ab æterno ſunt animata & viua, & intelligentia ab ęterno. Oſtenditur etiam hoc ex ſolutione quæſtionis primæ ibi motæ, in qua quærebatur quid fiat de corpulentia genituræ, formato fętu, nunquid ſit pars conſtitutę magnitudinis, & quia dixerat in ſemine cõtinere calorẽ nõ igneum, ſed cœleſtem, qui eſt radix & proprium vitæ, dicit ſcire ſolummodo iſtã quæſtionem [corpus autem geniturę in quo ſemen animalis principij contentum vna prouenit].i. vt exponit Ioan. Grammaticus, calor qui eſt ſemen & radix animali principij, i. animę [quę habet inanimare corpus partim ſeparabile eſt a corpore].i. iſtud proprium aĩale, ideſt anima ipſa partim inq̃ eſt ſeparabile a corpore. & tale principium animale, & declarat in quibus hoc verificetur, & dicit [in quibus diuina pars comprehenditur quæ mens appellatur].i. in hominibus, in iſtis enim generabilibus mens non eſt niſi in hominibus tantum [partim vero inſeparabile] hoc dicit propter alias virtutes animæ, quæ ſunt inſeparabiles a corpore [hoc inq̃ genituræ ſententiæ diſſoluitur verſumq; in ſpiritu euaneſcit] &c. Vbi clariſſime patet Ariſt. loqui de mente quę eſt in nobis & dicitur aliquo modo in ſemine contineri, extrinſecus. ſ. modo iam declarato, vbi iſta, intelligẽtiæ cœli minime adaptari poſſunt, immo Alexan. in tracta. de intellectu, iam etiam intelligit hæc de intellectu agente, vt terminat generationem hominis, & non vt eſt in intellectus rerum cœli &c. Vide igitur penè ad quid deueneris cũ tua pertinacia qui vis intellectum hominis ſm Ariſt. eſſe mortalẽ, & nõ vides q̃ alia ratione intellectus dicitur eſſe in potẽtia in ſemine, & alia ratione anima negatiua & ſenſitiua, quia intellect⁹ terminat extrinſecus, ſed vegetatiua & ſenſitiua sũt per ſe terminus intrinſece generationis, & quis potuit per vitã meã locum iſtum melius interprætari q̃ Theophraſtus qui viua voce audiuit Ariſt. cuius hæc eſt ſententia referente Themiſt. in 3. de animã in cap. 39. inquit enim de intellectu poteſtatis hęc dicit Theophra. quomodo intellectus poteſtatis hõmini extrinſecus accedat, quomodoque tanq̃ appoſitus inuectuſq; „ ſit, quæritur quemadmodum con- „ genitus vobis dicatur, demum quę „ natura confirmatio naturaq; eius „ ſit. Certe id quod dicitur nihil a- „ ctu eſſe intellectum ad poteſtatem „ omnia recte hactenus dicitur, quẽ „ admodum & in ſenſu, non tamen „ vſque ad viuum reſecanda res eſt; „ neque tamen nihil actu probãdus, „ vt neque ipſemet ſit, calumnia hęc eſſet, & oratio contentioni cauilloque proxima, ſed ita intelligẽdum vt in animo talis quædam ſui generis potentia ſit, pro ſubiecto formarum, ac gremio qualis in rebus materialibus facultas illa eſt, quæ conſtitutioni earum & concretioni ſubſternitur. porro quod dicitur mentem extrinſecus accedere, non ita ſtatuẽdum eſt. vt qui veræ appoſitus inuectuſque habeatur: „ ſed vt qui ſtatim ab ortu quaſi cõ- „ præhendere nos complectique ſo- „ leat &c. Verum de hoc fuit ſer-

mo prolixus, habitus a nobis in ſpetiali tractatu de hoc, quid ſenſerit Ariſt. de Imortalitate intellect⁹ humani, ibi.n. oſtendimus cauſas erroris iſtius viri, qui non diſtinxit apud Ariſt. inter animam & intellectum, & credidit ꝙ ſi hominis intellectus habet operationem nõ dependentem a corpore, vt a ſubiecto ꝙ hoc non ſufficit ad demonſtrantẽ ipſum eſſe vere intellectualem, & tñ hoc eſt falſum. Nã Ariſt. in 8. phyſicæ auſcultationis ex hoc ꝙ primus motor mouet æterno tẽpore, demonſtrauit ipſum eſſe abſtractum a magnitudine, quia virtus in magnitudine exiſtens non poteſt habere operationem æternam, igitur virtus quæ non eſt in magnitudine eſt abſtracta, ſi per te intellectus humauus non eſt virtus in magnitudine, quia nullius corporis eſt actus, igitur eſt virtus abſtracta. Nec valet fictio illa de cõſequentia, quæ habetur primo de anima tex. cõmen. 12. ꝙ ſi intelligere eſt phãtaſia, aut non ſine phãtaſia, quód propterea credis dictũ hoc fuiſſe ꝙ requiratur ad hoc ꝙ intellectus ſit vere abſtractus, oportet ꝙ non dependeat a corpore, nec vt a ſubiecto, nec vt ab obiecto, & ideo Ariſtote. dixit phantaſiam, vt denotet ꝙ eſt in ſubiecto, vel non ſine phantaſia, quia dependet ab obiecto, o Petre quantum erras, nõ eſt intentio Ariſtotel. iſta, alioquin ipſe ſibi contradiceret. Nam primo de anima tex. commenti tertij dicit. inquirimus autem contemplari, & cognoſcere natuarm eius & ſub ſtantiam, & quæ ſunt propriæ paſsionis ipſius, & quæ communes, ſed conſequentia Ariſtote. fuit dicta propter antiquos, qui poſuerunt intellectum eſſe phantaſiam, & ſecundum fuit appoſitum ſecundum mentem propriam, & tunc conſequentia Ariſtote. eſt ibi, ſed oſtendam difficultatem, nam fuit maxima difficultas, an intellectus intelligat abſtracta per eſſentiam, tunc enim operatio illa eſt abſtracta, vtroq; modo & a ſubiecto & ab obiecto. Vnde ſi nullam haberet talem operationem, intellectus iſtæ abſtractus non eſſet, ſed iam hoc ſequitur licet in tertio de anima, iſta quæſtio non fuerit determinata, eſt tamen determinata alibi, vt notat Diuus Thomas in nono primæ philoſophię, in textu commen. vlti. & Cõmentator & etiam græci expoſitores ibi. iſta igitur conſequentia eſt ad oſtendendum difficultatem de qua eſt inquirendum, ſed non eſt aſſertiue tenenda, & Ariſtote. in tertio de anima locut⁹ eſt de iſta intellectione, quam paſſim experimur in nobis, ſed de alia dixit eſſe conſiderandum poſterius. tamen omnes Peripatetici præcipui, vt Theophraſtus, Alexander, & Auerr. ponunt illam, vt patet intuentibus opera ipſorum.

Memnonis ambiguitas tangitur 3. metaphyſi. tex. cõmen. quartidecimi. & in prologo primi poſteriorum analyticorum.

Meridionalis pars velocius recipit frigiditatem q̃ caliditatem, Commentator ſecundo metheororum, cap. ſecundo.

Merularum duo ſunt genera, nigrũ & candidum, nono de natura animalium cap. 19. vbi dicitur candidum ſolum circa Cyllenem Archadię

diẽ & non alibi naſci.

Metaphyſica eſt de rebus nõ admixtis cum materia, & ſi conſiderauerit in rebus admixtis cum materia, conſiderabit in modo ſecundum quem non admiſcentur cum materia. verbi gratia, res naturales diuidi in potẽtiam & actum vnũ, & multitudinem & ſubſtantiam & accidens. ſecundo meta. cõmẽ. vlti. Vbi aduerte ꝙ entis quod eſt ſubiectum in metaphyſica ſunt tres diuiſiones eſſentiales. videlicet, per ſubſtantiam & accidens, de qua diuiſione Ariſtot. egit in tractatibus de ſubſtantia. videlicet in 7. & in 8, metaph. iſti enim libri appellantur tractatus de ſubſtantia. ſecunda diuiſio eſt per potentiam, & actum, de qua agitur in nono metaphyſi. tertia diuiſio eſt per vnum & multa, de qua agitur in 10. meta. ita notabiliter ſcribit Auer. in prohemio ſeptimi primæ philoſophiæ. Aduerte autem ꝙ res nõ admixta materiæ, aut ſeparata a materiã duobus modis, vel ſecundum eſſentiã, quia nunq̃ ſunt in materia, ſed habent exiſtentiam extra materiam, vt deus & intelligentiæ. quædam vero ſunt ſeparata uel non admixta materiæ per indifferẽtiam, quia ratio eorum ſaluari poteſt, & in rebus materialibus, & in rebus ſeparatis a materia ſecundum eſſentiã, ſicut eſt ſubſtantia & actus & potẽtia, & ens & vnum & multa, & id genus & ſcientia diuina dicitur eſſe de abſtractis a materia vtroq; modo, vnde omnes res naturales conſiderarę ſub iſtis rationibus tranſcendentibus, vt ſic a diuino conſiderãtur, ſicut dicit Commentator ſecundo phyſic. commento quarto. & 21. & ſeptimo metaphyſic. commento quinto, & nono. & duodecimo metaphyſic. commento primo. quinto. & 29. & alibi infinities &c.

Metaphyſica diuiditur in duas partes, ſicut enim ſubſtantia eſt duplex, ſenſibilis & abſtracta 5. meta. tex. cõ. 4. vbi dicitur quot ſunt partes ſubſtantiæ, tot & philoſophiæ. i. primæ philoſophiæ, vt exponit ibi Commentator.

Metaphyſica quare ita dicatur, vide 4. meta. cõ. 4.

Metaphyſica ſumit numerum motorum ab aſtronomica ſcientia, ex paraphraſi meta. Auer. tract. primo cap. primo.

Metaphyſica diuiditur in tres partes, in prima agitur de ſubſtantiis, vel rebus ſenſibilibus inquantum ſunt entia. in ſecunda de principiis ſubſtantiæ, quæ ſunt res ſeparatæ, & de attributis earum, & iſtæ duæ partes ſunt neceſſariæ. tertia vero pars diſputat & ſpeculatur de ſubiectis ſcientiarum particularium, & remouet errores eorum in quos inciderunt antiqui, ſcilicet in ſcientia logicali, & in duabus ſententiis particularibus, ſcilicet in naturali philoſophia, & mathematica, & iſta eſt melioris notę gratia, cum modus eſſe plurium ſubiectorum ſcientiarum particulariũ, & modus eſſe ipſorum ſit ex rebus per ſe notis, ſed cecidit in eis error apud antiquos, & eſt de perfectione ſcientiæ ſoluere errores. Aduerte quòd dicit iſtam ſcientiam ſoluere errores circa ſubiectum logicę, propter ſcire quod eſt ſubiectum in ea 3. cœ. cõmẽ. 4. Nam 4. primæ philoſophię diſputatẽ cõtra

antiquos negantes ſcientiā eſſe, & ex hoc patet error illorum, qui aſſe runt Ariſt. in prohemio poſteriorum analiticorum facere hoc ex paraphraſi metaph. Auer. tractatu 1. ca. 1. Vide etiam aliam diuiſionem meta. bimembrem penes tres diuiſiones entis in prohemio ſuper ſeptimo metaphyſicæ.

Metaphyſica habet cōſiderare de ente ſimpliciter, & de generibus & differentiis in quas diuiditur eſſentialiter. 9. meta. cō. 1. idem 4. & 6. meta. in principio.

Metaphyſicus conſiderat principia ſcientiarum cōmuniter, 11. primæ philoſophiæ. cap. 5.

Metaphyſicę vtilitas eſt in nobiliori & altiori gradu, licet ſit de genere vtilitatis ſciarum particulariū, nō eius proportio ad alias eſt proportio finis & perfectionis cum ꝑ eius cognitionē habeatur ſciā cauſarum entium, quod eſt intentum cognitionis humanæ, ex paraphraſi meta. Auer. tract. 1. cap. 1. ſic intelligas dictum eius. 12. meta. cō. 44. vbi dicit. ꝙ per hanc ſcientiam inuenitur homo in ſua vltima perfectione eſſendi, & vide quę ſcripſerim olim in cōtradictionibus prologi Auer. in 1. phyſic.

Metaphyſicæ ordo ē vt locetur poſt ſcientiā naturalem, nam vt dixim⁹ ipſa vtitur pro radice ſuppoſita eo quod illic fuit declaratū de eſſe virtutum, quæ non ſunt in materia. Et veriſimile eſt ꝙ hæc ſcientia vocetur meta. propter ordinem eius in doctrina licet ſit prima ī eſſe, ex paraphraſi Auer. in meta. tract. 1. cap. 1. Ex quo elicitur ordinē doctrinæ in ſcientiis ſpeculatiuis eſſe vt præcedat ſcientia mathematica, poſtea naturalis, & poſtremo ſcientia diuina. cuius oppoſitum tenuerunt Platonici, & Albertus ex latinis, & Auicenna. Idem Simplicius in prologo primi phyſicorum, vbi dicit, ꝙ ideo metaphyſica dicitur, quia poſt naturalium rerū cognitionem ordinata eſſe videtur.

Metaphyſica pro maiori parte vtitur demonſtrationibus ſigni, nam ſemper accipimus ſignum a rebus notioribus nobis ad notiores naturæ, Auer. in paraphraſi meta. tract. 1. in principio.

Metaphyſica vt plurimū vtitur declarationibus logicalibus, & qualiter. vide in paraphraſi metaphyſica tract. 2. in principio.

Metaphyſicæ duodecimus quid conſideret, vide in tract. 4. & paraphra. metaphyſicæ.

Metaphorę non ſunt vſitandæ in doctrina demonſtratiua, colligitur ex ſentētia philoſophi in 2. poſte. tex. cō. 22. vbi habetur ꝙ nō eſt diſputandum, neq; diffiniendū per metaphoras. ita etiam iubet in 2. topicorū. cap. 2. vbi dicit. nam mentientes, & qui quod ineſt alicui in eē dicunt, peccant, & qui nominibus extraneis res appellant, vt plantā hominem tranſgrediētes nominationem, & hoc dicit propter Platonē qui diffiniebat, eſſe plantam inuerſam, & Cōmentator in 1. cœli cō. 106. contra plurimos inquit. ꝙ aut peccant, aut deuiant a veritate, aut male docēt, & luciddiſſimus Them. „ in paraphraſi primi de anima. cap. „ 20. inquit. nam non eſt ęquum in „ altiſſimis philoſophiæ quæſtioni- „ bus, aliud ſentire, aliud dicere, cum „ enim ſemper res digna homine „ eſt ne a mente vera diſſentiant, tū

id

id maxime in rebus obſcuris & crebris obſeruandum, quo ea quæ ſuapte ingenio, & natura remota & condita videantur verbis illuſtribus & q̃ maxime poteſt declarantibus vendicantur a tenebris. Hoc etiam colligitur ex ſententia Philoſophi in ſecundo metheororum. cap. 1. vbi impugnat opinionē Democriti de mari, vbi. d. illam opinionem eius non deficere a fabulis Eſopi, & magis reprehendit ipſum, quia Eſopo licebat more poetarum aliquid in metaphoris tradere, ſed Philoſophis veritate inquirentibus non licet hoc facere. & ex illo loco poteſt etiā Homerus defendi a dictis Ariſto. qui in ſecundo phyſico. dixit poetam deriſoriè appoſuiſſe mortem eſſe finem propter quem nati ſumus Nam dicam ſibi ꝙ licet ſecundum veritatem finis habet rationem boni: & phyſicè mors finis dici nō poteſt, tamen poetis quibus datum eſt in metaphoris poſſe loqui hoc bene licuit. Et confirmatur, quia ipſemet Ariſto. in quinto metaphyſi. cap. de perfecto, & eſt in tex. cōmē. 21. expreſſe dicit, ꝙ mors ſecundū metaphoram dicitur finis, vnde credendum eſt Ariſto. non increpaſſe Homerū ex eo quod poeticè vſus eſt illo ſermone metaphorico, quia tunc contradiceret ſibiipſi in locis allegatis, & in ſua arte poetica, ſed locutus eſt ſecundum rei naturam, Et ex hoc frater mi colligere quantum Ariſt. abhorreat locutiones iſtas metaphoricas in ſententiis ſpeculatiuis, quarum finis eſt veritas, quod pleruinque poetarum ſermones metaphoricos damnant quibus datum eſt ex arte metaphoricæ poſſe loqui. Et ideo caueat Alexand. & ſequaces eius tenentes ex mente Magiſtri intellectum materialem eſſe mortalem, quum Ariſtote. in tertio de anima. & in primo & ſecundo appellet eum ſimplicem, immixtum, incorruptibilem, immortalem atque diuinum, oporteret enim omnia iſta metaphoricè poetarum more interpretari, ſicut bene etiam notauit Commentator in tertio de anima. in cōmento quinto, quòd opinio iſta manifeſte diſcordat, & a verbis Ariſtote. & a demonſtratione eiuſdē. & nota bene hoc. nota tamē quòd vbi eſt indigentia nominū in propria ſignificatione poſſunt vti tranſumptione & metaphoris, vide Themiſtium in libro de Memoria & Reminiſcentia. libro primo cap. vndecimo. & eſt etiam ſententia Alexand. in paraphra. de anima. in capitulo de phantaſtica virtute.

Metaphoræ non ſunt adducendæ in doctrina demonſtratiua, regula eſt Ariſtotel. in ſecundo poſteriorum. vbi docet & præcipit non eſſe diffiniendum, neque diſputandum in metaphoris. Nota tamen ꝙ licet quandoq; vti in rebus quæ non poſſunt intelligi per comparationem ad alterum, vt ſcribit Cōmentator primo phyſi. cōmen. 81. vbi Ariſto. dicit materiam appetere formam, ſicut turpe pulchrum, & fœmina marem, & habetur etiā in tertio de anima cōmen. 14. de intellectu qui comparatur tabulæ non ſcriptæ. item fallit vbi vera vocabula definiunt, tūc enim ars imitatur naturam in hoc, quę ſemper de poſſibilibus facit quod melius eſt, & ideo ex nominum carentia

propriorum poſſumus abuti verbis metaphoricis, ita notat Alex. pulchre in paraphraſi de anima. in ca. de phãtaſia. idem abbreuiator eius Themiſt. annotauit in ſimili in 1. libro de Memoria & Reminiſcentia. cap. 11. vbi loquitur de impreſſione & veſtigio in ſenſu derelicto. inquit enim. illud .n. nemo ignorat cum impreſſionem, aut effigiẽ, aut figuram dicimus abuſionẽ eſſe nominum, nam proprie impreſſio & ſigillum receſſu & eminẽtia parum conſtat. Nota etiam ꝙ licet in doctrina demonſtratiua nõ liceat niſi in iſtis caſibus, licet tamẽ poetis ad libitum iuxta illud. Oratij in arte.

Pictoribus, atque poetis.

Quidlibet audendi ſemper fuit ęqua poteſtas.

Minima pars ignis eſt compoſita ex materia & forma 3. met. cõ. 17.

Minus eſt ante maius in generatione, quia maius reſoluitur in minus 1. metaphy. cõ. 14.

Minimus color eſt terminatus per ſe, ſicut minima forma, & ita eſt in corporibus ſimplicibus, ſicut in cõpoſitis 6. phy. cõmen. 49. idem ibidem. cõmen. 91.

Minus exit a via naturali qui dicit omnia moueri, q̃ qui dicit omnia quieſcere, licet vtrunq; ſit falſum. Cõmẽ. 8. phyſicorum. in principio cõmenti 23. quod ideo dixit, quia natura licet ſit principium motus & quietis, tamen analogicè, vt ſcribit Commenta. in ſecundo phyſic. cõ. 1. & 3.

Minus aliquo non eſt neceſſe paucũ eſſe. 10. meta. t. cõ. 21. quia vt dicit Cõmen. in cõ. non ſequitur ꝙ omne quod minus eſt aliquo, ſit diuiſibile, ſed poteſt eſſe omnino indiuiſibile, & iſta eſt diſpoſitio vnius cũ duobus, & ideo vnũ non eſt paucũ.

Minima pars ignis eſt terminata 6. phyſi. cõmen. 32. & 91. 1. phyſico. 36. 37. 38 & 8. phyſi. 44. & ſecundo de anima 41. & 97. 7. phyſic. cõmẽ. 2. 8. phy. 62. 1. cęli. 116. & 3. cęli cõ. 9. 6. etiam phy. 49. & 57.

Mixtio priuationis cum materia, eſt cauſa in hoc ꝙ deſiderium naturale eſt in materia ad recipiendũ formam. 1. phy. cõ. 81.

Mixtum quodlibet cum materia neceſſe eſt vt fiat a mixto cum materia, & quodlibet non mixtum cum materia, ſit quoquo modo a non mixto cum materia. 7. meta. cõm. 31. põdera ly quoquo modo, quia in abſtractis a materia non eſt propriè factio, aut generatio, ſed ſm ſimilitudinem 4. cœli cõ. 1. & 12. meta. cõ 44.

Mixtum quodlibet vt declaratũ eſt in 4. metheorꝝ, conſiſtit ex dominio partis calidę agẽtis & partis humidæ patientis, cũ quibus ſit mixtio & coctio. Auer. in 2. Colli. cap. 1. vbi impugnat opinionem medicorum de diſtemperantiis complexionum ſimplicibus. Vbi aduerte ꝙ ex mente Ariſt. in 4. metheoro. videtur fuiſſe omne mixtum perfectum cõparatione ad equale ad pondus, eſſe plus calidum q̃ frigidum, & plus humidum q̃ ſiccũ, propter præfatam rationẽ, quã Auer. bene perpendit.

Mixtio & compoſitio differũt, quia id quod ex quibuſdam cõmixtũ, ex his eſt quibus cum admiſcetur, ſed non illa, ſed compoſitum eſt illa, ex quibus conſtat, ſed compoſitione quadam & ordine. Alexã. in para-

paraphraſi de aĩa cap. de phantaſia. hinc ſcire potes mixtum dicere naturam diſtinctam, & ſuperadditã miſcibilibus, aliter mixtio eſſet ad ſenſum, vt dicitur in fine primi de generatione & corruptione. Et inde nota ꝙ ſubſtantia compoſita dicit tertiam entitatem a componentibus diſtinctam, contra vulgares.

Mixto exiſtẽte, neceſſe eſt ſimplicia eſſe 1. cęli. tex cõ. 97.

Miſceri paſſiones & formæ nõ poſſunt. 1. de genera & corruptione. tex. cõmen. 83.

Miſceri quodlibet cum quolibet impoſſibile eſt. ibidem.

Mixtio & generatio differunt. ibid.

Mixtio & augumentum differunt. ibidem.

Mixtio & alteratio differunt. ibidẽ.

Mixtum eſt aliud a miſcibilibus in actu. 1. de generatione. tex. cõ. 84. idem. 7. metaphy. tex. cõ. 60. & 1. de anima. 77.

Mixti quælibet pars mixta eſt 1. de generatione tex. cõ. 86.

Miſceri non poſſunt, quorum non eadem eſt materia. 1. de gñatione. tex. cõmen. 87

Miſcẽtur melius, quæ in parua ſunt diuiſibilia. ibidem. 88. & 89.

Miſcentur bene humida niſi fuerint viſcoſa. ibidem.

Mixtio eſt miſcibilium alteratorũ vitio. 1. de generatione & corruptione. tex. cõ. vltimi.

Miſcibilia ſunt in potentia in mixto ſm Ariſt. vt dicit Auicẽna, quia ſaluatur eſſentia eorum, ſed remittuntur accidentia. 1. de generatione. cõmen. vlt. Vide tamen exquiſite, de hoc 3. cęli cõ. 67.

Miſcibilia quæ miſcentur corrumpunt intentiones adinuicẽ 2. de gener. & corru. tex. cõ. 48.

Mixtio non eſt generatio ſimpliciter, neq; alteratio, ſed cõpoſita fiũt ab elementis ſm mixtionem, & elementa fiunt a compoſitis ſm diſſolutionem 2. de gener. & corruptione cõmen. 48.

Mixtio fit qñ alterum contrariorũ non fuerit ſimpliciter dominans, ſed fuerit dñans dñati, & tunc gñabitur ex eis aliquod medium, ſed tamen illud mediũ declinat ad partem dñantis. ibidem.

Mixta corpora quæcunque circa locum mediũ ſunt, ex oĩbus compoſita ſunt ſimplicibus 2. de genera. & corrup. tex. cõ. 49.

Miſcibiliũ quædã ſunt facile paſſa, ſicut butyrũ & quædã non ſunt velociter paſſibilia nõ liquefiũt, ſicut lana ex 4. met. co. c. 1. in digreſſiõe.

Mixtio vera nõ fit ꝑ paruitatẽ ꝑtiũ, illa. n. eſt mixtio apud ſenſũ, ſed vera mixtio fit, cũ mixta alterant̃ ad inuicẽ, donec fiat ex eis forma media 1. met. cõ. 16. vide ẽt 1. de gen. & cor. tex. cõ. 86. 89. & 90. & in 2. de gen. tex. cõm. 48.

Mixtio non intelligitur niſi poſt ſegregationem 1. met. cõ. 16.

Miſcibilia reuertuntur in vnum ſm qualitatem & ꝯtinuationẽ, & ĩ hoc dñt ꝯſolidatis 5. met. cõ 5. Ex quo patet ꝙ ĩ vera mixtiõe reſultat vna forma mixti ſuꝑaddita & diſtĩcta a formis elñtorũ refractis, & oĩa vna quãtitate terminata terminant̃, ita ꝙ quælibet pars mixti mixta, ſi. n. plura corpora ſimᵗ eſſe nõ pñt eſt ꝑ diuerſas quãtitates terminatas, qbꝰ terminant̃: ſcribit. n. Philoſophꝰ in 4. phy. 76. ſi corpus cubũ ſeparatũ a ſenſibilibus paſſionibus poneret̃ in aqua, cederet ſibi aqua.

Modus generationis eorũ quæ mouent ſe adinuicem eſt per accidens. verbi gratia, ꝙ homo in generatione hominis non largitur niſi illud quod eſt quaſi inſtrumentũ & corpora cœleſtia ſunt quaſi artifex, & virtutes informatiuę fiũt a corporibus cœleſtibus. 8. phy. cõ. 47. idẽ 7. primę philoſophiæ. cõ. 31. & 12. meta cõ. 13. & 18.

Modi mouentiũ deſiderabiliũ mouentium nos, ſunt alij a modis mouentium intelligibilium quæ mouẽt nos 12. meta. cõ. 36.

Modi eſſendi in alio ſunt octo vſiter. 4. phy. tex. cõ. 21.

Moderni ponunt vnum agens omnia entia ſine medio, ſcilicet deum 9. metaphy. cõ. 7. idem in 12. metaphy. 18. verſus finem vbi dicit, & quũ loquentes noſtræ legis opinabãtur ꝙ agens agit creando formam ex nihilo & nullum huiuſmodi agens viderunt hoc, dixerũt vnum agens omnia entia ſine medio, vbi patet iſtam opinionẽ fuiſſe loquentium in lege ſua. Nam lex noſtra chriſtianorum hoc non concedit. Dicit enim A... in libro de libero arbi. Deus ... condidit ſic adminiſtrat, vt eas proprios motus agere ſinat.

Mola mulieribus, aut ſolum, aut maxime accidit, vide cauſam in 4 de gener. anim cap. 7.

Mola gignitur dum ex humore concoctu difficili cõceptus cõſtitit. ibi.

Mola dum emittitur adeo obdureſcit, vt vix ferro transfigi poſſit ibi.

Mollities & durities, & ſubtilitas & ſpiſſitudo non ſignificant niſi ſup virtutes patientes, ſcilicet ſuper humiditatem & ſiccitatem, & non ſuper virtutes agentes 5. Colľ. ca. 26.

Monſtra raro accidunt 2. phyſi. tex. cõmen. 77.

Monſtra accidunt ex errore naturę, ſicut in arte. 2. phy. 82.

Monſtrum quodammodo eſt quĩ ſuis parentibus ſimilis non eſt. Ariſtotel. in 4. de generatione animalium. cap. 3.

Monſtrum obleſio quædam eſt. Ariſto. in 4. de generatione anim. cap. 3. in fine.

Monſtrũ aliquod dari cuius caput ſit arietis aut bouis, & reliquum hominis impoſſibile eſt ibidem, ſed bene põt eſſe ſimilitudo quædam.

Monſtra contingunt in auibus numeroſos conceptus gignẽtibus, vt in gallinis magis q̃ in paucos generantibus conceptus, ex 4. de generatione animaliũ ca. 4. in principio.

Monſtrorũ cauſa ex materia ſumitur, ibidem. vbi Auer. dicit ꝙ etiã 1. veniũt ex debilitate virtutis agentis, aut propter impedimẽtũ receptionis formæ.

Monſtruoſi partus minus hoĩ cõtingunt, quia ſingulare perfectũq; generare ſolet, ex 4. de gen. ani. cap. 4.

Monſtruoſi partus contingere ſolent, vel ſecundum qualitatem vel ſecundum numerum, vel ſm magnitudinem, vel ſm ſitum mẽbrorum. in qualitate, vt aĩal quod non eſt ma... neq; fęmina quod incertũ appellatur: in quantitate, vt ſi habuerit caput maius aut minus. In numero vt ſi habeat duo capita in ſitu, vt ſi habeat iecur in ſiniſtro latere, & lien in dextro. Auer. & Ariſt. ibidem.

Mõſtrorum vnitas & multitudo ex principali mẽbro dignoſcitur, nã ſi cor fuerit vnum, vnũ animal erit, ſi plura, plura ibidem.

Mon-

Monſtruoſitates quandoq; contingunt in ægritudinibus ſicut in rebus naturalibus, ſicut ſanitas ex vlceratione pulmonis, & ſimilia. 7. Coll. cap. 31.
Mori vtrum in tempore contingat. an in temporis confinio, vide Themi. 6. phyſicor. ſuper. 45. vbi ſoluit argutiolam ſophiſtarum probantium aliquem non eſſe mortuum.
Mors eſt ex neceſſitate yle. i. materiæ. Com. in prologo. 1. phy.
Mors eſt vltimum proueniens ex neceſſitate materiæ. 2. phy. com. 23. & in prologo ſuper. 1. phy. idem. 2. phy. tex. com. 88.
Morbus eſt aduentitia ſenectus, ſenectus vero eſt naturalis morbus. Ariſt. in 5. de gene. anima ca. 4.
Mortuus ex gladio nō dicitur ꝙ corruptio eius eſt ex tēpore, ſicut mortuus ex vita humana completa. 4. phy. te. com. 128.
Morum diuerſitatem loca efficiūt. Ariſt. in. 8. de natura animal. cap. 29. Vbi aduerte ꝙ loquitur de animalibus brutis. Gale. autem in lib. qui inſcribitur ꝙ potentiæ animæ ſequuntur corporis complexionē, tenet etiam hoc in hominibus, ſed falſa eſt opinio eius abſolutè intelligenda.
Mos eſt Ariſto. vti abbreuiatione. 1. phy. com. 6. &. c. 35. &. 1. de gener. & corru. com. 38
Mos eſt vt illud quod eſt cōe omnibus artibus dicatur in logica, & ꝓprium vnicuiq; arti dicatur in illa arte. 1. phy. com. 16. eandem ſententiam habet Com. in ſua paraph. in lib. de parti anim. Ex hoc ſoluit Achilles Thomæ in. 1. phy. in prologo ſuper tex. 2. contra Auer. conſidera quia conſimile eſt de prima philoſophia.
Moſeſt in ſermonibus demonſtratiuis innuere ſummam. Comē. 5. phy. com. 5.
Mobilia corruptibilia & mobilia æterna ſunt vnius ſcientiæ. 2. phyſi. com. 71. &. 12. met. com. 29.
Motu ablato, aufertur natura. 1. phy ſi. t. c. 8. idem. 2. phy. 71. &. 1. phy. t. c. 11. &. 8. phy. 22. &. 23.
"Intelligitur per viam ſigni, nam ab
"latio naturæ aufert motum per
"viam cauſæ.
"
Mouentium quędam mota mouēt, quædam vero immobilia manentia mouent. 2. phy. t. c. 71. &. 73.
Mouentium naturaliter quoddam eſt phyſicum, quoddam vero non eſt phyſicum, quia nōn habet in ſe principium motus. 2. phy. t. c. 37. vide etiam in. 1. de gene. & corru. tex. com 14.
Motor primus habet duas proprietates, quia eſt pęnitus immobilis, & quia eſt omnino primus. 2. phy. tex. com. 73. & vide ibi Simpli. pulchre declarantem.
Motus eſt primus actus rei, quæ poteſtate eſt aliquid, quia vltimus actus videtur eſſe forma, quam res quāprimum aſſecuta eſt quieſcit. Themi. 3. phy. ſuper tex. 7.
Motui accidit ꝙ ſit non ens ex eo ꝙ procul eſt ab ente, vnde Pithagorici diffinientes motum per nō ens, accidens potius quoddam motus, quàm naturam videtur ſignificaſſe. 3. phy. The. ſuper. 13.
Mouens & motum ſunt priora quā agens & patiens. 3. phy. com. 3. Vbi animaduerte, ꝙ litera communiter eſt deprauata, & ita legit eam Burleus & cōiter inuenitur, iacet enim ꝙ ſunt perfectiora. ſed in veritate Correctio literæ.

ritate,licet Burleus defendat illam literam videtur mihi ꝙ locus ſit mendoſus propter cauſam, quam immediate ſubnectit. Cõmen.ibi. Nam Ariſt.in tex. enumerans diuiſiones illas quæ ſunt in cap. relationis.d.in tex. Arabico, & quædã ſm agens & patiens, & vl'r ſm mouens & mobile. Cõm. appoſuit documentum ponderans ly vl'r, dicẽs
» & dixit, & vl'r ſm mouẽs & motũ,
» quia mouens & motum ſunt prio-
» ra quàm agens & patiens, cum oẽ
» agens ſit mouens,& non conuertitur, vbi ſi iaceret (perfectiora) documentum non eſſet ad propoſitũ vl'tatis expreſſe in litera, ſicut patet clariſſime intuenti, in re autem perfectiori non reperitur iſta vniuerſalitas ſm ſubſiſtendi conſequẽtiam, non enim dicimus ꝙ homo ſit perfectior animal, quia omne animal ſit homo,& non omnis homo ſit animal,& ita ſine dubio locus ille eſt deprauatus, & ſimilitudo eſt cauſa deceptionis, quia vbi ſcribitur pfectiora, dẽt ſcribit priora, illud enim eſt prius a quo non cõuertiť ſubſiſtendi conſequentia, vt dicitur in prædicamentis, & in .5.meta.in ca.de priori: emendari debet ſine dubio. Conſimilem ſententiam, vide in.1.de genera.te.cõ. 45.&.12.met com.23.

Motu ignorato, neceſſe eſt ignorari naturam.3.phy.t.c.1.

Motus eſt actio motoris in re mota. 3.ph.c.2.5.phy.com.3. &. 8. phy. cõm 4.idem.3.phy.6.18.19.

Motus non habet diffinitionem vniuoce dictam, ſed ſm prius & poſterius.3.phy.com.4.& com.6. idem 8.phy com.4.

Motus nihil aliud eſt quàm generatio partis poſt partem, ad quem intendit motus donec perficitur, & ſit in actu.3.phyſi.com.4.&.5.phyſico.com 48.

Motus tot ſunt ſpecies, quot & entis 3.phy.te.com.5.

Motus eſt actus entis in potentia, in quantum in potentia.3.phyſi.t.6.

Motum quodlibet ſm ꝙ eſt in actu & eſt in potentia, habet duas perfectiones.3.phy.com.6.

Motus diffinitio eſt communis motui nouo & antiquo.3.phyſi.cõ.6. &.8 phy.com.4.

Motus augumẽti & alterationis ſũt plures motus,& non ſunt vnꝰ motus continuus.3.phy.com.6.&.8. phyſi.com.23.

Motus augumenti a principio motus vſq; ad finem eſt compoſitus, ex pluribus motibus, & ex pluribus quietibus.

Motus continuatio magis appatet in motu locali.3.phy.com.6. &.8. phy.com.23.

Mouens phyſicè omne mobile eſt. 3.phy.tex.com 8.&.2.phyſi.t.cõ. 71.&.1.phy. 11. Vbi aduerte ꝙ ibi reperitur duplex litera, vna eſt iſta, quæ communiter inuenitur, & eſt litera quam ſequitur Aſpaſiꝰ & Com.in com. alia eſt litera Alexã.& Them.quę dicit, omne quod mouetur phyſicè mobile,& eſt melior, vt notat ibi Simplicius auctoritate Alexan.

Motus diffinitio non eſt nota per ſe 3.phy.com.12.

Motus diffinitio declaratur triplici via, ibidem.

Motor qui in mouendo mouetur eſt motor in potentia.3. phyſi.tex. com.16. cuius immobilitas quies eſt,& ibi dicitur ꝓpter cauſam ibi allega-

allegatam in com.
Motus habet duas diffinitiones, quarum prima datur ſm formã, & magis demonſtrat ſubſtantiã motus, alia datur ſm materiam, & eſt notior prima. 3 phy. com. 16. vide in concordantiis.
Motus ſecunda diffinitio, quæ dat per mobile, eſt notior prima, quæ datur per potentiam, vide cauſam a Them. in. 3. phy. 16.
Motus fit in moto per contactũ motoris & moti 3. phy. t. c. 17.
Motor non mouet niſi ſm ꝙ eſt in actu, & motum non mouetur, niſi ſm ꝙ eſt in potentia. 3. phy. t. com. 17. &. 2 de ani. 54. & 3. de ani. c. 4. & 2. de gener. & corr. t c 53.
Motor & motum ſunt diuerſa ſecũdum formam. 3. phy. com. 19.
Mouere & moueri nõ ſunt idem ſecundum quidditatem, quia diffinitio eorum eſt diuerſa. 3. phyſi. tex. commen. 22.
Mouere eſt actio motoris in rẽ motam. 3. phy. t. c. 16. & cõ. 22.
Moueri eſt paſſio moti a motore. ibidem.
Motus localis tria ſunt genera, delatio, augumentum, & diminutio. 4. phy. tex. com. 32. Vide in concordan. nuper ęditis.
Motus poſſibilitates & temporis & numeri, non ſunt partes vnius poſſibilitatis. 3. ph. com. 54.
Motus notior eſt quiete, quia motus eſt habitus, & quies eſt priuatio 4. phy. com. 32.
Motus localis fecit homines cognoſcere locum eſſe. 4. phyſi tex. com. 3. 32. 38. & 61.
Motum per accidens eſt duob⁹ modis, mod⁹ qui poteſt fieri ꝑ ſe motum: & modus per impoſſibile eſt vt per ſe moueatur. 4. phyſi cõ. 32. idem. 5. phy. com. 1.
Motus ſi eſſet ad motam rem, eſſet otioſus. 4. phy. cõm. 41.
Motum diuiditur, quia aliud eſt in loco eſſentialiter, & aliud eſt in loco per accidens 4. phy. c 43.
Motum quodlibet eſt in loco. ibid.
Mobilia quæ per ſe mouentur, indigent aliquo quieſcente circa quod mouentur, vt declarauit Ariſto. in lib. de motibus animalium. 4. phy. commen. 43.
Mobilium quædam ſunt in loco vere, quædam ſunt in loco per accidens, vt accidentia, & color. 4. phy. tex. comm 45.
Motus non eſt in ſitu. 5 phy. t. com. 10 & habetur expręſſe per Auerr. 4. phy. com. 45. &. 6. phy. com. 85. contra Auic.
Motum dicere eſſe ſitualẽ, quia mutatur de ſitu in ſitum, eſt aliud quã dicere motum eſſe in ſitu. 4. phyſi. commen 45.
Motus naturalis & quietis eadẽ eſt cauſa, & eſt ſimilitudo in continẽte. 4. phy. cõ. 48. &. 69.
Motus alius violentus, alius naturalis. 4 phy. tex. com. 67.
Motus violentus eſt poſterior naturali. 4 phy. t c. 67. &. 1. cęli. 14 &. 2 cœli. tex. com. 18.
Motus diuerſitas cauſatur a diuerſitate naturarum locorum, & a diuerſitate rerum motarum. 4. phy. com. 67. & com. 36.
Motus proiectorum ſm Platonem fit ab aere ſm ſucceſſionem. 4. phyſico com. 68. vide etiam. 8. phyſic. commen. 82.
Motus proiectorum ſm Ariſ. fit quã in motu lapidis proiecti poſt ſeparationem proijcientis, cauſa non eſt

eſt aeris ſucceſſio,ſed tranſlatio aeris.4.phy.com.68. vide diffuſe de hac materia in.8.phy.c.82.& in 3. de cœlo & mundo.cõ.28.

Magna differẽtia eſt ponere in motu,ꝙ aptatio ſit neceſſaria,& ponere ipſam eſſe cauſam agentem motũ,aptatio.n. eſt de neceſſitate motus,& non eſt cã agẽs motum. Cõmen.4.phy.cõ.70,hinc eligitur aliud eſſe conditionem neceſſario requiſitã reſpectu alicuius effect⁹, & aliud eſſe cãm agentẽ eiuſdem.

Motus velocitas & tarditas variatur aut rõne medij, aut rõne mobilis. 4.phy.tex.cõ.71.

Mobilia ęqualia in grauitate, & leuitate,& magnitudine, & figura mota in vno & eodem medio ſunt ęqualis velocitatis.4.phy.c.71.

Motuum ęqualitatis & diuerſitatis cauſa,eſt diuerſitas,& ęqualitas ꝓportionis motoris ad rem motã. 4.phy.com.71.

Motus violenti differunt a motibus naturalibus, nam in motibus violentis, cum fuerint duo motores æquales in potentia,diuerſitas erit ꝑ impediẽs:ſed in nãlibus erit æqualitas & diuerſitas ꝑ ęqualitatẽ aut diuerſitatem proportionis motoris ad rem motam.4 phy.cõ.71.

Motus velocitas & tarditas nõ ſunt motus additi & diminuti ab eo, vt putauit Auẽpace.4.phy.cõ.71.

Motus naturales nullum habent impedimentum, vnde nota ꝙ differẽtia eſt dicere in motu eſſe impedimentum,& in motu eſſe reſiſtentiam.4.phy.cõ.71.

Motus naturales corporũ ſimpliciũ qui fiunt mediante aere & aqua, non ſunt impediti a medio.4.phy. cõ.74.&.71.&.3.cœl.c.28.

Motum habet aliquam reſiſtentiã cum motore in motibus naturalibus, vt potẽtia motoris excedat potentiã illius,alioquin quilibet motor,moueret quodlibet corpu. 4. phyſi.com.71.

Motus corporum cęleſtium diuerſatur ꝑ diuerſitatem proportionis,quæ eſt inter motorẽ, & rem motã ex reſiſtentia.4.phy. cõ. 71. idem.2.cœli.c.38.39.&.71.

Mobile quodãmõ eſt ſiſte, & quodã mõ contrariũ motori 4.ph.c.71.

Motus reſiſtentia inuenitur inter motorem,& rem motã,qñ res mota fuerit diſtincta per ſe: intellige, ideſt qñ poteſt res mota diſtingui per ſe in duo in actu.ſ. in partẽ per ſe mouentẽ,& partẽ per ſe motã. 71.cõ.in 4.phy.Cõ.

Motus elementorũ impoſſibile eſt, ſine medio fieri.4.phy.c.71. idem 3.cęli.com.28.

Motus reſiſtẽtia,aut eſt ex ipſo moto, vt in animalibus, & corporibus cœleſtibus,aut erit ex ipſo medio, vt in elementis,aut eſt ex vtroque, vt in animalibus quæ mouẽtur in aere & aqua.4.phy.cõ.71.

Mobilia quæ diuiduntur in duo in actu,non neceſſario indigent medio in ſui motu,ſed ſi fuerit,erit ꝑ accidens.4.phy.cõ.71.

Mobilia quæ mouẽtur ex ſe,vt grauia & leuia, quæ non diuidũtur in motorem in actu,& motũ in actu neceſſario indigent medio. 4.phyſi.cõ.71.& 3.cœli.cõ.28.

Mobilia grauia & leuia, ęqualia in magnitudine,figura, & modo, & fuerint maioris declinationis,ſunt velocioris motus, quàm illa, quæ ſunt minoris declinationis:& proportio temporis ad tempus, eſt ſicut

cut

eut proportio potentiæ motiuę ad potentiam motiuam.4. phyſi.t.c. 74.conſimile ibid.in.71.cõ.

Mobile quod eſt acutioris figuræ le uius diuidit plenũ.4.phy.c.74.vide.4 cęli,t.cõ 42.

Motor mouens aliquid p attractionem neceſſe eſt,vt moueatur ad lo cum illum,ad quẽ attrahit.4. phy. cõ.81. quod qñ fit intelligendũ require in.7.phy.cõ,10.

Mot⁹ qualitatis ſunt velocitas & tar ditas,& magnitudo,& paruitas sũt quantitates motus,& vtraq; tempore diffiniuntur,.4.phy.c.96.

Motus qñq; ſumitur large,vt eſt ſynonymũ cũ hoc nomine tranſmu tatio.4 phy.t.cõ.97.

Motus omnis,aut velox,aut tardus. 4.phyſi.te.cõ.84.

Motus imaginatur extra tẽpus, ſed tempus non imaginari poteſt extra motum, ideo motor præcedit naturaliter tẽpus, licet ſint conſequentia ſe complere.4.ph.c.97.

Motus q cũ ſentit̃, ſentit̃ primo & eſſentialiter tẽpus,eſt motus ex quo ſentimus nos eſſe in eſſe tranſmutabili & nos tranſmutari.4.phyſic. commen.98.

Motus accidentium eſt continuatio & continuatio motus eſt,quia magnitudo per quam fit motus eſt cõ tinua,& quia motum etiam eſt tale.4.phy,cõ.99.vide quomodo ſit intelligendum,8.phy.cõ.23.

Motum eſt notius motu, quia eſt demonſtratũ,& motus non eſt de monſtratus. i. congregatus ſimul, ſed mens facit ipſum.4.phy,c.104 idem com.99.ibid.

Motus continuus eſt vnius mobilis & in vno tempore,4.phy.t.c.105. &.5.phy.t.c.34.&.41.

Motus qui poteſt idem iterari poſt alium,eſt idem cum motu circula ri.4.phy.tex.cõ.111.

Motus eſt cum in eſſe tẽporis, quia eſt ſubiectũ eius.4.phy.cõ.113.cõ ſimile com.99.

Motum in tempore eſſe eſt tempore menſurari,& ipſum & eſſe ipſi⁹. 4.phy.cõ.& tex.114.

Motus menſurat ſpatium , non eſſe ipſius.4.phy.t.c.113.

Motus diſtare facit.text.cõ.117.in 4.phyſico.

Motus naturaliter habet, vt res auſeratur a ſua ſubſtantia eſt cauſa cor ruptionis per ſe, & generationis p accidens.4.phy.cõ 117.

Mota ſemper non ſunt in tempore, vt orbis, neq; quieſcentia ſemper vt terra,cum tẽpus non excedat illa.4.phy cõ.118. & habetur etiam in tex.117.&.118.

Motus quilibet in tẽpore eſt 4.phy. tex.com.128.

Motum ſumitur tripliciter, per ſe, ſm partem,& per accidens. 5. phy. tex.com.1.

Motus circularis non dr̃ velocior eẽ motu recto.4.phy.c.129.vide cau ſam.10.meta.t.c.14.&.7.phy.tex. com.21.&.24.

Motum ſm partẽ reducitur ad motum per accidens.5.phy.c.1. & eſt quaſi medium inter illud quod eſt motũ per ſe,& illud quod eſt motum per accidens. Vbi aduerte q eſt ęquiuocatio, quia per accidens qñq; ſumitur cõiter, vt eſt cõ mune ad motum ſm partem,& ad motũ per accidens ſtricte ſumptũ, vt ſumitur ibid in tex.cõ.6. & inter tale per accidẽs motum ſm par tem habet reduci. ſed alio modo ſu mitur ſtricte, vt eſt id quod moue tur

tur ad motũ alterius, & nullo modo per ſe moueri poteſt, & ſic illud quod mouetur ſm partem mediat inter motum per ſe, & motum per accidens iſto modo ſumptũ. Aliud eſt igitur per accidẽs ad quod motum ſm partem reducitur, & aliud inter quod, & id quod eſt per ſe me diare dicitur.

Motum per ſe eſt illud, de quo ẽ ſermo philoſophi naturalis, quia nulla ars conſiderat motum per accidens. 5. phy. cõ. 1. & habetur in te. cõ. 6. & vide cauſam iſtius in. 6. meta. tex. com. 6.

Motor eſt tribus modis, per ſe, p partem, & ſecundũ accidens. 5. phyſi. tex. com. 2.

Motus quilibet quinq; neceſſario requirit, mobile, motorem, terminũ a quo, terminũ ad quem, & tẽpus. 5. phyſi. te. com. 3.

Motus conſtituitur in ſubſtantia eius. ex tribus cauſis, tanquã extrinſecis. ſ. moto, termino a quo, & termino ad quem. 5. phy. cõ. 3.

Motum eſt primũ, & dignius quod diſponitur per motũ, deinde illud ad quod eſt motus, poſtremo vero illud, ex quo eſt motus. 5. phyſi. commen. 3.

Motor eſt de cauſis extrinſecis mot⁹ & tempus eſt de accidentibus conſequentibus motum. ibid.

Motus magis denominat̃ ab eo ad quod eſt, quã abeo, ex quo eſt. 5. phy. t. cõ. 4. & vide cauſam in. 2. de ani. tex. cõ. 49. idem. 5. phyſic. tex. commen. 48.

Motus ſubiectum eſt in actu. 5. phy ſi. tex. com. 8.

Motus eſt inter contraria mediata. 5. phyſic. 9.

Motus eſt in tribus prædicamentis. 5. phy. t. c. 9. & tex. c. 10.

Motus non eſt in ad aliquid. 5. phy. t. c. 10. vide The. 3. ph. ſup tex. 16.

Motus eſt inter contraria medium, & hoc eſt manifeſtũ per ſe. Cõm. 5. phyſi. com. 9.

Motus ſm aliquos eſt in prædicamẽto paſſionis quo ad receptionem motus. 5. phy. cõ. 9. & ibi vide etiã aliã opinionem, quæ fuit Auicẽ. & tandem viam ſuam.

Motus habet duplicem cõſiderationẽ ſm materiam, & ſm formam. 5. phy. com. 9.

Motus deſtruitur ex contrarietate non conſtruitur: quia non ſequit̃ ſi conceſſerimus, ꝙ in illo in quo non eſt contrarietas nõ eſt motus, vt in illo, in quo eſt contrarietas ſit motus. 5. phy. com. 10.

Motus eſſentialiter non ſequit̃ motum, ſicut formæ quieſcẽtes ſequũtur motum, ſed ſi hoc fuerit, erit p accidens 5. phy. com. 12.

Motores corporum cœleſtium differunt in potentia & in eſſe, & cum omnes moueant infinitum remanet, vt non differant niſi propter diuerſitatem proportionis eorum, & vnumquodq; quod mouetur. 2. cœli cõ. 38.

Motores corporum cœleſtium habent potentias finitas: quia ſi potentiæ eorum eſſent infinitæ in vigore mouendi, non eſſet proportio inter motorem & rem motam, & non eſſet differentia inter eos, neque multitudo; & ſi ita foret, tunc motus proueniret in inſtanti 2.cœli cõ.38. conſiĺe ibidẽ. cõ. 39. & 71.

Et ex iſtis locis, frater mi, ſcire potes, & etiam ex 8.phy. cõ. 79. & ex 3.cap. de ſubĩa orbis. quantũ diſcedãt a via Auerr. qui ad mentẽ eius tenuere deum benedictum eſſe infiniti vigoris. vide in concordãtiis.

Motus natus eſt ignire & ligna, & lapides, & ferrum 2.cę.tex.cõ.42.

Motus corporum cœleſtium eſt ex deſiderio rationali: & ideo motus diurnus nõ prohibet alios motus: prohibitio enim fit violente, & nõ eſt illic motus violentus omnino. 2.cœ.cõmen.58. & 2.cœli. cõm. 3. idem 12.meta.cõmen.36. Contra mathematicos, qui ponunt primũ mobile motu raptus mouere alias ſpheras.

Motus cœleſtes variantur in velocitate ex fortitudine deſiderij. ibidẽ. cõmen.58.

Motum quodlibet in loco habens figuram terminatam eſt animatũ neceſſario 2.cœli.cõ.61.

Motus neceſſarii in orbibus adhuc non ſunt demonſtrati. 2.cœli.com men. 62. eandem ſententiam imitatur Albertus cognomento magnus.

Motus

Motus cęli habet contrarietatem q̃ eſt inter motorem, & rem motam tm̃.2.cæli. cõmen. 63. ſiue oppoſitionem ſiue q̃uocunq; volueris appellare.

Mot⁹ ẽ nobilior quiete. 2.cęli.c. 66.

Motum quodlibet ſiue habuerit formam naturalem, ſiue non habet velocitatem terminatam, ſed ap̄p priatur corporibus habẽtibus formam materialẽ: q̃ motus eorũ eſt abſciſſus.2.cęli.com.71.& 38.

Motus violentus non intelligitur niſi in reſpectu naturalis. 2. cęli. tex. cõ.83.idem 1. cęli.tex.cõ.14.

Motus remotio largit̃ grauitatẽ, frigiditatẽ, & quietẽ,& vicinitas largitur leuitatẽ, caliditatem, & motum. 2.cęli. cõmen. 94. & 102.

Motus naturalis eſt vnus, & motus pręter naturam ſunt plures. 3.cęli. tex. cõmen.18.

Motus circularis el'ntorum, vt motus ignis a cęlo non eſt violẽtus, neq; naturalis. 3.cęli. tex. commẽ. 20. idem in 2.metheororũ.cap.2. vide in concordantiis.

Motuum diuerſitas conſequitur diuerſitatem formarum. 3. celi. cõ. 23. idem 1.cęli.cõm.5.

Motus fortis & motus debilis ſunt eiuſdem ſpeciei, & non differunt niſi ſm magis & min⁹.3.cęli.c.25.

Mutus lapidis p̄iecti ab aliquo deorſum, eſt cõpoſitus aut quaſi cõpoſitus.3.cęli.tex.com.28,

Motus lapidis p̄iecti ab aliquo ſurſum eſt ſimplr violentus. ibidem. Ex quo colligitur q̃ motus violentus eſt duobus modis, vel ſimplex, vel compoſitus.

Motuum alii ſimplices,alij mixti. 3. cęli. tex. cõ.35.& 1.cęli.tex.cõ.7.

Motus quilibet eſt ex contrario terminato ad contrarium terminatũ q̃ eſt perfectio illi. 4.cęli.tex c.22.

Motus in ſimplicibus non habet niſi vnam cauſam ſimplicem. 4.cęli. cõmen.22 contra Themiſtium. ſecus autem eſt de motu in compoſitis. vnde ſanitas in homine fit ex pluribus vna cauſa.

Motus in loco differenter attribuit̃ elementis & animalibus, quia in animalibus attribuit̃ ei q̃ eſt actu, ſed in elemẽtis attribuitur ei quod eſt in potentia illud elemẽtum. 4. cæli.cõmen.22.& 24.& 25.

Motus localis in elementis ſimiliter ſe habet ſicut accidentia inſeparabilia a forma, quæ exiſtũt in re ſtatim cum ipſa forma ab agente. 4. cæli. cõmen.22. & 8.phy.cõmen. 32.& 3. cęli. cõmen.28.

Mouens & motum in elementis nõ ſunt diſtincta in actu. 4. cęli. com. 22.idem 4. phyſico. cõmen.71.& 8. ph.30.& 3.cę.c.28. & 4.celi,24.

Motor & motũ in el'ntis ſunt idẽ ĩ ſubiecto,& differunt ſm modum: grauitas enim eſt motor inquantũ eſt forma, & eſt motum inquantũ eſt in prima materia. 4.cęli cõ,22.

Mobili cuilibet contingit vt primo moueatur a ſuo motore, & ſecũdo a remouente impedimentũ,& hoc commune eſt in omnibus motib⁹ grauium & leuium,& aliorũ mobilium naturaliũ.4.cęli.com.25.

Motuum trium varietatis duæ cauſę ſunt, natura mobilis, & natura eius ad quod eſt motus. 4. cęli. in paraphraſi, ſumma 2. vbi etiam ſubdit diuerſitas naturarum mobiliũ,& diuerſitas naturarũ mouẽtiũ ac diuerſitas ſitus ipſorum motuum cauſę ſunt, quibus varientur ipſi motus in ſe.

Motus qui fit ex neceſſitate vacui, vt quando auffertur aqua & deſcendit aer ad locum eius, eſt violentus. 4. cæli. com. 39.
Mot⁹ aquę ad ſuperius in vaſe ignito, quando ſupponit' aquę habet tres cauſas. 4. cæli. com. 39.
Mouentium duo ſunt modi, quorum alterũ nũquã mouet' ſed ſemper mouet: alterum vero ſemp mouetur ab eo. 1. de generatiõe & corruptione. tex. com. 14.
Motus augumenti differt a motu locali, tam recto q̃ circulari. 1. de generatione & corrup. tex. cõ. 25.
Mouere ampli⁹ q̃ agere eſt. primo de gñatione & cor. tex. cõ. 45.
Mouẽs primũ in motiuis ẽ ĩmobile, & in factiuis primũ efficiẽs ĩpaſſibile. 1. de gñatione & corr. t. c. 54.
Motus ſi in velocitate comparãtur, duę cõditiones requirunt', vt. ſ. fiãt per idem ſpatium, vel rectũ vtriq; vel circulare vtriq;, & vt ſint vniformes eiuſdẽ ſpeciei. Themiſt. 4. phy. in tex. 129. & hẽtur ex 7. phy.
Motus localis eſt continuus & ęternus: & ideo generatio eſt cõtinua & ęterna, ex. 2 de generatiõe & corruptione. tex. com. 55. & 56.
Motum dr̃ dupliciter, vel ſm ſe, vel quia eſt ĩ moto, motum aũt quia eſt in moto eſt ẽt duobus modis, aut modo quo impoſſibile eſt moueri, vt albedo per motũ corporis albi, aut modo quo poſſibile eſt vt moueat' per ſe, vt nautę in naui. 1. de anima. tex. comm. 37. idem 5. phyſi. cõmen. 1. & 4. phy. 32. & 6. phyſi. 86. & 8. phyſi. 27.
Motus attribuitur alterabili et augumentabili, modo accidentali, ſed alterabili propter corpus differens; ſeu augumentabili & diminuibili propter partes corporales augumentabiles & diminuibiles. 1. de anima. cõmen. 39.
Mobile quod mouetur motu recto, ſi mouetur, naturaliter mouebitur & violenter. 1. de anima. tex. cõm. 40. & iſta eſt gloſa Cõmentatoris in com. ibi. videlicet. ꝙ habet locum de motu recto, quia in motu circulari falſa eſt propoſitio. idem 2. cęli. 84.
Motus eſſentia eſt cõpoſita ex eſſe in potentia, & ex eſſe in actu, & ideo plures antiquorũ exiſtimauerunt ipſum non ens. 1. de anima. com. 43. idem 3. phy. 14.
Motus animę quidam habent principium ab anima, quidã vero terminãtur ad aĩam. 1. de aĩa. t. c. 64.
Mouentur & patiuntur omnia ab actiuo & actu ente. 2. de anima. tex. com. 54. idem 3. phyſi. tex cõmen. 17. & 2. de generatione & corruptione. tex. com. 53.
Motor extrinſecus alius a ſenſibilibus ponendus eſt in ſenſibus animalium. 2. de anima com. 60.
Motus, quies, & numerus ſunt ſenſibilia cõia, quę ab oĩbus ſenſib⁹ ſentiunt', ſed figura & quantitas ſolũ a viſu & tactu pcipiuntur. 2. de aĩa com. 64. contra Themiſtium.
Motus duplex, quidam qui eſt act⁹ imperfecti, quidam vero eſt perfecti actus. 3. de anima. tex. commẽ. 28. conſimile in 2. de anima tex. tex. commen. 57.
Motus proceſſiuus aĩalis fit cũ imaginatione & deſiderio: nihil enim mouetur voluntarie niſi aut deſiderando aliquid, aut fugiendo ipſum. 3. de anima. tex. cõ. 44.
Motus proceſſiuus animalis, ſemper eſt proſequentis, aut fugientis. 3.

3. de anima. tex. com. 46.

Mouentia duo eſſe videntur, intellectus & appetitus: ſi quis poſuerit phantaſiam eſſe intelligentiã quandam. 3. de anima. tex. cõ. 48.

Motor quidam immobilis, quidam vero eſt motus & motor. tertio de anima. tex. cõmen. 54. & 8. phyſi. tex. cõmen. 35.

Motus girattuus eſt compoſitus ex attractione, & impulſione. 3. de anima. cõmen. 55.

Motus rectus habet principiũ & finẽ diuerſa in magnitudine & diffinitione: ſed in motu circulari nõ ſunt diſtincta niſi ſm diffinitionẽ tm̃. 3. de anima, cõm. 55. idem 8. phyſi. 73. & 2. cęli. tex cõm. 35.

Motus proceſſiuus animalis cõponitur ex expulſione & attractione. 3. de anima, tex. cõm. 55.

Motum ex ſe componitur ex duab' naturis. 1. recipiente & agente. 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Mouens & motum eſſe in eodẽ impoſſibile eſt. ibidem. & 3. de anima com. 4. & 8. phyſi. cõ. 40.

Motus circularis quem habet corpus cęleſte, eſt motus animę. ſecundum ꝙ anima tm̃. Commen. in 2. cap. de ſuſtantia orbis.

Motus animalis ſecundum ꝙ ẽ corpus, poteſt eſſe naturaliter & etiã extra naturam, ſed ſecundum ꝙ ẽ animal ſemper eſt naturalis: quia non mouetur ſecundum ꝙ eſt animal niſi ab anima; & anima mouet corpus naturaliter. 8. phyſico. tex. commen. 27. & in 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Motus corporis cęleſtis cum in eo non ſit principium contrariũ motui animę, ẽ motus ſimpliciter naturalis, videlicet, per animã & per corpus. 8. phyſico. cõmen. 27. vide in concordantijs.

Motus circularis accidit cuilibet elemento pręter terram, & nõ eſt violentus neque naturalis. 2. metheororum. cap. 2. vbi agitur de ventis. idem tertio cæli cõm. 20.

Motum primum ex ſe ſecundum Platonem ita ſe habet, ꝙ motor & motum ſunt idem omnino, ſed ſecundum Ariſtotelem eſt compoſitum ex moto, & ex motore non moto. 2. metaphyſi. commen. 6. idem ottauo phyſico. cõmen. 40. & 7. phyſico. cõmen. 2. & 2. phy. commento. 5.

Motus dicitur ens, quia eſt via ad verum ens. 4. metaphy. tex. commento. 2. idem primo cęli. cõmẽ. primo. vbi dicit commenta. omnia entia aut ſunt ſubſtantiæ, aut accidentia, aut ſunt viæ ad eſſe iſtorum & ſunt vniuerſaliter tranſmutatio. vide in theorematibus de hoc.

Mouens eſt prius natura moto, & ſi hæc ipſa adinuicem dicantur, nihil minus. quarto metaphyſi. tex. cõmen. 25. idem 3. de anima tex. cõmen. 19.

Motus & permutatio non eſt niſi in contraria & media, 4. metaphyſi. texto cõmento. 27. vbi Commentator in commento dicit, quòd eſt primum cognitum, quod trãſmutatio eſt ex oppoſitis aut medijs inter ipſa. idem primo phyſi. a. tex. cõmen. 43. vſque ad 50. idem primo de generatione & corruptione 50. idem. 10. metaphy. tex. cõ. 23.

Motus cõponitur ex eſſe, & non eẽ, & ideo deſcribitur ſic: motus eſt actus entis in potentia ſm ꝙ in potentia. 4. metaphy. commen. 28.

Motus diffinitio eſt ambigua, tum quia motus eſt in pluribus prędicamentis, tum quia vnumquodq́, prędicamentum ex illis in quibus eſt motus; diuiditur per duos modos, quorũ vnus eſt nobilior, & ali⁹ vilior, Cõmen. 3. phyſi. cõmẽ. 5. Oẽs expoſitores conueniunt iſtam fuiſſe Ariſtotelis mentem, motum dici de ſuis ſpeciebus; ſicut ens de entibus: ens autẽ dicitur analogice de ſubſtantia, & accidẽte. Et ideo animaduerte & cõſidera ꝙ ex hoc fundamento ſoluuntur arduę difficultates in philoſophia, contingentes modernis ĩ ſuis quęſtionib⁹: qa credunt omnes cõditiones motus vniuoce reperiri in motu locali, & in cęteris motibus: & per vitã meã iſti ſunt in maximo errore: conditiones attributę motui ſunt quia eſt ſubiecti entis in actu. ſic enim diſtinguitur a generatione & corruptione. vt patet 5. phyſi. tex. cõ. 7. & 8. quod fiat de contrario, in contrarium 5. phyſico. tex. cõm. 6. ꝙ ſit continuus & fiat in tẽpore: modo iſta non vniuoca, & eadem ratione ĩueniuntur in motu locali & in cæteris motibus: ſubiectũ. n. motus localis poteſt ſuam vnitatẽ perfecte poſſidere: nam motus localis non abijcit a ſubſtantia vt dr̃ in 8. phyſi. tex. cõm. 55. ſecus eſt de alijs motibus. Amplius contrarietas equiuoce. i. nõ ſecundũ vnã rationem inuenitur in loco & in qualitate: quia contrarietas in loco eſt in forma & in ſubiecto: ſecus de contrarijs in qualitate: quia talia ſunt duo in forma & vnum in ſubiecto: quia loca non numerantur niſi propter numerationẽ ſubiecti. vt dicit. Commẽtator. 4. cęli. cõmen. 38. Amplius contrarietas in qualitate ſeu in motu alterationis eſt diſponens ad corruptionẽ: eſt enim cum vera actione & paſsione, pręſertim quę eſt inter primas qualitates: ſed quantitatis contrarietas non eſt talis. nõ enim quantitas eſt de principijs actiuis. 4. phyſi. cõmen. 84. Amplius continuatio in motu locali & in alteratione & augumento non ſunt eiuſdem rationis: nã continuatio ĩ motu locali eſt manifeſta per ſe: impoſſibile enim eſt aliquam partem eius fieri ſubito, ſed in alijs motibus eſt qõ non parua, vtrum aliqua pars eorum videatur poſſe fieri ſubito. nam in aliquibus videtur ſubito fieri. vt dicit. Commẽtator. 6. phyſi. cõmen, 74. & ita determinat finaliter. 8. phyſi. cõmẽ. 23. & etiã in 3. phyſi. cõm. 6. ꝙ motus augumenti non eſt vnus & cõtinuus a principio vſq; ad finẽ, ſed eſt compoſitus ex pluribus motibus & ex plurib⁹ quietibus. & rationes Auerrois ſũt, vt mihi videt̃, duę principales: nam cum vera augumentatio quę eſt in ſolis viuentib⁹ fiat per additionem nouę materię, neceſſe eſt ꝙ fiat per minima. & ideo factio & acquiſitio talium minimorũ eſt indiuiſibilis, & fit in inſtanti, ideo impoſſibile eſt partes motus augumenti ſibi inuicem continuari niſi in inſtanti, & ita inſtans eſſet immediatum inſtanti, & tempus componeretur ex inſtantibus: nam minima caro eſt terminata. primo phyſi. 34. ſimiliter ſi continuatio eſſet in motu augumenti, oporteret ꝙ cuilibet parti ſenſibili tẽporis correſponderet aliqua magnitudo ſenſibilis termi

nata

nata, acquiſita ĩ illo tempore, qđ ẽ contra ſenſum. uã videmus in anno aliquid augeri per digitalẽ quãtitatem, & illa nou poteſt diuidi in partes tot actu ſenſibiles, in quot diuiditur annus. nam diffinitio entis ſenſibilis & terminati in actu eſt vt tangi poſſit. ideo non poteſt aliquis fingere tales partes eſſe in actu, & correſpõdere ſingulis partibus temporis. ſed non ſunt a ſenſu comprehenſibiles: quia hoc eſt contra diffinitionem & terminum entis in actu, qui eſt vt ſit ens tãgibile, vt dicit Cõmen. vbi ſupra. & ideo Commen. concludit ꝙ continuatio vere non reperitur niſi in motu locali. vnde motus prius dicitur de motu locali. ſecundo de motu alterationis. poſtremo autẽ ĩter omnes motus eſt motus augmenti & diminutionis. Sed tũc eſt difficultas quomodo motus augumenti fiat in tempore: ſi enim motus iſte augumẽti fit per acquiſitionem quantitatis factã per minima, cum talis acquiſitio fiat in inſtanti, tunc motus augumenti non menſuraretur a tempore. hoc autem videtur eſſe contra Ariſtotelem in 4. phyſi. in tex. cõm. 132. vbi quęrit utrum tẽpus ſit numerus cuiuslibet motus, vel vnius tm̃. & ſoluẽdo dicit, ꝙ eſt numerus cuiuslibet mot⁹: inquit enim, & nãq; quod generatur & corrumpitur in tempore, & augumentatur & alteratur. Amplius in eodem 4. phyſi. tex. com. 129. demonſtratur ꝙ oẽ quod mouetur, mouetur ĩ tẽpore. quia in omni motu reperitur velox, & tardum, talia autem tempore mẽſurantur. & Ariſtoteles dicit hoc eſſe in motu locali. & ſimiliter dicit etiã eſſe in alijs motibus. Et has difficultates euadere volentes Burleus in 3. phyſi. & Ioannes Gãdauenſis in ſpeciali quæſtione de motu augumẽti dicũt, ꝙ loquẽdo de motu augumenti proprie dicti, qui ſolum in viuentibus reperitur, teſte Cõmentatore primo cęli. cõ. 22. ſumitur dupliciter, vno modo pro conuerſione nutrimẽti in ſubſtantiam alimẽti, & alio modo ꝓ extẽſione cõſequente materiã ſic cõuerſam a calore & ab anima ipſius viuentis. & tunc dicunt ꝙ augumentatio proprie non eſt motus primo modo, tum quia ſubiectum motus eſt ens in actu. ſed ſubiectum augumentationis primo modo eſt prima materia quæ eſt ens in pura potentia, tum quia terminus motus eſt accidens. ſed terminus augumentationis primo modo ſumptę ẽ forma ſubſtãtialis: tum quia omnis motus ẽ cõtinuus: nulla autem talis cõuerſio poteſt eſſe continua quantũcunq; modica, quoniã ſic auctũ eſſet infinitum. ſed accipiẽdo motum ſcđo modo, ſic motus augumenti eſt vere motus: quia habet omnes conditiones requiſitas ad motum, vt patet diſcurrenti. Sed contra iſtam opinionem inſtat Petrus Pomponatius in ſpeciali tractatu de motu augumẽti libro 1. cap. 9. inquit. n. ꝙ ſermo iſtorũ eſt corruptus quia impoſsibile ẽ motũ augumenti ſumi ĩ prima ſignificatione, quia impoſsibile eſt ſumere augumentũ ſine quãtitate, quia in intellectu formali augumẽti cadit quantitas: q2 eſt motus ad quantitatẽ: ſed cõuerſio illa nutrimenti intelligit̃ nõ intellecta quantitate, vt dicit. n. Ari.

1.de gñatione.nutritiuo non importat niſi ſolã ſubſtantiã. tex. cõ. 41.& ĩ 2.de anima.tex.cõm.47.ꝙ cibus & augumentatiuũ differunt ratione.nã inquantũ eſt potentia caro ſeu ſubſtãtia nutrit, inquãtũ autem eſt potentia quãta caro auget. Quod ſi dicatᷣ, vt aſſerit, ꝙ illa cõuerſio nõ importat ſimpľr ſubſtantiam, ſed ſubſtantiã plurem q̃ ſit deperdita, hoc nihil proficit: qa ſi importat plurem materiã cum quantitas inſeparabiliter inſequatᷣ materiã: ſequitur (ſm eos ꝓſertim qui tenent viã Commentatoris ꝙ quantitas eſt coęterna materię) ꝙ ibi ſit etiam plus de quantitate: & tũc nunqd acquiſitio illius quãtitatis ſit motus verus augumenti: nec ne? patet ꝙ ſic, quia habet oẽs cõditiones, quia eſt ad quãtitatẽ, & eſt de contrario in contrariũ, & in ſubiecto in actu: quia quantitas terminata fundatᷣ in ente in actu: & tñ non eſt extenſio, vt ipſi fatentur: ꝙ ſi forte dicatur talem acquiſitionem nõ eſſe verũ motum. Qđ quia deficit ſibi ſucceſſio, ſed ẽ ſubita mutatio in quantitate ſicut illuminatio, vel eſt cõpoſitum quoddam ex multis nutritionibus inquantum inſequuntur gñonẽ ſubſtantię: nam ex acquiſitione ſubę acquiritᷣ illa quãtitas: quapropter nõ eſt verus motus. hoc, inquit, nõ ſatis facit: quia Ari. in 1. de gñatione agit de illa augumentatione q̃ eſt motus, & eſt eadẽ ſubiecto cum nutritione & ſola ratione diſtinguitur. vnde illę tres conditiones motus augumenti. videlicet ꝙ fiat aliquo extrinſeco adueniẽte, & ꝙ ſit idem numero ꝙ augetur. & ꝙ quęliber pars aucti augeatur non poſſunt cõuenire extenſioni, quia extẽſio illa nõ fit aliquo extrinſeco adueniente. Et ſi cõcedatur augumẽtationẽ de qua Ariſt. loqtur in 1. de gñatione, nõ eſſe motũ: quę igitur augumentatio erit? Dices, pro extẽſione, ſed hoc eſt falſum: qa illa eſt cõis viuẽtibus & nõ viuentibus, vt patet. Quod ſi dicatᷣ ꝙ extẽſio vt facta ab aĩa eſt ꝓpria viuẽtibus, hoc nihil eſt, quia motus non ſpecificantᷣ a cauſis efficiẽtibus: qa efficiens ẽ de cauſis extrinſecis motus, ut dicit Cõmen. 5. phy. cõmẽ. 3. Amplius cũ Ariſt. de tali extenſione in 1. de generatione nõ meminerit, videtur Ariſt. fuiſſe diminutũ. Amplius ſeqtur ꝙ nõ erunt tres motus: quia ſi motus augumẽti eſt talis extenſio, cũ iſte nõ terminetur ad quantitatẽ, ſed ad qualitatem, erit igitᷣ alteratio: raritas enĩ eſt in qualitate. 7. phy. cõ. 15. & 8. phy. com. 84 & ideo finaľr pręfatꝰ doctor concludit ꝙ augumẽtatio non ẽ formaľr extenſio, loquendo de vera augumentatione, quę eſt ĩ viuente: & de qua Philoſophus loquitur 1. de generatione. vnde illud membrũ non dr̃ augumẽtatio proprie ſed improprie. ſed vt aſſerit, augumẽtatio proprie poteſt ſumi ſtricte, & minus ſtricte. Stricte ſumitᷣ ꝓ acquiſitione maioris quãtitatis, quod fieri non poteſt abſq; aduentu quãtitatis extrinſece, ſm quam fit acquiſitio maioris loci, vt dicit Philoſophus 1. de generatione. tex. cõmẽ. 25. Minus ſtricte autẽ eſt acquiſitio pluris materiæ, quę pluralitas materiæ non dicit proprię quantitatem, q̃ maiorẽ locum occupat, vt manifeſtum eſt. Et ideo ad argumentum eorũ reſpon-

ſpondet,ꝙ illa diuiſio non eſt ſuffi ciens. nam augumentatio proprie nullum illorũ duorũ eſt neq; conuerſio neq; extenſio,ſed eſt acquiſitio quantitatis per aduentũ nouæ materię. Et ſi dicit ꝙ hęc acquſitio non eſt ſucceſſiua,rñdet conceden do totum,quia motus non dicitur vniuoce de omni motu, ſed analogice.& ideo vera ſucceſſio & continuitas reperitur in motu locali.vnde cũ ſit coniuncta augumentatio nutritioni q̃ fit per minima, ideo nõ poteſt eſſe continua etiam per modicum tẽpus.ſed ſi nutritio dicitur continua,eſt quia q̃diu viuimus anima uel generat vel diſponit ad generationẽ:& ſic auctio poteſt dici continua, quia eſt coniuncta nutritioni,ſed nutritio nõ meruit nomen motus, quia ſubiectũ eius eſt in potentia,& termin⁹ eius eſt ſubſtantia, neq; eſt de cõtrario in contrariũ,quæ ſunt conditiones motus:ſed has conditiones habet motus augumenti. iſta ſunt dicta eius. Sed iſte vir in contradicẽdo iſtis non caret reprehenſione,quia etiam ipſe patitur eaſdẽ anguſtias. nam ipſe dicit ꝙ augumentatio ꝓpriè dicta q̃ inuenit in ſolis viuẽtibus ſumit min⁹ ſtricte,acqrit minus ſtricte & magis ſtricte,& min⁹ ſtricte acquirit ꝓciſe p acqſitionẽ pluris materię,& illud pl⁹(ſm ipm qui tenet cõtra Auerroem ꝙ dimẽſio interminata nõ datur) nõ eſt p quantitatẽ.tunc igit reflecto argumentũ eius cõtra ipſum,ĩtellectus augumentationis proprie dictę nõ poteſt abſtrahere a quantitate, ſed in hoc caſu in augumento minus ſtricte intellectus abſtrahit a quãtitate, igitur talis tranſmutatio non eſt augumentatio, ſed nutritio,quia non terminatur per ſe ad quantitatem, ſed ad ſubſtantiam materiæ,quod eſt contra Philoſophum primo de gñatione & corruptione.tex.cõ.41.& 2.de anima tex.cõ.47. vbi ponit differentiam inter motũ augumẽti,& ipſam nutritionem:dicit enim ꝙ ſunt vnus motus ſm ſubiectum, & duo ſm rationem:quia aliquid vt cibus vt eſt potentia caro nutrit, ſed vt eſt potentia caro quanta auget. Dices ꝙ talis modus includit quantitatem in potentia,licet non includat quantitatẽ,in actu. Contra, quia tunc nõ differret nutritio ab augumẽtatione,qa termin⁹ actualis nutritionis qui ẽ caro,eſt in potentia quãtus. Amplius, deinde fit ab eo quod eſt ſm actum,& nõ ab eo qd eſt ſm potentiam. 2. phyſi. tex.cõm.11. Amplius,illud quod actu includitur in diffinitione augumenti,actu intelligit in ea. ſed in diffinitione proprie dicta actu ĩcluditur magnitudo: quia Ariſtoteles in libro 1.de generatione nõ loquitur niſi de augumentatione proprie dicta;ſicut & iſte concedit; & illam diffinit in tex cõm.30.vbi dicit ꝙ augumẽtatio eſt exiſtentis magnitudinis additamentum, diminutio vero minoramentũ. Ecce qũo actu exprimit magnitudo in ĩtellectu ei⁹:& cõfirmat,qa illud qd auget ꝓprie eſt actu quãtũ. & ſub illa ratione eſt ſubiectum augumenti.confirmat per verba Philoſophi in tex.cõ.30. vbi expreſſe dicit,manifeſtũ eſt ꝙ id quod augumentatio nõ eſt ex potentia habẽte magnitudinẽ, actu vero nullã. ſeparatũ enim eſſet quod cõe: qd cla-

clarius? Ampli' ſi ſolutio ſua vera
eſſet ꝙ in ĩtellectu augumenti pro
prie ſumpti, debet apparere magni
tudo in potentia & nõ in actu, tũc
ſoluit argumentũ eius contra Bur-
leum, & Gandauẽſem: quia ipſi di-
cent ꝙ augumẽtatio proprie dicta
in propria ſignificatione, ſecundũ
primũ membrũ, ſumitur pro con-
uerſione nutrimenti, inquantũ eſt
in potentia ad quantitatẽ termina
tam. & ita argumenta eius nõ ma-
gis militant contra iſtos, q̃ contra
authorem, ſicut vides. Et ideo di-
camus ad argumentũ eius, quia ad
ducere inconueniens non eſt ſol-
uere, ꝙ nutritio & augumẽtatio du
pliciter conſiderari poſſunt, vno
modo abſolute, alio mõ comparã
do vnũ ad alterum: & tũc dico ꝙ
nutritio & augumẽtatio ſunt duæ
tranſmutationes, realr & formalr
diſtinctæ. ꝙ ſint formalr diſtinctę
patet ex verbis Ariſto. qui dicit ꝙ
ratione diſtinguũt. ꝙ ſint etiã rea-
liter diſtinctæ, patet, poſſũt. n. adin
uicem ſeparari, quia ſemper nutri-
mur, nõ autẽ ſemper augemur. vt
dicit primo de gñone. tex. cõ. 41. &
in 2. de anima. Amplius nutritio ẽ
nutritio quia fũdatur in ſubiecto
ente in potẽtia, & terminat ad ſub
iectum, ſed augumentatio eſt mo-
tus, quia fundatur in ente in actu,
& eſt de cõtrario in cõtrariũ, quia
a quantitate impfecta ad perfectã.
Quod ſi dicat ꝙ hoc eſt cõtra Ari.
quia dicit ꝙ ſunt unum ſm ſubie-
ctum: igit ſunt idem realiter. Solui
tur, ꝙ dicunt eſſe vnum ſm ſubie-
ctum, ſicut album & dulce, qa lac ẽ
ſubiectum vtriuſq; qualitatis: tñ
albedo & dulcedo formaliter &
realiter diſtinguunt, ſic nutritio &
augumentatio circa idem obiectũ
maliter verſantur, tñ diſtinguũtur
re & rõne inter ſe. cõſiderando igit
ſic rationes formales iſtoꝝ, ſic au-
gumẽtatio proprie dicta nullo mõ
poteſt ſumi ꝓ illa conuerſione nu
trimenti preciſe, immo ſic forma-
liter talis eſt nutritio. alio mõ põt
conſiderari vt nutritio ordinat ad
augumẽtationẽ; quia cũ augumẽ-
tatio inter alias conditiones requi
rit ꝙ fiat ex aliquo adueniente ab
extrinſeco, ſic præſupponit neceſſa
rio nutritionem, & ſic nutritio illa
ſub ratione qua ordinatur ad au-
gumẽtationẽ, poteſt dici augumẽ-
tatio proprie in prima ſignificatio
ne. ſicut Ariſt. dicit in ſimili in 2.
phyſi. tex. cõm. 14. ꝙ generatio dr
natura, quia eſt via in naturã. vn-
de ſicut ſcribit Com. in 3. cęli cõ.
9. ꝙ comparatio eſt accidens ſepa-
rabile a re: res autem non ſemper
ſeparatur a ſe, ſecundum enim, ꝙ
eſt reſpectiuũ habet diſpoſitiones
contrarias & infinitas: & ſecundũ
quód eſt eſſentia non habet niſi
vnum, & eſt quaſi eſſentia eius: &
ita licet conuerſio nutrimenti ab-
ſolute non includat quantitatem
in ſe conſideratã: tamen nutritio,
vt eſt pręparatio ad augumẽtum,
includit quantitatem nõ intrinſe-
ce, ſed terminatiue & extrinſece.
& iſte eſt intellectus Burlei & Ioan
nis. Pro ſolutione aliorum argu
mentorum eius pręſuppono vnũ,
ꝙ duplex eſt extenſio magnitudi-
nis, vna quæ fit ex aliquo ingre-
diente. alia vero quæ nullo ingre-
diente fit, vt poteſt colligi ex quar
to phyſice auſcultationis in textu
commenti. 63. puta illa quæ fit
ex alteratione, & tunc dico ꝙ eſt
magna

magna differentia inter iſtas duas extenſiones,tum quia illa quæ fit ex aliquo ingrediente, dicitur pro prie & vere augmentatio, & eſt in rebus viuentibus. & fit ſecundum omnes partes, ſed illa quæ fit ex ſimplici alteratione, aut per accumulationem eſt in rebus inanimatis: licet nihil prohibeat ꝙ etiam talis inanimatis contingere poſſit: &talis vt ſcribit Cõmentator in.4. phyſicorum in cõmento.63. dicitur additio,non augnmentum; & non fit ſecundum omnes partes corporis.etiam eſt alia differentia, quia augmentum vel extenſio facta aliquo ingrediente terminatur per ſe, & principaliter ad quantitatem,ſed ad qualitatem terminatur per accidens ſeu cõſecutiue;ſed extenſio quæ fit per ſimplicem alteratione, principaliter terminatur ad raritatem quę eſt qualitas, & ſecundario ad quantitatem,ſicut expreſſe dicit Cõmentator ꝙ rarum & denſum ſunt contraria in quantitate.i.conſecutiue,quod oſtenditur ex verbis eius, quæ immędiate ſubnectit,inquit enim cum tráſlatio de raritate in denſitatem fit trãſlatio de maiori magnitudine ad minorem,ꝙ autem detur extenſio aliqua quæ primo terminatur ad magnitudinem & per accidẽs, aut ſecundario ad raritatem, & ꝙ iſta fit in viuentibus tantum, apparet expreſſe ex ſententia Auerrois in primo de generatione & corruptione cõmento.38. vbi expreſſe ponit modum quo fit vera augmentatio in viuentibus. inquit enim,aut dicemus ꝙ in membro naturaliter eſt cauſa extenſionis in omnes dimenſiones, qua propter accidit ei raritas:& illa humiditas cibalis diuidit ſe in omnibus partibus eius, ſcilicet in minimis foraminibus, quando illa foramina extendunt, & quando fuerint impleta illa humiditate, tranſmutatur illa humiditas in partes carneas minimas,& applicabit ſe illis, & iterum contingent in illis partibus carnoſis nouis foramina minima, & cum membra iterum extendentur rarefient omnia illa foramina, & im plebuntur per humiditatem cibalem per virtutem attractiuam,& cũ calor coagulauerit illam reuertetur in carnem & os, deinde tertio rarefiet,& ſic erit cremẽtum membri augumentati. Amplius ꝙ detur extenſio quæ proprie terminatur,& primo ad quantitatem & nõ ad qualitatem patet ex. 8. phyſicorum in tex.cõmen.32. vbi Ariſtoteles loquitur de ſecunda potentia eſſentiali, & accidentali:& dat exẽplum in ſubſtantia:de aqua, quæ dicitur eſſe in potentia leuis & de aere: & ſimiliter dat exemplum de qualitate vt de ſcientia: ſimiliter ponit exemplum in quantitate dicens,& quãtum extenditur niſi aliquid prohibeat vbi ſanctus Thomas dicit ꝙ ſimiliter eſt in motu quantitatis: quia ex quo facta eſt additio ad quantum,ſtatim ſequitur extenſio in corpore augumentabili, vbi patet ꝙ loquitur de vero augumento. Ex quibus verbis elicitur manifeſte ꝙ cauſa extenſionis quę eſt in membris.ſ.anima & virtus animę,principaliter operatur illam extenſionem ſecundum omnes dimenſiones,ſecundum videlicet longitudinem,latitudinẽ,& ꝓfunditatẽ: licet vt dicit Cõm.5. meta-

metaphy. principaliter reſpicit longitudinem, ſecundo latitudinem, & poſtremo profunditatem, vt patet in cōmen. 1. manifeſtum eſt autem ꝙ iſtæ dimenſiones, ad quas terminatur iſta extenſio, ſunt magnitudines, vt patet in principio primi de cœlo. tex. cōmen. 2. & in. 5. metaphy. commen. & tex. 18. in capitulo de quanto, & ad talem extenſionem conſequitur raritas in membro ex generatione nouorum foraminū. Ex quo patet alia differentia adhuc ꝙ iſta extenſio quæ fit ex aliquo extrinſeco, & fit ſecundum omnem dimenſionem. videlicet ſecūdum longitudinem, latitudinem, & profunditatem ſecundum proportionem naturæ cognitam: ſed extenſio illa quæ acquiritur per rarefactionem, non credo ꝙ fiat ſecundum omnem dimenſionem: tum quia videmus ꝙ ſi corrigia rarefiat: fit maior extenſio in longitudine, & tunc diminuitur in latitudine, vt patet ex experimento: tum quia Cōmentator in. 4. metheororū in ſumma, quando loquitur Philoſophus de lanificabili dicit, ꝙ plumbū ex vna verberatione mouetur ſecundum omnem dimenſionem, ſed augetur in longitudine & latitudine, & diminuitur in profunditate: & tu vide frater, Ariſtotelem in. 4. metheororum in tex. commen. 30. vſq; ad finem, vbi loquitur de cōmunibus paſſionibus mixtorum ꝙ inuenies verum eſſe quod diximus, ꝙ talia mixta non poſſunt ſecundum omnem dimēſionem augeri, vel diminui per viam condēſationis, & rarefactionis, vt patet de impreſſibili, deſciſſibili, & truncabili, & de alijs multis, & cum hoc eſt ſententia Commentatoris. 4. phyſi. com. 63. ꝙ additio non fit ſecundum omnes partes corporis: videmus hoc ēt in rarefactione mixti, ꝙ licet augeatur ſm longitudinem, videtur diminui in profunditate. Amplius dato ꝙ aliquod inanimatum ſm omnes tres dimenſiones augeri poſſet: tamen adhuc differt ab augumento animatorum: quia tale eſt ſecundum proportionalitatem naturalem: vt dicit Auicenna in loco præallegato, & ita non eſt in corporibus inanimatis. Sed dato ꝙ iſta extenſio per viam rarefactionis in inanimatis fieri poſſit, ſecundum omnem extenſionem omnium trium diametrorum, adhuc differt ab illa extenſione animatorum, quę principaliter terminatur ad dimenſiones terminatas ſpecie diſtinctas ab illis, ad quas terminatur rarefactio in animatis corporibus. Vnde mirum eſt per vitam meam, quomō iſte bonus vir ita manifeſte errat in hoc ꝙ dicit iſtas extenſiones terminari ad eoſdem terminos, quaſi dimenſio inquātum dimenſio abſolute ſit terminus augumenti naturalis. in quo enim differret, ergo augumentum mathematicum a naturali? cum Ariſtoteles expreſſe reclamat in 2. phyſi. lineas, corpora, & puncta cōſiderari à naturali, vt ſunt termini phyſici corpis. vnde augumentatio eſt ad qōnē ſenſibilem, vt eſt terminus naturalis corporis. & Cōmentator. 1. de generatione. com. 38. non augetur inquantū eſt quantum, ſed inquātum eſt quantum habens formā. vnde accidētia terminata cū inſequantur

quantur formam ſunt diſtincta ex diſtinctione formarum, vt dicit Cōmen. in libro de ſubſtātia orb. & 1. de aīa. cō. 53. mēbra cerui nō diſtinguūtur à mēbris leonis, niſi qa aīa diſtinguitur ab aīa, & hoc nō ſolū eſt in ſpēbus, verūetiam & indiuiduis ſpērū. dicit enī Ariſt 12. metaphy. tex. cō. 27. ꝙ vnumquodque indiuiduum habet ꝓpriā materiā & ꝓpriam formā: & per conſequens habet accñtia indiuidualia propria, quæ ſm Porphiriū impoſſibile ē ꝙ habeat vnus & alter. & Auicenna dicit in caplō de complexionibus ī prīo canone, ꝙ deus glorioſus dat vnicuiq; īdiuiduo cō plexionē ꝓpriam, in qua cōicare aliud eſt impoſſibile. immo iſte vir contradicit ſuę doctrinę: quia in fine primi libri dicit, ꝙ ad vnitatem numeralē cōpoſiti reqritur vnitas formę, & ad vnitatem formę requiritur vnitas agētis. Vnde Socrates ſm ipſum non potuit generari ab alio q̄ a patre ſuo. vbi patet ꝙ vult ex cauſis extrinſecis poſſe eē diſtinctionem in effectibus, & ideo non conſtat ſibi in ſcribendo, ſed fert̃ ſicut nauis agitata ventis. Quod ſi dicat quòd ſecus eſt de efficientibus in ſpecie: quia talia non diuerſificant ſpēm: contra ſicut vniuerſaliū cauſę ſunt vniuerſales, ſic particulariū cauſę ſunt particulares; igitur ſicut efficientia numero diſtincta cauſant diſtinctionē numeralem, ſic & q̄ ſpecie diſtinguūtur. Amplius licet efficiens ī motu quando nō eſt finis non diuerſificat motum: tum qū vnum cōtrariorum eſt efficiens & finis motus, tunc diuerſa efficientia diuerſificant motum & effectum, ſicut qū calidum ex frigido generat calidū & econtra, talia ſunt efficientiā ſpecie diſtincta, & motus, iſti ſunt ſpecie diſtincti. & quia. 3. phyſi. tex. com. 17. ſemper exiſtimabitur aliqua ſpecies mouens, licet quantitas proprie nō ſit de principijs actinis, quia tamen quantum generat quantum ſibi ſimile in ſpecie, & forma quantitatis terminatæ, ſic poteſt dici ꝙ extenſiones animatorum ſpecie diſtinguuntur, vt fiunt ab anima, ab illis, quę fiunt a natura in rebus animatis. Dicamus ergo ꝙ motus augumenti ſi dicitur fieri per minima eſt ratione nutritionis, quæ eſt præuia ad verum motum, qui formaliter eſt illa extenſio ad omnem dimenſionē factam ab anima, ad quam ſequitur raritas, vt dixi, & ille motus fit in tempore: aliter motus augumenti ſi non fieret formaliter in tempore non eſſet verus motus. vnde Commen. 5. phy. com. 21. vult ꝙ diffinitio data de motu in. 3. phy. non verificatur de trāſmutatione, quæ eſt in ſubſtantia: & reddit cauſam, qa forma eſt indiuiſibilis & tranſmutatio eſt de non eſſe. Ecce igitur ꝙ de ratione & conditione motus eſt vt forma ſit diuiſibilis. i. diuiſibiliter acquiſibilis & nō per minima, quia etiā forma ſubſtantialis quæ eſt vere ſubſtantia, per minima acquiritur. Sed dices, quare Cōmentator dicit ꝙ continuatio nō apparet in motu augumēti ſicut in motu locali? Obiectio. Reſpondet̃, ꝙ Cōm. ſeipſum declarat, & mirū eſt per vitam meā, quō viri iſti allucinati ſunt in hac re. Solutio. Nam Commētator inquit, ī motu enim locali id qd mouet̃ a principio mot᷑ vſq; ad fine, nō īter ponitur

ponitur quies: & ideo continuatio eſt manifeſtior in eo: ſed motus augumenti de initio motus vſque ad finem componitur ex pluribus motibus, & ex pluribus quietibus, ꝙ ſi augumentatio vt diſtinguitur formaliter a nutritione, fieret per minima quæ in inſtanti acquirũtur, motus augumenti componeretur non ex motibus, ſed ex mutatis, & ideo dicamus ꝙ Cõment. eſt adeo clarus, ꝙ clarior eſſe nequit. Nam non eſt dubium ꝙ Commentator loquitur de motu augumenti, qui eſt in rebus viuentibus, quia talis fit ꝑ mutationẽ quæ fit ꝑ minima: patet autem ꝙ talis augumentatio eſt a quãtitate imꝑfecta, ad q̃titatẽ ꝑfectam. vnde motus augumẽti cõpletus in homine perficitur vſque ad. 25. annos: patet autem ꝙ cum talis motus neceſſario requirat aduentum nouę materiæ, quę materia transfertur ſubſtantialiter per minima, propter iſtam rationem contingit augumento inquantum augumentum eſt motus, vt non poſſit eſſe vnus numero & continuus a principio motus vſque ad finem. vnde ſi per poſſibile fieri poſſet, vt augumentatio hominis fieret non ꝓſuppoſita nutritione q̃ fit per minima, tunc homo a principio poſtquam natus fuit vſque ad. 25. annum cõtinue augeretur: ſed hoc eſſe non poteſt, ꝓp neceſſariam & eſſentialem connexionẽ cum nutritione, ſed quia motus localis eſt natura prior omni motu, & mutatione, & non neceſſario ꝓſupponit aliquam mutationem ſecum coniunctam, quę fiat in inſtãti propter quam abſcindatur eius continuatio, ideo poteſt eſſe vnus, & continuus a principio vſque ad finem; vnde ſi graue eſſet in ſumma diſtantia a centro, remoto impedimento continue ſine interruptione deſcenderet: non fuit igitur mens Commen. dicere motum augumenti formaliter diſtinctum a nutritione eſſe inſtãtaneum, quia hoc implicat: quia ſucceſſio in motu, licet non ſit de motus quidditate, eſt tamen de proprietatibus per ſe inſequentibus motum, vt patet in tractatu de tempore. Sed intentio eius fuit ꝙ motus augumenti a principio vſq; ad finem nõ poteſt fieri ſine interruptiõe, ſicut poteſt fieri motus localis: & ideo augumẽtatio completa viuentium fit in tẽpore, & talis augumẽtatio eſt compoſita ex pluribus motibus & pluribus quietibus, ſicut optime declarant verba Cõmenta. in commen. 38. ſupra adducta. Amplius quod augumentatio, vt eſt motus formaliter diſtinctus a nutritione fiat in tempore, alia ratione oſtẽditur: dicit enim Philoſophus in primo de generatione & corruptione tex. cõ. 25. vbi ponit differentiam motus augumenti, & motus alterationis, ĩquit enim ꝙ illud quod alteratur, non de neceſſitate mutat locum, ſed illud quod augetur & diminuitur mutat locum, aliter tamẽ quã id quod fertur ꝙ vniuerſum mutat locum, ſed quod augetur eſt ſicut quod deducitur, non quemadmodum quæ ſpherę: hę enim in ſimili loco tranſmutantur manente toto. quæ autem eius ꝙ augetur ſemper in ampliorem locum: in minorem eius quod diminuitur. ſi igitur partes eius q̃d augetur ſemper in ampliorem locom mouentur,

tur,hoc autem non poteſt eſſe niſi in tempore, quia non poteſt aliqd in ampliorem locum mutari ſine tempore,ſed hoc eſt dum augetur. igitur augumentatio eſt in tempore per quàm per ſe primo acquiritur quantitas in eo ꝙ augetur & p accidens amplior locus, & iſta eſt veritas. Nec videlicet ſi aliquis dicat ꝙ augmentatio eſt in inſtanti: ſed ſi id quod augetur dicitur augeri in tempore eſt ratione motus precedentis, ſicut etiam ſimiliter dicim' ꝙ id quod generatur dr̄ generari in tpe,& id quod corrumpit corrumpitur in tempore. Hoc nõ ſoluit,quia licet generatio & corruptio poſſunt dici fieri in tempore ē merito quo ſunt termini immediate cõſequentes alterationem quæ eſt verus motus & ſucceſſiuus, ſed de augumento hoc non poteſt dici:quia motus augumenti immediate ſequitur nutritionem quæ non eſt motus, ſed mutatio. Dices,erit ratione alterationis quę pcedit nutritionem. Sed hoc eſt maius abſurdum, quia pariformiter relatio dici poſſet acquiri per motum in tempore illo modo. vnde Commentator. 8. phyſi.commen. 73. motus ſequitur motum per accidens,ſicut illuminatio motũ candelę,aut quia vnus eſt perfectio alterius:& ſic motus augumẽti ſequitur nutritionem tanquam perfectio eius, licet nutritio non ſit vere motus. Et ex his intelligis differentiam inter motum localem & alios motus in continuatione, qa continuatio,vt dicit Cõmentator. 6. phyſi.commen. 74. eſt manifeſta per ſe,quia impoſſibile eſt aliquam partem eius fieri ſubito: ſed in alijs motibus habet difficultatẽ, vtrum aliqua pars eorum fiat ſubito, videtur enim ꝙ aliqua pars fieri poſſit ſubito,& hoc dicit propter augumentationem: quia cum augumentatio ſit motus ad quantitatem per acquiſitionem nouę materię, acquiſitio nouę materię eſt pars motus augumenti ſaltem ex connotato: & quia illa acquiſitio fit per nutritionem & per minima: & ratio eius eſt ꝙ fiat in inſtanti, ſic quo ad illud dicit fieri ſubito, ſed quo ad ſuũ formale ꝙ eſt extẽſio illius acquiſitæ materię,& iam conuerſę in omnem dimenſionẽ, ſic eſt in tempore, & ita eſt de illis alterationibus,quæ ſunt connexę cum mutationibus ſubditis, ſed quia motus localis non neceſſario requirit aliquam mutationem ſubitam quę ſit pars eius,ideo continuatio eius eſt manifeſtą a principio vſque ad finem. & animaduerte ꝙ vt ſupradixi, augumentatio completa viuentis fit in tempore, licet non continue, ſed cum interruptione modo declarato, ſimiliter poteſt dici ꝙ id quod generat, generatur in tempore, loquendo de generatione completa quæ fit per minima: & ita etiam poteſt dici de corruptione viuentium,ſi eſt verum dictum Ariſto. in 2. de partibus animalium,& in. 3. quod cor eſt primum quod viuit,& eſt vltimum quod moritur,& non ſolum ratione alterationis pręuię, verum quia talis generatio completa fit ex pluribus motibus & ex plurib' quietibus, ſicut de augumentatione completa. Vnde vt bene intelligas,ſcire debes ꝙ quemadmodũ generatio diuerſimode inuenitur diffinita

diffinita ab Ariſt.ſic eſt de augmentatione: nam aliter generatio diffinitur in primo phyſic. & aliter in primo de generatione, & aliter in 4.metheororũ,& aliter in libro de morte & vita: cum.n.ordo doctrinæ ſit ab vniuerſaliorib',& ſermo libri phy.eſt prior in ordine, & eſt ſermo vl'is,ibi diffinit generatio in vl'i,vt reſpicit,tã ſubſtantiam,q̃ accidentia: nam vt dicit Philoſoph' 1.phyſi.tex.cõ.57.intentio eius in illo libro eſt inueſtigare principia oĩs gñonis.vbi Cõmen.exponit, ꝙ per cõem generationem intelligit gñonem quæ eſt in ſubſtãtia & in oĩbus prædicamentis,& de ſubſtãtia generationem,quę eſt cõis quatuor corporibus.ſ.igni,aeri, aquæ, & terræ, & corporib' cõpoſitis, & vniuerſaliter gñationem vnius ex vno,ſed gñonem vnius ex plurib' perſcrutanda eſt in lib.de gñatione,& ſic exponit etiã Them. & iõ ibi diffinitur gño ꝙ eſt trãſitio ex non eſſe ad eſſe.in libro aũt de generatione & corruptione diffinit, gño conueniens elementis,quia liber ille dr̃ de elementis. 2.de anima.tex.cõ.117.& ſic diffinitur in tex.cõ.23.& 24. generatio eſt trãſmutatio totius in totum,nullo ſenſibile remanente,vt ſubiecto, licet ẽt in fine primi de generatione inueſtigetur modus gñonis,quo vnũ fit ex pluribus.ſed iſta rectius dicit mixtio quàm generatio,vt ibidem declaratur.& ſic concorda dictum Commentatoris in pręallegata authoritate primi phyſico.commen. 57. Tertio diffinitur generatio, vt eſt communis corporibus mixtis in animatis & inanimatis ſub ratione generali: & ſic diffinitur in quarto metheororum in tex. commen.2.vbi dicitur, eſt autem ſimplex generatio & naturalis permutatio ab his virtutibus,cũ habeant rationem ex ſubiecta materia vnicuiq; naturæ,generant aũt calidũ, & frigidum obtinentia materiam. Quarto diffinitur gño propria viuentium quatenus viuẽtia ſunt,in libro de morte & vita. vbi dicit,generatio eſt prima participatio aĩæ in calido nali, & vita eſt eius permanſio.ſic ſcire debes,quòd augumentatio diffinita in quinto phyſicor. ſumitur vniuerſaliori modo quàm in libro de generatione, & corruptione, quia ibi ſolum conſideratur, vt eſt motus factus in ſubiecto ente in actu de quantitate imperfecta ad quantitatem perfectam, non cõſiderando aliquam aliam rationem: & ita eſt illa diffinitio cõmunis & vniuerſalis. vnde etiam in primo cęli Ariſtoteles iſto modo loquitur de augumentatione vniuerſaliter in tex.cõ.271 vbi dicitur: ſm paſſionem aũt quęcunq; tranſmutantur phyſicorum corporum habentia omnia,& augumentum & decrementum,puta animalium corporum & partes ipſorum, & plantarum, ſimiliter & elementorum. vnde Commẽtator ibidem cõm.22.diſtinguit ꝙ additio in quantitate, & diminutio ſumitur tribus modis,aut ſm augumentum verum,& diminutionem veram. & hoc tãtum inuenitur in plantis, & animalibus, aut ſecundum alterationem,vt accidit aeri, & aquę cum inſpiſſantur,qđ fiunt minoris quantitatis. aut tertio ſm accumulationem,vt eſt in muro, vel in aceruo lapidum,vel vt habet

alia

alia litera, vt eſt in mineris, ſed augumentatio in libro de generatione & corruptione, diffinitur in propria ſignificatione, & eſt acquiſitio maioris quantitatis per ingreſſum nouæ materiæ. Et quia talis augmentatio connotat in ſuo intellectu, & neceſſario præſupponit talem nouæ materiæ appoſitionẽ, quæ fieri aliter non poteſt niſi per mutationẽ, ideo eſt neceſſario motus augumenti merito eius annexus mutationi. i. nutritioni, licet ratione ſui intellectus formalis, qui eſt extenſio illa, iam additæ, & conuerſæ materiæ in omnem dimenſionem ſit veræ motus, & in tempore fiat. & ita eſt etiam de alterationis terminis ad generationem veram, & corruptionem verã, quæ ſunt inſtantaneę mutationes, ꝙ tales non poſſunt cõmutari cũ ſubſequẽtibus, ſed alteratio ad quam non ſequitur mutatio, nil prohibet vt poſſit eſſe continua a principio vſq; ad finem, vnde Cõm. non dicit vniuerſaliter de omni alteratione eſſe ſimile, ſicut de augumento, ſed dicit de quibuſdam. ſed de augumentatione proprie dicta eſt vniuerſaliter verum, propter cauſam eius aſſignatam. quia talis intellectu eius importat illam acquiſitionem nouæ materiæ, quæ aliter eſſe nõ poteſt, q̃ per veram mutationem, quę per minima fit, & in inſtanti quod non eſt de intellectu alterationis inquantum alteratio eſt, licet illud contingere poſſit. & ſic intelligis verba commẽti 23. octaui phyſicorum, vbi dicit. & ex hoc apparet bene illud, quod dicit Alpharabius in principio ſui libri de entibus tranſmutabilibus, ſcilicet quòd de diffinitione motus apparet continuatio in motu, in vniuerſali eſt ſermo non verus, ſed non apparet hoc niſi in motibus localibus de quib' dicitur hoc nomen principaliter. In alijs autẽ in quibuſdam apparet continuatio, ſcilicet vt partes eorum inueniãtur diſtinctę abinuicem, & in quibuſdam non apparet hoc, quia partes eorum non inueniuntur ſecundum illum modum. Vnde ſic etiam tollitur contradictio in cõ. 23. & in com. 6. tertij phyſic. quia dicit in commen. 6. ibi ꝙ ex diffinitione motus apparet cõtinuatio in motu, & hic commen. 23. dicit, ꝙ Alpharabius dicens hoc, non dicit verum. Sed ſoluitur, quia Alpharabius dicit ex diffinitione motus apparere in vniuerſali continuationem inueniri in omni motu, ſed Comment. dicit, quòd ſolum ex illa diffinitione continuatio eſt manifeſta in motu locali, quod eſt primum analogatum ſub illa diffinitione, q̃a in illo apparet à principio motus vſque ad finem eſſe continuationem, ſed in alijs motibus hoc latet, vtrum à principio vſque ad finem poſſint continuari, nam quando motus quieſcit, tunc motus eſt perfectio eius, quod eſt in actu, & quia motus annexi mutationibus, neceſſario merito mutationis quæ fit in inſtanti quieſcunt, hinc eſt, quòd omnis augumentatio viuentis, & omnis alteratio annexa, neceſſario mutationi non poteſt eſſe continua à principio vſq; ad finem, & iſta eſt mẽs Auer. ni fallor. Qđ aũt dixit Caietanus, augumentationem fieri per cõuerſionem nutrimenti, & ꝙ primum

mum minimũ acquiritur in inſtã ti,ſed ſubſequens conuerſio nutrimenti cum maiori quantitate ſit ſucceſſiua,& ſit verus motus continuus, fruſtra ẽ, quia Cõmen. in. 1. de generatione & corruptione. cõ. 38. vbi ponit modum quõ fiat augumentatio propria viuentis vniformiter loquitur de primo, ſecundo,& tertio minimo, vt poteris videre, & cum hoc contradicit Cõmentatori, quia ſi augumentatio propriæ quę motus eſt illa ſucceſſiua conuerſio,& illa per illum eſt uere motus continuus a principio vſque ad finem,igitur vera augumentatio eſt motus continuus a principio vſque ad finem, & Commentator dicit oppoſitum, quare contradicit Auer. manifeſte in via eius. Nec valet ratio Pomponatij aduerſus iſtam determinationem in primo libro.cap. 14. vbi dicit,ꝙ illa extenſio non poteſt eſſe vere augumẽtatio, quia hoc ſupra dicit ſe improbaſſe, tum etiam qa dicit hanc opinionem menifeſte contradicere Ariſt. in primo de generatione.tex.com.41.vbi dicit:ꝙ nutritio & augumentum ſunt idẽ ſubiecto,ſed differunt ratione,qua enim acquiritur ſubſtantia, eſt nutritio, qua quantitas, eſt auctio. Quid expreſſius? vult igitur Ariſt. ſimul nutriri & augeri, & dum nutritur acquiritur ſubſtantia, dum augetur quantitas. Vnde ſic ſcribitur in tex.41.ſm igitur ꝙ potentia vtrunq;. videlicet quanta caro auget,quid eſt enim quantam oportet generari & carnem, ſecundum id enim ꝙ ſolum ſubſtantia caro nutrit, etenim ſic differunt cibus & augumentatiuum. Sed in veritate iſte homo grauiter fallitur,vnde enim valet, nutritio & augumẽtatio ſunt idem ſubiecto, igitur ſimul aliquid nutritur & augetur? patet enim hoc in pluribus habere inſtantiam,nam album & dulce ſunt idem ſubiecto, quia in eodem lacte eſt vtraque qualitas, igitur ſi album actu videtur in lacte dulce ſimul guſtare, valet ne iſta cõſequẽtia? eo magis ꝙ ipſe in ca. 15, immediate poſt. 14. declarat ꝙ Ariſto. iſtomet modo intellexit nutritionem & augumentum eſſe idem ſubiecto, non ꝙ ſint vnus motus,aut vna traſmutatio realiter,ſed ſunt duæ tranſmutationes & re & ratione diſtinctę,ſed dicuntur vnum ſubiecto pro quanto verſantur, idem materialiter, ſicut inquit dicimus album & dulce eſſe idem ſubiecto,non ꝙ ſint vna realiter albedo & dulcedo,ſed qa ſunt in eodem lacte,modo argumentũ militat. Ampli⁹ quomodo ex hoc habet ꝙ nutritio & augumẽtum ſimul ſunt, cum Ariſt. in eodẽ tex. dicat oppoſitum? quia inquit qđ quandiu ſaluatur aliquid nutrit, ſed non augetur. Vnde non vidit Auicen. in ſumma de virtutibus,in cap. de virtutibus miniſtratis naturalibus, vbi dicit.ꝙ nutritiua virt⁹ creſcitiuę virtuti deſeruit, eo quod nutritiua quandoq, affert nutritiones ei ꝙ diſſoluitur æquale, quandoq; minus,quandoq; plus,ſed creſcitiua non erit niſi quod cum ingreditur plus fuerit eo ꝙ diſſoluit, & oſtendens non quamlibet additionem eſſe verum augumentum, ſed ſecundum tres dimenſiones ꝓportionaliter inquit, non tamẽ totum ꝙ totaliter exiſtit eſt creſcitiua,

ua, impinguari enim poſt macredinē in ætate conſiſtentię eſt iſtius ſectę, non tamen eſt augumētum. Non enim eſt augumentum niſi illud quod ſm naturalem proportionalitatē in omnibus exiſtat dia metris, quatenus ipſum ad creſcentiæ ducat complemētum, deinceps vero poſt hoc nullo modo eſt ibi creſcētia, & poſtea parum infra ponit operationes tres virtutis nutritiuæ, vna quarum eſt permutatio ſubſtantialis quā operatur in nutrimento, & alia eſt adherentia p quā viuit. Et tertia eſt aſſimilatio in accidentibus, vnde iſtæ operationes poſſunt ſeparari abinuicem, ſicut medici ex ſenſatis demonſtrant ex varijs ægritudinibus. Ecce igiť ꝙ prius ſunt opationes virtutis nutritiuę, & poſtea ſequitur operatio creſcitiuæ. Eſt.n. ordo inter iſtas operationes, non igitur fuit mens Ariſt. ꝙ pro illa menſura pro qua aliquid nutritur pro illa augetur, quia nutritio fiat in inſtāti, ēt augmentatio eſſet in inſtanti, & hoc nunq̄ Ariſt. neq; Cōm. dixerūt, licet bene Cōm. dicat augumētum rōne nutritionis quā præſupponit eē in inſtāti, ſed non rōne ſui, & ab Auicēna nō diſcrepat Cōm. in fi. cōm. 38. in primo de gnōne & corruptione, vt ſupra allegaui, & in cō. 91, ſup. 1. lib. cāticę cāticorū Auic.

Motus vnus dr̄ qui non diuidiť ſm tempus. 5. metaph. tex. com. 8.

Motus & tēpus ſunt quāta p accńs. 5. meta. in cap. de quanto, & eſt in tex. cō. 18. vide in concordātijs.

Motus eſt cōtinuus & quātus nō, qa id quod moueť, ſed quia id ſm ꝙ ē cōtinuum & quātum. 5. metaphy. tex. cō. 18. vide in concordātijs.

Motus eſt ab Ariſt in. 5. metaphyſ. enumeratus inter ſpecies quantitatis, quod tamen non fecit in prædicamentis, & vide cauſam huius. 5. metaph. com. 18.

Motor primus mouet vt amatum & deſideratum primum cœlum motum ab eo abſq; hoc ꝙ moueatur, & primum cęlum mouetur ſecundum deſiderium vt aſſimiletur ei ſecundum ſuum poſſe, ſicut amans mouetur vt aſſimilatur ſuo amato. Alia autẽ corpora cœleſtia mouentur ſecundum deſiderium ad motum primi corporis. 12. metà. cõmen. 37.

Motus cęli vt declaratum eſt, eſt cõpoſitus ex duobus motoribus, quorũ vnus eſt finitæ motionis, & eſt anima exiſtẽs in eo, alter autem eſt infinitæ motionis, & eſt potentia quæ non eſt in materia. 12. primæ philoſophię. cõ 41. vide in Theorematibus noſtris, quomodo ſit intelligendum.

Motor non mouet niſi quia potentia eius eſt maior potentia moti, & quanto magis fuerit maius, tanto potentia eius erit maior, & cum potentia motoris non ſuper abundauerit, non poterit mouere ipſum. 12. metaphy. cõ. 41.

Motus impoſſibile eſt vt permaneat per ſuam ſubſtantiam, quia habet contrarium. ſ. quietem. 12. meta. cõmen. 41.

Motus cœli eſt poſſibilis ex ſe, & acquirit neceſſitatem eſſendi ab alio, & hoc ſolum in eo verum eſt, ſed in ſubſtantiis, hoc eſt impoſſibile. 12. met. cõmen. 41. & ibi redditur cauſa huius.

Motum quodlibet accidẽtaliter aut eſſentialiter poſſibile eſt vt quieſcat ex ſe, & motum eſt ab alio. 12. meta. cõmen. 41.

Motus vnus eſt ab uno motore. 12. meta. tex. cõ. 43. vbi Cõmen. dicit quòd alioquin motus ille nõ, eſſet conti-

continuus,neq; vnus.vide.8.phyſi. tex.cõmen.82.

Mobile primum quod mouetur ab anima quæ non eſt corpus eſt calor naturalis,& ideo membra quãdo infrigidãtur motus eorum priuatur 2.Colſ.cap.18.

Motores plures incitantes ſe ad mouendum ſtellas erraticas ordinantur ad primũ motorem illius ſtellæ,& omnes intendunt motum illius, ſicut eſt diſpoſitio de motoribus omniũ orbiũ cum motore totius 12.meta.cõ.44.

Motor qui primo mouet animal eſt virtus animæ, quæ eſt in muſculo,& non eſt corpus de neceſſitate, & vide rationem demonſtratiuam ab Auer. 2. Colſ.cap.18.

Motus ſtellarum erraticarum poſitus ab aſtrologis ſunt tribus modis 12.meta.cõ.44.

Motus eiuſdẽ ſtellæ impoſſibile eſt vt ſit velox & tardus niſi ſit compoſitus ex motibus. 12. phimæ philoſophiæ.cõ.47.

Motus voluntarius eſt duplex,communis & proprius 2. Colliget cap. 18.& de iuuamentis membrorum quæ ſunt inſtrumenta motus voluntarij.

Motus contrarij qui ſunt ſuper eoſdem polos,ſunt deſtruentes ſe inuicẽ, ita ꝙ impoſſibile eſt ꝙ ſint duo motus contrarij ſuper eundem polum,ſuper polos autem diuerſos & ſuper centra diuerſa poſſibile eſt. 12.primæ philoſophiæ.cõ. 47. idẽ 1. cœli. cõ. 32.

Motus giratiuus eſt violentus 12.primæ philoſophiæ.cõ.47.& 7 phyſi. tex. cõmen. 10.

Mouens primum immobile ens eſt, vnum, & ratione, & numero. 12. meta. tex. cõmen. 49.

Motus & reuolutiones cęli ſunt infinitę & prior non eſt cauſa per ſe in eſſe ſequentis,ſed per accidẽs & Philoſophi non abhorrent infinitum per accidens. Ex libro deſtructio. diſp. 1. in ſolu. 5.dubij.

Motus nullus poteſt denominari totum, neq; ſumma, videlicet, ꝙ ſit principatus,neq; finitus niſi prout in anima ſumptus fuerit, ſicut de tempore & motu circulari. ſ. ꝙ nõ poſſunt denominari a pari & impari niſi vt ſunt in mente. Ex lib. deſtruct.diſp.1.in ſol. 6. dubij.

Motus reuolutiones pręteriti temporis, aut futuri priuatę a Philoſophis reputantur,quomodo ſit intelligendum. ibidem.

Motus aliquis ex ſupercęleſtibus ſi deſineret ordo totius vniuerſi deſtrueretur, vel ſi eſſet etiã deſtrueretur,aut eſſet alius ordo. Nullus enim iſtorum motuum eſt ſine neceſſe eſſe,aut ſine bene eſſe.ibidem in ſol. 11. dubij.

Motus in quocunque animali ex diuina prouidentia conſiſtit in proprio loco eius, videlicet, in meliori naturaliter,ibidem.

Motus corporum cęleſtium differunt ſpecie. Ex libro deſtructionum, diſputatione prima, in ſolutione. 11. dubij.

Motus corporum cœleſtium omnes ad vnum finem reducuntur,& ad vnum principium, vt vere ſimile reperitur in pluribus artibus erga vnum finem tendentibus omnes, namq; illæ artes ad vnam & eandem reducuntur quæ princeps aliarum artium ſine dubio eſt. Ex libro deſtructionum, diſputatione tertia,in ſolutione.18.dubij.

idem 12.meta.44.& 2.cœli. 42. & in 2.cap.de ſubſtantia orbis.

Motus diuerſi in genere ſm Philoſophos conceduntur eſſe æterni, ne ceſſario qui eſt vnus motus in rerum natura, vnius numero ab ęterno. Et cauſa etiam ꝙ eſſe corporũ generabilium & corruptibiliũ in partibus & æternorum ſm totum eſt, quia eſt vnum corpus, & in partibus, & in toto ęternum, & hoc eſt corpus cęleſte. & infiniti motus sũt ſempiterni in genere, quia eſt vnus motus numero ſempiternus, & eſt motus firmamẽti, & ille motus nõ componitur ex pluribus reuolutionibus in actu, ſed tm̃ in intellectu. Ex diſpu.4.in ſol.6.dubij.

Motus qui generat ignem, agens ipſius non eſt motus, at agẽs vtriuſq; illorum eſt idẽ genere. ſ. calor diffuſus in elementa a calore ſtellarũ, & eſt ipſemet aer, verũtñ ipſe motus præſtat diſpoſitionem qua recipit ſubiectum formã ignis. Ex paraphraſi meta.tracta.2.ibi. & dicamus idem 7.meta.31.12.meta.cõ. 18.'& quæ ſequuntur &c.

Mobile quod mouetur motu circulari non mouetur naturaliter. Ex diſp.13.in ſol. 1. quod intellige ſic capiendo naturam 1.principio, qď mouet de loco incõpetenti ad locũ cõpetentem, qua ſignatione natura ſumebatur ab Algazele ibidem, vt patet ibidem. in ſol. 4. vbi dicit ꝙ principium motus nõ eſt virtus naturalis in cęlo, ſicut eſt in elemẽtis, & vide quæ ſequuntur.

Motus orbium non eſt violentum: quia eſt principium oĩm motuũ. Ex diſpu.13.in ſol.4.& habetur in 1.cęli. & 2.diffuſe.

Motus inſpirationis principium habet a corde & motus volũtarius eſt coniunctus huic motui, & ideo accidit ꝙ pulſus magnificať per motum, & minoratur per quietem. 2. Colľ.cap.18.de iuuamentis membrorum motus voluntarij.

Motus eſt perfectio cuiuſlibet viuẽtis in quantum viuit. & ſi animalia nobis præſentia quãdoq; quieſcũt, eſt per accidens ratione materię necesſitantis & inducentis laborẽ. Ex. 14.diſpu.in ſol.1.dubij.

Motuum cęleſtium diuerſitas ꝙ quidam ſint verſus occidentem, & quidam verſus orientem eſt, quia cœli habent dextrum & ſiniſtrum, quia ſunt animati, & quod eſt dextrum vni eſt ſiniſtrum alteri, & tandem in hoc nulla alia ratio eſt niſi ſimplex natura. Ex diſp.14.in ſolutione vltimi dubii.

Motor naturalis mouet vt motor & agẽs, ſed motor abſtractus qui mouet animas corporum cęleſtiũ mouet, vt forma & finis. Ex libello de continuatione intellectus abſtracti cum homine, vide in concordãtiis nuper ęditis.

Motus leuior a vehementiori expellitur 5.de generatione animalium ca.1. vbi redditur cã propter quid, qui aut ſuum conſpectum a calore validiore tranſtulerint, aut de ſole in opacũ ſe contulerint, nõ cernũt.

Motus anhelitus cõpletur per duos mot⁹ nãlem. ſ.& volũtariũ. Auer. contra Galenum.2.Colľ.cap.19.de iuuamentis membrorum anhelitus. vbi dicit ꝙ sũt duo prima mobilia. ſ. muſculus in motu voluntario. & cor, & pulmo in motu nãli.

Motor planetarum mouetur per accidens, vide quomodo hoc ſit intelligendum. 8.phy.cõ.52.

Motores

Motores eorũ quæ ſunt hic mouentur per accidẽs ratione ſui ſubiecti, quia conſtituuntur per ſua ſubiecta, quia motor in talibus eſt forma & motum materia, ſed motores planetarum dicuntur motores per accidens qui ſubiectum motus ab eis mouetur etiã a motore totius. 8. phy. cõ. 52.

Motor per accidens equiuoce dicitur de illo qui mouetur ad motum ſui ſubiecti, & de illo qui dicitur eſſe motor per accidens, quia ſubiectum eius mouetur ab alio motore 8. phy. cõ. 52.

Motori cui accidit in corporibus cęleſtibus vt ſuum motum moueatur ab alio diminutioni atteſtatur, & ideo perfectior mouentium eſt mouere motu diurno cum nõ accidat ſibi hoc. 8. phy. cõ. 52.

Motus localis eſt primus motuũ triplici primitate, temporis, naturę, & perfectionis. 8. phyſi. a tex. cõ. 55. vſq; ad tex. cõ. 66.

Motum augumenti pręcedit motus alterationis, & motum alterationis præcedit motus localis. 8. phy. tex. cõ. 55.

Multitudo abſoluta eſt communior multitudine numerali, ſicut vnum abſolutum eſt cõmunis vno numerali. Auer. contra Auic. tract. 3. metaphyſi. in paraphra. ibi obiicit aũt Auic. vbi per multitudinem abſolutam, & vnum abſolutum intellige vnum & multa, quæ ſunt entis inquantum ens diuiſiua.

Multitudo ſm aliquos antiquos erat priuatio vnitatis potius q̃ vnitas vt ſit priuatio multitudinis, quia priuatio eſt ignobilior habitu. contra quos vide Auerro. in 3. tract. meta. in paraphraſi & ibi ſoluitur dicta eorum ratio.

Multitudinem entium eſſe ex materia, & non propter formam prima philoſophia docuit Cõmenta. 1. cę. li in paraphraſi ſumma 8. capite 5. vide 7. primæ philoſophiæ. tex. cõ. 28. & 12. primę philoſophiæ. tex. cõmen. 49.

Multo eſt diuiſibile poteſtate in nõ continua, magnitudo autem ꝙ in continua 5. metaphy. tex. cõm. 18. in capit. de quanto.

Multum & magnum differũt, quia multum eſt in diſcretis, magnũ vero in continuis. 5. metaphyſi. text. cõmen. 18.

Multipliciter dictis & ſi nulla differentia ad ſermonem neceſſe eſt intellectum confuſum habere. 1. cęli tex. cõ. 110.

Multoties peruertitur intentio rerũ propter translatores, & ſequitur ex hoc mutatio in ſermone Auerr. 1. metheororum. in digreſſione de via lactea.

Mundum qui ponit eſſe infinitum in quantitate, negare habet ipſum habere principium, ſiue æternum, ſiue non ęternum. & qui ponit mũdos eſſe plures, cogitur ponere plura principia. 1. cęli. cõ. 34. Vide pro ſecũdo dicto Philoſophum in 12. primæ philoſophiæ. in tex. cõ. 49.

Mundum eſſe nouum & antiquum maxima eſt dñia. ibidem cõ. 33.

Mundi corruptio ſecundum Platonem poſſibilis eſt ex parte materię, ſed eſt impoſſibilis ex parte agẽtis. Vide quomodo in primo cęli. cõmen. 124.

Mũdus impoſſibile eſt vt ſit maior, aut minor. 2. cęli. cõmen. 29. & ibi vide cauſam.

Mundi conſiſtẽtia nihil eſt niſi exiſtentia

MM iij

ſtentia partium in propriis locis 3. cœli. text. cõmen. 21. contra Platonem.

Mundi motus qui natura eminentior & nobilior eſt qualis qui extimo cœlo debetur vincit, ſed in homine, qui eſt paruus mundus contingit quandoq;, vt ꝙ natura præſtantius ſit, ab inferiori vincatur. Themiſt. 3. de anima cap. 67. & habetur in tex. cõ. 57.

Mundus eſt vnus per vnum principium, aliter eſſet vnus per accidẽs, aut oporteret ipſum non eſſe. Ex paraphraſi meta. tract. 4.

Mundi quæſtio, vtrum ſit vnus, aut plures eſt nobilior & difficilior q̃ſtione, vtrum ſit finitus vel infinitus. 1. cęli. cõ. 76.

Mundi ſi plures eſſent, non eſſent neque ſuperius, neque inferius naturaliter, ſed in ſola comparatione. 1. cęli cõ. 79. idem in paraphr. ſumma 8. cap. 2.

Muſtum coagulatur & epſeſim patitur 4 metheo. tex. cõ. 40.

Muſtum licet ſit calidius vino, comparatione tamen corporis humani eſt frigidius eo, quia plus vinũ calefacit corpus hominis q̃ muſtũ 5. Coll. cap. 24.

Multotiens exiſtimat̃, ꝙ illud quod ſequitur rem ſit ipſa res 4. phyſic. cõmen. 95.

Multitudo, aut eſt rerum differentiarum ſecundum formam, aut ſm quantitatem. 1. phyſic. cõm. 6. & 1. meta. cõ. 40.

Multitudo eſt magis ſenſibilis vnitate & diuiſibile q̃ indiuiſibile, quapropter rõne prior multitudo indiuiſibili propter ſenſum 10. meta. tex. cõmen. 9.

Multitudo qualibet eſt numerabilis per vnum ſpeciei ſuæ. 10. metaphyſi. tex. cõmen. 20.

Multitudo eſt quaſi genus numeri. 10. meta. tex. cõ. 21.

Multitudo eſt vno menſurabilis. ibidem.

Multitudo entiũ ꝓuenit, aut ex multitudine mãæ, aut ex multitudine formæ agẽtis. 12. meta. cõ. 11. vbi Cõ. notat ꝓ 2. mẽbro, ſi fuerit poſſibile, vt foræ diuerſę habeãt eandẽ materiam, in hoc enim caſu multitudo proueniet ratione agentis, qđ ideo appoſuit Cõmentator, quia in naturalibus hoc eſſe non poteſt, ſed in artificialibus tantum. vide pro hoc 8. primæ philoſophiæ. cõ. 11. in calce cõmen.

Multitudo entium ſecũdum ſequaces Pithagoræ prouenit a materia, ſecundum alios prouenit ab inſtrumentis, ſecundum alios vero prouenit a mediantibus, & primus hoc opinatus fuit Plato. Ex libro deſtructio. diſputatio. 3. in ſolutione 12. dubij.

Multæ rerum in artibus poſitarum quando improuiſo intellectui aduenjunt vt conſuetũ eſt inter vulgares apparẽt illi intellectui rectè ſõnia. Ex lib. deſtr. diſ. 3. in ſol. 18.

Multa compræhenſibilia viſa fiunt ex rebus incompræhenſibilibus viſu, vt dum fit ignis ex aere. 8. phyſi. cõmen. 4.

Mũdus eſt in loco ratione partium. 3. phyſi. cõmen. 54.

Mundi ſecundũ aliquos infiniti sũt. quidam vero vnum eſſe mundum aſſerunt 8. phy. tex. cõ. 1.

Mundum Plato poſuit generatum, ſed non corruptibilem 8 phyſi. cõ. 2. & habetur in 1. cœli.

Mundum ſecundum Empedoclem

corrumpitur quando adunatio fit per amicitiã,& corrumpitur quando multiplicatio fit per litẽ 8.phy. cõ.2.ſecus aũt erat de partibus mũdi, vt videtur Auer.

Mundus intelligibilis, quem per ſe animal vocant Platonici ex numeris primis tãq̃ ex elementis componitur, atq; in illo ideæ & principia mundi ſenſibilis ſpectantur. 1. de anima. tex. cõmen. 26. & Themiſt. vbi clariſſime authoritate Xenocratis in his quæ de natura cõmentatus eſt.

Mundus completur per tria, per motorem æternum, & per motum æternum ab eo, & per motum non motorem. 8. phy. cõ. 48.

Mundi huius exiſtentia his duabus uirtutibus conſiſtit, videlicet, virtute motus, & virtute quietis 8. phy. cõmen. 84. idem primo cœli. 97. & 2. cœli. 102.

Mundus perfectus eſt, tum quia corpus eſt, tum quia nihil cõtinet ipſum, partes vero mundi perfectę ſunt, ſolum quia corpora ſunt, diminutæ vero quia partes Auer. in paraphaſi 1. de cœlo. ſumma. 3. idẽ 2. cœli. cõmen. 4. vbi addit etiam tertiam perfectionem, quia mundus eſt vnus numero, partes vero ſunt plures, & ideo diminutę ſunt etiam partes reſpectu totius ex iſta cauſa, quia multitudo indiuiduorum, vt ait. in eadem ſpecie ex diminutione exoritur, & ideo mundus omnibus modis perfectus eſt. differentia quo ad duo prima membra inter mundum, & partes habetur etiam ibidem in tex.

Mũdus ſi finitus eſt, primum Theorema Euclidis verum eſſe non poſſet vt videtur, & vide ſolutionẽ pulchram a lucidiſſimo Themiſt. in 3. phy. ſuper tex. 71.

Mundus finitus eſt ratione corporis ſpherici quod ex ſua natura finitũ eſt, & terminatum ab vna ſuperficie, ſed corpora recta non ſunt finita p ſe, quin poſſint diminui & augmentari. Ex libro deſtruct. diſput. prima, in ſolut. 11. dubij.

Mundus neceſſario hẽt corpus ſphericum ambiẽs ipſum alioquin corpora procederent in infinitum, aut terminarentur ad vacuum, & ambo iſta ſunt falſa, ibidem.

Mundus ſm Philoſophos non poteſt eſſe maior neq; minor. Ex lib. deſtructionũ, diſputatione 1. in ſolutione 18. dubij.

Mundus ſi eſſet per ſe ens ab æterno, non inquantum mobilis, quia quilibet motus componitur ex partibus nouis, mundus nullum haberet agens. Ex libro deſtruct. diſputatio. 3. in ſolutione 7. dubij.

Facit pro opinione Gregorij Ariminen. & Ioan. de Baccone, in ſecundo ſenten. diſtinct. prima, quęſtione prima. quòd æterna quæ ſunt ſupra motũ non habent cauſam efficientem. Sed hoc non conuincit, quia Commentator hic accipit agens in propria ſua ſignificatione ſumptum, quod vt ipſe Algazel arguebat ſecundum Philoſophos eſt, quod extrahit rem de potentia ad actum, actio enim agẽtis apud Philoſophos nihil aliud eſt niſi extrahere rem de potentiã ad actum, & tale agens eſt verum & præſupponit potentiam, quia ſi non eſſet potentia, non eſſet agens, 12. metaphyſi. commen. 18. & potentia præſupponit materiam aut ſubiectum, quia in priuatione

 nulla

nullla eſt poſſibilitas, vt dicit Commentator in diſput. prima in ſolõ. 15.dubij. Et ideo mundus inquantum mobilis habet agens, quia motus educitur de potẽtia mobilis ad actum, & eſt ſemper cũ aliqua ſui innouatione in ſuis partibus, ſed ſi eſſet ens æternum ſine motu, non haberet tale agens verum, quia tale vt diximus præſupponit materiã aut ſubiectum, & agit in tempore, & actio vere ſumpta fundatur in motu ex 3. phy. & motus in mobili, & motum neceſſario ſequitur tẽpus, & ita ante mundum eſſet materia & motus & tempus, & iſta patẽt intelligentibus. tamen mundus & quodlibet æternum, quo ad ſuam entitatem habet agens ſm ſimilitudinem ſumendo illud quod dat eſſe ſine motu, ſic enim æterna dependent a Deo tanq̃ a cauſa efficiẽte dante eſſe illis ſine motu, quia licet res generabiles a prima cã non ſortiantur eſſe niſi mediante motu, tamen æterna cum ſint ſupra tẽpus & motum Imediate, cauſantur a ſcientia eius, quia ſcientia eius eſt cauſa entium. 12. meta. cõmẽ. 51. Et iſtud eſt agens ſm ſimilitudinẽ dictum, & hoc teſtantur verba eius in præſenti ſolutione, ſubdit enim, Philoſophi dicunt mũdum eſſe ab ęterno, & nominaťab eis antiquus ad differendum ab illo, quod innouatur ex re aliqua, & in tempore, & poſt priuationem, & hunc mundum generationis, vt.d. Cõmenta. intendebat remouere Ariſt. a corpore cęleſti in 1. cęli. vt poteris videre in cõmen. 20. vbi dicit ꝙ generabile vere & non tranſumptiue ſumptum eſt quod generatur in tẽpore, & ab aliquo, & iſtum modũ generationis vult excludere Ariſt. quia talis generatio vt dicit hic fit ex aliqua re tanquam ex ſubiecto ſeu materia, & fit in tẽpore & poſt priuationem.

Mundus eſt innouatus a Deo benedicto ſecundum Philoſophos, & quomodo, vide in libro deſtructionum, diſputatione 3. in ſolutione ſeptimi dubij.

Mundus ſuprẹmus cum Deo glorioſo ſic ſe habet cum rebus inferioribus, quod mundus inferior in ſuo eſſe ſemper eſt adiunctus priuationi in ſuo eſſe, & adhuc adiungitur ei ſicut eſt in eſſe motus. ſ. ꝙ ſemper indiget mouente. & in hoc differunt res æternæ a rebus creatis, quia effectæ, quando ſunt non adiungitur eis priuatio, propter quã agente indigeant, & ab eo cõtinuetur ſuum eſſe. Ex diſputatione 3. in ſolõne 8. dubij. Vide in contradictionibus nuper editis.

Mundus ſi in tali diſpoſitione eſſet ꝙ eius ſubſtantia non eſſet in motu non indigeret poſt in ſuo eſſe Deo benedicto, ſicut domus poſt ſuum eſſe non indiget domificatore. Ex libro deſtructionum, diſpu. 3. in ſol. 9. dubij.

Mundus ſm Auicennam eſt de prędicamento relationis. ibidem.

Mundus vt opinati ſunt Philoſophi habet cauſam agentem ab æterno, qui ſemper produxit eum de priuatione ad eſſe, Ex libro deſtructionum, diſputat. 3. in ſolutio. 10. dubij. Vide in concordantiis nuper editis.

Mundus eſt vnus ſecundum Ariſtote. & ab vno procedit, & vnum quodammodo eſt cauſa vnitatis, & pluralitatis cauſa alio modo.

Ex

Ex lib.deſtru.diſputatio.3.in ſolutione.12.dubii.

Mundus ex quinque conſtat corporibus.ſ.ex corpore ſupercœleſti, & ex quatuor aliis corporibus elemẽtalibus, quorum vnum eſt graue abſolute,& eſt terra, aliud leue abſolute,& eſt ignis, & duo alia media.ſ.aer & aqua,& hoc demõſtratiue a Philoſophis eſt probatum, ex lib.deſtruct.diſputa.1.in ſolut. 12.dubii.

Mundus habet vnam virtutem diffuſam ſpiritualem, ex qua colligãtur omnes virtutes ſpirituales, & corporeæ,& eſt vnigenea extenſa in toto vniuerſo. Alioquin nullus ordo eſſet in eo. Ex diſputa.3.in ſolu.18.prope finem, & eſt philoſophi ſententia. 1.cœl.100.& in principio libri metheo.

Mundus ſecundum philoſophos vere ſimilis eſt vni ciuitati,in qua eſt vnus princeps ſub quo ſunt multi principatus ſubiecti ei. Ex diſputatione.5.in ſolut.18.dub.in fine,& habetur ex fine primę philoſophię & etiam.ibidem.cõ.44.

Mundus apud philoſophos habet cauſam agentem æternam. & ratio eorum eſt,quia mundus eſt opus,aut quid conſequens opus, & quodcunq; ſic ſe habens indiget ſine dubio agẽte eſſendi in ſuo eſſe,quia concluſerunt ex hoc ꝙ mũdus habet agens exiſtens in ſuo eẽ, ex diſputa.4.in lib.deſtruct.in ſolutio.1.dub. Ecce locum apertũ contra Gregorium Ariminenſem & Ioan.de Baccone volentium ſolum motum habere cauſam efficientem æternam ſm Auer.ſed nõ cœlum,aut aliquam ſubſtantiam, patet enim ꝙ ſi cęlũ deponit quantum ad motum, deponit etiã quãtum ad ſuum eſſe per eandem rationem,Nec valet ſi dicatur ꝙ Cõmenta.loquitur de toto mũdo,ſed non de cęlo. Sed contra,quia Commen.in lib.deſtru.in.3.diſputa.in ſolutione.10.dub. facit etiam eandẽrationem de cęlo. inquit enim, ꝙ eſſe corporis cœleſtis conſiſtit in motu,& ideo dans motum dat eſſe de neceſſitate. Amplius in .2. cap.de ſubſtantia orbis.expreſſe dicit quod cęlum & ſi ſimplex ſit, & corrumpi non poſſit, & non indigeat in ſuo eſſe anima ſenſibili; neque imaginatiua ſed tantum indiget anima mouente ipſum in loco ſemper,& virtute quæ non ſit corpus,neq; virtus in corpore ad largiendum ipſi permanentiam æternam & motum æternũ,& qui non habent principium neq; finem. Et debes ſcire ꝙ iſtud corpus cœleſte non indiget virtute mouente, ſemper tantũ,ſed largiẽte virtute in ſe & in ſua ſubſtantia permanẽtiam ſempiternam. Ecce quõ expreſſe ſubſtantia cęli dependet in eodem genere cauſæ,ſicut & motus ab ipſa intelligentia quod continuatur ex caſu quem ponit ſtatim, ſubdit enim quoniam & ſi ſimplex ſit, & non habet potentiam vt corrumpatur,tamen eſt finite actionis neceſſario,quia eſt finitarum dimenſionum & terminatarum ſuperficie continente ipſum, & omne tale cum intellectus poſuerit ipſum exiſtens per ſe neceſſario eſt,vt ita ſit de finitate ſuæ permanentiæ, ſicut de finitate ſuæ actionis,declarauerat enim iam in 8.phy.com.79. & .12.meta.clarius com.41. ꝙ omnis potentia exiſtẽs in corpore eſt finita

Contra Greg. Ari. & Ioã. de Baccone.

finita neceſſario, & licet cœlum nõ habet niſi potentiam ad vbi, illa eſt neceſſaria finita etiã, & propterea non eſt in cœlo potẽtia, niſi ad que tem. cum autem cœlum ſuum eſſe habeat in motu conſiſtens, ſi quis poneret cœlum per ſe, ſine intelligẽtia ita eſſet, ſicut eſt de motu eius, vnde ſicut motus cœli non eſſet. niſi eſſet motor ſeparat?, ita etiã nec eſſe cœli? quid clarius, & apertius dici potuit. immo mirũ eſt de iſtis viris illuſtribus, qui ita allucinati ſunt in præclariſſima, quia Cõmẽ. in eodem loco fatetur ſe feciſſe illã digreſſionem propter amorẽ. quia multi dixerunt ſm Ariſto. cœlum non habere cauſam, niſi mouentẽ tantum, & non efficiẽtem, aut agẽtem. Et eſt opinio iſta quã iſti imponunt Auer. & Ariſt. & tñ Commentator ex ſententia iſtam opinionem reprobat. & immorari in hoc eſt ſuperfluum.

Mundus neceſſe eſt, vt habeat vnũ efficiens ſagaciſſimum & ſapientiſſimũ, a quo entia cuncta ſeriatim miniſtrentur. Ex diſputatio. 9. in ſolu. 3. dub. & habetur ex fine. 12. primæ philoſophiæ.

Mundus ſi innouaretur inquãtum eſt ens naturale magis eſſet conueniens, quod innouaretur ex principiis naturalium rerum, quàm ex principiis artificialium rerum. ſ. a voluntate. Ex diſpu. 10. in ſolutione primi dub.

Mundus non poteſt habere aliam diſpoſitionem naturalem ab iſta in qua eſt modo. octauo phyſico. com. 9. & 21.

Mulier inuenitur a maſculo & magis. 7. Metaphy. commen. 31. & elicitur ex tex. vbi Philoſophus dicit quòd non in omnibus diſpoſitionibus generatum dicitur aſſimilari generanti. Non enim, vt inquit. oportet quòd ex viro ſemper vir fiat, etenim ex viro fœmina etiam fit, & Commenta. addit & magis, vbi collige quòd ſunt plures fœminæ quàm mares, & huius cauſa naturalis eſſe poteſt, quia maior potentia caloris, & virtutis requiritur ad generationem maris, quàm fœminæ. Theologi autem aliam huius cauſam aſſignant, &c.

Mulier ſpecie non differt a mare. 10. Metaphyſi. tex. commen. 25. & ibi vide cauſam.

Mulieres molliores leuiores & minus piloſæ ſunt, quàm viri propter menſtrua. In viris autẽ huiuſmodi excrementum tendit in partes terreſtriores. Auer. primo de generatione animalium. in commen. quod correſpondet capi. 19. in tex. Ariſtotelis, & incipit in Auer. ſcrutemur modo de quidditate ſeminis fœminei.

Mulieres concipere poſſunt ſine delectatione in coitu, Ariſt. 1. de generatione animalium. capitu. 19. vbi Auerro. dicit, quòd vulgus putat, quando ſic impręgnantur parere maſculos, & ipſe interrogauit mulieres, quibus fidem adhibebat, & affirmarunt illud.

Mulieres habent humiditatem, quã emittunt hora coitus, & ex neceſſitate materiæ, & propter delectationem, ſed hoc non arguit illã habere vim ad generandum effectricẽ, nam puero in ſomno accidit delectatio, & tamen ſemen eius non eſt prolificum. ibidem. Vide etiam Ariſtote. primo de generatio. animalium. cap. 20.

Mulier

Mulier & ęqua dum grauida ſunt coitum patiuntur. Ariſtot. in 4. de generatio. anima. cap. 5.

Mulieres quæ ad rem veneream incontinentes ſunt, libidine ceſſant cum ſæpius generarint. Ariſt. in. 4. de gener. anim. cap. 5.

Mulieribus laborare aſſuetis facilis eſt partus, labore enim excrementa conſumit, quæ in mulieribus otioſis augentur, cunq; parturigo laborioſa ſit, labor & exercitatio actę vitæ facit, vt ſpiritum retinere poſſint in qua re partus facilitas conciliatur. Ariſtote. 4. de generatio. animalium. cap. 6.

Mulieribus paucis contingit vt prægnantes felicius degant, & corpore melius valeant. videlicet, his quarum in corpore exigua continentur excrementa, quæ abſumi poſſunt cum alimento quod fętui miniſtratur. Ariſtotel. in. 4. de generatio. anima. cap. 6.

Mulieribus pili in mento non prodeunt, niſi in terminum cum menſtrui curſus ſuſtituerunt. & vt in terra Caria ſacerdotibus mulieribus euenire aiunt quod diuinationis iudicium interpretatur. 3. de natura anima. ca. 11.

Mulieribus quibus profluuium mẽſtruorum deeſt, magna pars ſterilis eſt, verum fieri poteſt, vt aliquę etiam earum ſine eorum profluuio concipiant. 7. de natura anim. capit. primo.

Mulieres candidiores, & minus corpulentæ, plus menſibus abundant fuſcis & carnoſis, ibid.

Mulierem concepiſſe argumentum eſt cum ſtatim a coitu locus ſiccesſit, & ſi ſemen intus ſuſceptum in ſeptimum diem permanſerit concepiſſe iam certum eſt. 7. de natura animalium. cap. 3.

Mulieres in vtero tardius quàm mares perfectionem quaruncunque partium recipiunt, ſed cum in lucem prodierint, fœminæ otius quã mares accreſcunt, & ætate florent, & ſenectute macerantur, & magis quæ pluries pariunt. 7. de natura animal. ca. 3. vide cauſam. 4. de generatione anim. ca. 6.

Mulieribus concipientibus accidũt purgationes effluxiones, & abortiones, & vide iſtorum differentiã, in. 7. de natura animalium. capi. 3. purgationes enim accidunt cum cõceperit, vt plurimum ad temp⁹ quoddam. ſ. triginta dierum, maxime ſi concepta eſt fęmina, quadraginta autem ſi mas a partu etiam purgationes eodem modo conſequi volunt effluxiones vocantur, quæ intra ſeptimum diem corruptiones incidũt, abortiones autem quæ inter quadrageſimum.

Mulieres quæ marem conceperunt minus pallent, & facilius exigunt contra quæ fęminam, ſunt enim pallidiores, & grauius degunt. 7. de natura animalium. capitu. 4. & eſt ſententia Hippocra. in libro ſeparatorum ſermonum.

Mulieribus pluribus deſinunt menſtrua circa quadrageſimum annũ, quod tempus quæ exceſſerint his ad ſexageſimum ſeruantur, etiam nonnullæ eo tempore pepererunt, ſed vltra hoc tempus nulla poteſt protrahere. ſeptimo de natura animalium. cap. 5.

Mulieribus grauidis appetitus varij prouenire ſolent, citoq; commutari, qđ picare quidam a pica aue denominant. 7. de nã anim. ca. 4.

Mulier

Mulier quæ fœminam concepit tardius parit, mas enim ex vtero celerius prodit, fœminæ enim partus tardior eſt, dolor etiam continuus ex fœmina, ſed obtuſior ex mare acer, & longe moleſtior. ibid.
Mulier & ſeptimo menſe, & octauo & nono parere poteſt, & quòd plurimum decimo, nonnullæ etiam vndecimum tangunt. hoc autem homini proprium eſt, cæteris enim animalibus pariendi ſtatutum eſt. ibid.
Mulieres in ægipto, vt plurimũ geminos pariunt. ibid.
Mulier quædam quatuor partibus vigintiedidit: ſingulis enim partubus quinq; enixa eſt. ibid.
Mulieribus & viris multis euenit, vt coniuncti inter ſe nequeant generare, vbi diſſociati ſe aliis im miſcere queant, quod idem in maris aut fœminæ procreatione euenire certum eſt. 7. de natura animal. ca. 6.
Inde collige aliquos ex naturali proprietate eſſe marium generatiuos, aut fœminarũ. ſcribit enim Ariſt. in eodem loco ꝙ ſunt quædam fœminæ, quæ non niſi marẽ, & quidam viri qui non niſi fœminam procreant. vt de Hercule fabulantur, qui inter duos & ſeptuaginta liberos, fœminam vnam tantummodo genuit.
Mulier eſt magis miſericors, & ad lachrimas propenſior quàm vir, inuida item, & magis querula, & maleuolentior & mordacior, & ꝑterea anxia, & magis deſperans, quàm mas atq; impudẽtior, & mẽdacior, quin etiam facilior decipi, meminiſſeq; aptior. ad hæc vigilãtior, ſegnior, immobilior, denique eſt, & minus cibi deſiderans. 9. de natura ani. cap. 1.
Mulier pręgnans a quarto, vſque ad ſeptimum menſem, vtrum farmacari, vel flobotomari debeat exiſtẽte neceſſitate. vide. 7. Coll. ca. 4. vbi tenet contra Hippocratem farmaciam nõ ducere ad bonum finem. & vide rationes eius: & de hoc vide Conciliatorem in differentia.
Mulieribus omnium animalium inter fęminas maxime purgatio mẽſium contingit. 7. de natura animalium. cap. 1.
Muli generatio nunquid fiat a ſimili: & quomodo. vide. 12. Metaph. commen. 13.
Muli ſunt ſteriles a toto genere, & vide cauſas veras ab Ariſt. in. 2. de genera. animal. ca 6. contra Empedoclem & Democri.
Mulam concepiſſe iam conſtat. ex 2. de genęr. aïa. ca. 6.
Muli genitale fęminarum non olfaciunt, vt cætera, ſed excrementum veſicæ tantũ. vide cauſam ab Ariſto. in. 2 de genera. aïal. cap. 6. in fine. Vbi aduerte ꝙ Auerr. forte ex deprauato textu locum illũ male interpretatur. & dicit oppoſitũ. videlicet ꝙ muli non olfaciunt vrinam fœminarũ, ſicut faciunt æqui, & alia animalia.
Mula gemellos peperit, quod pro oſtento accipitur. 6. de natura animalium. cap. 22.
Mulæ in ſyria terra ſuper phenicem & coeunt, & pariunt omnes. 6. de natura animaliũ. cap. 24. Nota tamẽ ꝙ iſtud genus eſt diuerſum ab illo mulorum genere, quod ex coitu equæ & aſini generatur, licet ſit ſimile facie. & ipſemet Ariſt. ſe ipſum declarat infra in eodem lib. cap. 36. vbi ptractat de mulis quos terra

terra ſyria fert.

Mulabus nulli mẽſes mouentur.6. de natura anima.cap.18.

Mulus diu viuit iam quidam ad octuageſimum annum potuit agere, vt athenis.6. de natura animalium.cap.24.

Muſciliones generantur ex vino corrupto.12.primæ philoſophiæ.cõ.18.in prin.digreſſionis.

Muſculus eſt primum mobile a calore naturali.2.Coll.ca.18.

Muſculorum numerus ſecundum Gale.eſt.529.ibid.

Mus genitus ex ſemine,& mus genitus ex putredine propter magnam ſimilitudinem videntur eſſe eiuſdem ſpeciei,ſed nõ ſunt: ſenſus.n. nequit iudicare in quo ſpecies ſit, vna autem plures in omnibus locis.Cõmenta.in.1.de generatione animal.cap.1.

Muſtella dimicatura cum ſerpente rutam comedit:odor.n. eius herbæ ſerpentibus moleſtus eſt. 9. de natura anim.ca 6,

Mutatio omnis a natura remotiua eſt.4.phyſic.tex.com.128. & vide in cõmẽto limitationem.idem .8. phy.tex.com.59.

Mutatio quælibet,aut eſt de ſubiecto in ſubiectum,aut de non ſubiecto in ſubiectũ, aut de ſubiecto in nõ ſubiectum.5.phyſic.tex.commento.7.

Mutationes concretim fieri intelligo,non ſolum illas in quibus partes ſimul omnes mutãtur, ſed etiã illas quomodo indigent tempore, The.6.phyſico.56.vbi taxat Alexan.opinantem omnem mutationem in tempore eſſe.

Mutatio noſtra de exiſtimatione in exiſtimationem eſt tranſmutatio neceſſario.8.phy.tex.cõ.26.

Mutatio ſubita eſt quando omnes partes ſimul toto corpore,aut alterantur,aut augentur.The.6.phy. 32 & hſ.1.phyſi.contra Meliſſum. tex.com.23.

Mutationes momentarias negare, hominis eſt ſane ſenſu carentis.idẽ The.6.phy.32.& Cõm.ibid.

Mutatio loci iam perfectorum motus eſt.8.phy.tex.cõ.57.

Mutatur autem aliquid tripliciter, ſm accidens,ſm partem, & per ſe. 5.phy.t.c.1.& in.11.primæ philoſophiæ.ca.10.in prin.

Mutatur omne qđ mutatur, aut ex ſubiecto in ſubiectũ, aut ex nõ ſubiecto in ſubiectum, aut ex ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in non ſubiectũ.5.phyſi. tex.cõ.6. & in.11.meta.ca.10.

Mutationes paruæ cauſam afferunt magnarum mutationum non ſui rõne,ſed cum euenit, vt principiũ vna cum iſtis mutetur, principia enim quamuis magnitudine parua ſint,tamen facultate ſunt magna. Ariſto.in.5.de genera.anim.cap. 7.ideo Poeta dixit,

Principiis obſta,ſero medicina paratur,
Dum mala per longas conualuere moras.

Mutatur quicquid mutatur in tempore.6.phy.tex.cõ.50.

Mutatum quodlibet præcedit mutari.ſupra.t.cõ.55.&infra.

De litera N.

NAſus diuiditur in ſymũ, & non ſymũ, ſicut aĩal in maſculinum & fœminum, ſicut quantum in æquale,& inæquale.7. Metaphy. com.

commen.17.

Naſus ſymus eſt vnum eſſentialiter, ſed homo albus eſt vnum per accidens.7.meta.tex.cō.41.& vide ibi Auer.declarantem hoc, quia concauitas in naſo eſt īſeparabilis, ſed albedo ab homine non eſt inſeparabilis: albedo enim inuenitur in pluribus ſpeciebus aliis ab hoīe.

Natura nihil agit ſuperfluū.1.phy. com.56.idem.1.cœli.32.

Naturalis non debet cōtradicere ei qui negat ſua principia.1.phyſico. tex.com.11.idem.8.phy.t.cō.22. Vnde Them.hic adducit pulchrā rōnem: nam ſi phyſicus poteſt demonſtrare naturam eſſe, aut hoc erit per principium naturale, & ſi ſic, tunc eſt petitio principii. aut ex aliquo principio extrinſeco, & ſic non erit demonſtratio, aut rō naturalis, ſed alterius artificis, quia demonſtrationes ſpecificantur a mediis tangit Cōm.8.ph.cō.22.

Naturalis non accipit a primo philoſopho corpora componi ex materia & forma.1.ph.contra Auicē. Cōm.com.vlti.

Naturalia differunt ab artificialib⁹, quia habēt principium motus per ſe.2.phy.tex.com.2.

Naturæ diffinitio eſt manifeſta per ſe, & ponitur in ſcientia naturali. 2.phy.com.3.

Naturæ diffinitio non dicitur vniuoce neq; æquiuoce, ſed ſecundū prius & poſterius.2.phy.com.3. & 5.meta.com 5.

Naturam eſſe eſt manifeſtū per ſe. 2.phy.com.3.&.t.c.6.

Natura quæ eſt forma, eſt ſubſtantia, quæ eſt in ſubiecto quod ſubſtentatur per illam.

Natura quæ eſt materia eſt ſubſtantia, quia eſt ſubiecta.2.phyſi.commento.4.

Naturalis accipit a primo philoſopho, quòd natura quæ dicitur de forma eſt ſubſtantia.2.phy.c.4. & 5.meta.com.5.

Naturalis conſiderat de ſuperficie, linea, & pūcto, & corpore, vt in materia, & vt ſunt vltima corporis ſenſibilis, ſeu tranſmutabilis.2.phyſi. tex.cō.16.1.cœli cō.1.3.cœli.cō. 5.6.meta.tex.cō.2.

Naturam agere propter finem eſt propoſitio maxima, & eſt maximum fundamentum in ſciētia naturali, & in ſcientia diuina, quia ſi naturalis non conceſſerit eam, tūc negat principium finale, & negat materiam eē propter formam. Ex quo ſequitur ipſum negare agens, & ſimiliter ſi diuinus negauerit eā, non habet viam ad probandum ꝙ hoc habet ſolicitudinem de rebus, quæ fiunt hic.2.phy.cō.75. Et aduerte ꝙ rōnes illæ adductæ in.2. phy.ad probandum naturam agere propter finem, non ſunt naturales, quia naturam agere propter finem eſt manifeſtum per ſe: & tales rōnes vſitantur cum aduerſariis. ſ. negantibus principia naturalia, ſicut notat Cōm.in eodē.2.phy.cō. 80.& tex.cō.84.& per conſequens ſunt dialecticæ, vel primæ philoſophiæ, vt dicit Cō.ibid cō.84. nam propria per ſe nota nō poſſunt demonſtrari, ſed elēchice poſſunt perſuaderi. vt patet ex.4.primæ philoſophiæ tex.cō.9.

Natura complet multa, quæ ſunt ꝑ artem, & ars multa, quę ſunt per naturam.2.phy.cō.77.& 79.

Naturalis magis debet conſiderare de cauſa finali, quàm de cauſa materiali.

teriali.2.phy.tex.cō.91.
Natura conſtantium nihil inordinatum.8.ph.tex.cō.15.
Natura eſt cauſa omnis ordinationis.ibidem.
Natura conſtantium partes etiam a natura ſunt,non ſic in his quæ arte,aut manu fiunt : domus enim p artem fit,lapides non fiunt.Them. in principio.2.phy.
Naturales res non ſunt extra ordinē niſi raro cauſaliter. Cōm.8. phſic. cōmen.15.
Naturalia videntur habere eūdem ordinem terminatū.ſ.currere eodē modo,aut ſemper,aut frequenter: illa autem quorum principium eſt voluntas videntur diuerſificari,& non ſequi eundem modum actus.ibidem.
Naturæ actiones neceſſe eſt, vt habeant continuationem & æternitatem,aut in agendo alterum contrariorum tantum, vt motus ignis ad ſuperius ſemper,& terræ ad inferius:aut in agendo duo contraria ſucceſſiuę, ſicut de generatione & corruptione conſequentibus motum ſolis,& aliis contrariis conſequentibus iſtum motum.8. phyſicorum.commen. 15. & elicitur ex textu ibid.
Natura partis & totius eſt eadem.8. phyſi.com.15.
Naturalis in diffinitionibus vtetur materia,ſed diffiniet per formam. Themiſtius in.2. phyſicorum. ſuper tex.21.
Naturalium quædam ſunt corpus, & magnitudo, vt corpora ſimplicia:quædam vero habent corpus, & magnitudinem,vt corpora mixta,& præcipue animata,& quędam ſunt principia habentium corpus, & magnitudinē, vt materia & forma.1.cœl.cō.1.
Natura rerum omnium eſt trina.1. cęli.tex cō.2.
Natura non patitur aliquid torpere,aut feriari,ſua in ſingulis ingenia continentur, officia quæque & geſtiones ſuas quęq; agnoſcāt,agitantq;, & quaſi penſa perſoluunt. The.1.de aīa.tex.cō. 13. & ſumit ex.1.cęli.tex.cō.32.& ex.3. de aīa. tex.com.45.
Natura naturata ita fecit. v3. ꝙ poſuit numerū ternarium in rebus,& nos ſequimur opus eius. 1. Cęli commne.2.
Natura de cęlo & aliis corporibus ęquiuoce.1.cœl.cō.5.vide pro hoc 2.phy.com.3.
Natura dicitur de forma abſtracta, quæ eſt in cęlo,ſicut dicitur de aliis formis corporum ſimplicium. Cōm.1.cęli.comm.5. vide in concordantiis.
Naturale in aliqua ſpecie,neceſſe ē, vt ſit prius accidente.1. cœli. com. 14.&.62.idem.4.phyſic. com. 43. & 67.&.2.de anima.133 &. 3. de anima.28.vide conſimile de quiete.2.cœli.14.idem.17.&.tex.com. 83.&.18.idem.3.cœli.te.com.18. &.4.cęli.41.com.
Naturæ rerū dant eis,aut vt ſemper ſint,aut ſemper non ſint,aut vt aliquando ſint,& aliquando nō ſint. 1.cœli.com.138.
Natura conſtantia ex eiſdem corrū puntur ex quibus conſtant. 1. cęli. tex.com.vlti.
Natura facit de poſſibilibus ſemper, quod melius eſt. 2. cęli. text.com. 34.idem.8.phy.tex. com,56.& in 2.de partibus animalium. capitu. 14. Aduerte tamen pulchram differen

differentiam quam notat Cõmẽ. in com.34.2.de cœlo,quia melius ex duobus poſſibilibus in animalibus,quæ ſunt hic,eſt contingẽs,ſed melius de duobus,poſſibilibus in rebus æternis eſt neceſſarium. ſic igitur licet naturam in omnibus efficiat de poſſibilibus quod meli⁹ eſt,non tamen eſt eadem rõ corruptibilium & æternorum: quia nõ ſunt eiuſdem tribus, vt dixit doctiſſimus Homerus in.4.Iliados, & philoſophus. 10. primæ philoſophiæ.t.c.vlti.

Natura nihil,vt contingit operatur neq; de animalibus curaſſe, q̃ ſunt hic,cœleſtia autem quæ ſic prætioſa ſunt deſpexiſſe putandum eſt 2. cœli.tex.cõ.50. Inde elicitur, ꝙ natura de rebus nobilioribus magis ſollicita eſt.conſimile.2. phyſi. contra antiquos.t.c.46.& in.1. de partib.anima.ca.1.

Natura nihil ocioſum operatur.2. cœli.com.& tex.50.&.1.cęli. text. commen.32.

Naturalis& aſtrologus conueniũt in q̃õnibus de ordine & ſitu,& qualitate motuum,ſed in maiori parte aſtrologus dat quia, & naturalis propter quid.2.cœli.com.57.vide etiam.1.meta.cõ.19.&.12. meta. commen.44.

Naturalis & aſtrologus eandem q̃õnem abſoluere poſſunt a priori & per cauſam, ſed modus cauſarum eſt diuerſus,quia aſtrologus demõſtrat per cauſas abſtractas ſm rationem a materia,ſed naturalis per cauſas,quæ ſunt concepręcum materia.2.cęli.com.57.idem.2. phy. tex.com.18.&.19.

Natura nihil irrationabiliter, neq; fruſtra facit.2.cęli.tex.cõmen.59.&.1.cœli 32.

Natura adequat & facit ordinem.2. cœli.tex com.69. Inde tangit Cõmen.in prologo phyſicę auſcultationis.& Græci expoſitores oſtendentes naturam iuſtitiæ eſſe in entibus,quæ eſt iuſtitia diſtributiua, quæ attenditur ſecundũ geometricam proportionem, tribuens vnicuiq; ſm eius dignitatem. Quod & antiquiſſimus Hippoc.etiam aſſeuerauit,inquiens naturam animalium eſſe iuſtam,peritam,præuiſiuã,vt allegat Gal.in.5. de vtilitate parti.cap.9.

Naturales ponunt naturã eſſe,& naturalia quaſi hoc ſit notum per ſe. 2 cœli.com.83.idem.2.ph.cõ.3.& tex.cõ.6.&.1.cęli.commen.5.& 8. phyſicor.23.

Naturalis ſicut ponit ꝙ corpora naturalia habent motum naturalem ſic ponit ꝙ corpora naturalia debẽt habere quietem naturalem in corporibus,quę apta nata ſunt moueri & quieſcere.2.cœli.cõ.84.idẽ 1.phyſi com.11.

Naturalis & geometer cõicant in tribus magnitudinibus, ſed diuerſis modis,quia naturalis conſiderat, vt ſunt in materia: Geometer vero vt ſunt ſeparata a materia.3.cœli. com.6.&.1.cęli.commen. 1. &.2. phyſico.18.&.19.

Naturalibus magnitudinibus inconuenientia contingentia in maiori parte non contingunt mathematicis,& ratio eſt,quia conſiderat de illis, vt ſunt vltima materiæ,ſed mathematicus, vt ſunt abſtracta. 3.cœli.tex.com.6.

Natura ſemper deſiderat quod melius eſt.ex.2 de generatione & corruptio.tex.cõ.59.

Natura-

Naturaliſſimum opus viuentium eſt, quæcunq; perfecta, & non orbata, aut generationem ſpontaneã habeat facere, tale alterũ quale ipſum. 2. de ani. tex. cõ. 34.

Natura conſtantium oīum terminus eſt, & ratio magnitudinis & augumenti. ſuprà. t. c. 41.

Natura nihil fruſtra facit, neq; deficit ĩ neceſſariis, niſi in orbatis, & imperfectis. 3. de ani. tex. cõ. 45. &. 1. cęli. t. c. 32. &. 2. cęli. 50. &. 59.

Natura entia quælibet habent aſcẽſum, & deſcenſum in ſuo eſſe. 3. de ani. com. 45.

Natura quæ ſurſum ſemper principalior eſt. 3. de ani. t. c. 57.

Natura dęmonia eſt nõ diuina. Ariſto. in libro de diuinatione ſecundùm quietem.

Naturalia omnia, aut ſunt propter aliquid, aut ſunt accidentia neceſſario conſequentia materiã. 3 de ani. tex. com. 60. idem. 2. phyſico, text. commen. 88.

Natura ſpecialis nullum habet eſſe, niſi in intellectu. 1. Metaph. cõ. 26. idem. 1. de ani. cõm. 8. &. 3. de ani. cõ. 18. 12. Meta. cõ. 4.

Nulla natura eſt media inter abſtractum, & materiale: hæc. n. duo cõtraria ęternum, & corruptibile manifeſtum eſt, quòd ſunt immediata 1. Metaph. cõ. 39 idem, 1. phyſico. com. vlti. &. 3. de anima in ſolutione tertiæ quęſtionis cõ. 5. &. 12. Metaph cõ. 25.

Natura eſt principium quoddam, & cauſa quęis & motus, eius in quò eſt, primo, per ſe, & non ſecundum accidens. 2. phyſi. tex. cõ. 3. Notanter dicitur eſſe principium: quia notat cauſam efficientem, quia principium proprie ſumitur pro cauſa agente & mouente. vnde Simpl. & omnes græci expoſitores aſſeruerunt principium poſitum in diffinitione naturæ ſtare pro cauſa efficiente: dicitur autem quoddã, quia et intellectus practicus ẽ de principiis efficientibus: non enim omnia quæ fiunt a natura fiunt: fiunt etiã nonnulla ab aliis cauſis, ſicut eſt intellectus & caſus: dicitur autem, & cauſa, quia natura non ſolum dicitur de forma cuius eſt agere & mouere, veruntamen de materia, cuius eſt pati & moueri. 2. de generat. & corrup. tex. cõ. 53. & quia ſicut dicit Cõm in. 2. phy. cõ. 1. aliqua corpora nãlia reſpectu alicuius motus habẽt principium actiuum tantũ, vt elementa in motu locali: nõ. n. habent principium paſſiuum maxime dum mouentur de potentia accidentali, quia non habent reſiſtentiam intrinſecam: non. n. diuiduntur in partem per ſe mouentẽ & in partem per ſe motam, ſicut animalia cum ſint ſolum compoſita ex prima materia & forma; & mã non poteſt eſſe ſubiectum motus. 5. phyſico. tex. cõ. 8. & iſta eſt ſententia eius. 4. phy. cõ. 71. vbi habẽt ꝙ elementa in vacuo non poſſunt moueri. & in. 8. phyſic. cõ. 30. &. 3. cęli cõ. 28, & alibi frequẽter: in motu autem alterationis habent principium paſſiuum, & non actiuum: & ideo principium in deſcriptione naturæ ſumit̃ ęquiuoce pro principio actiuo & paſſiuo. i. analogice, ſicut dicit, quia in deſcriptionib. nõ poteſt aliquis facere plꝰ iſto, & ĩõ cauſa, cum diſtinguatur a principio ſecundũ rõnem ſtat pro materia. Aut aliter dici põt, ꝙ principium dr̃ proprie, & cauſa proprie,

& ſicut principium ſtat pro cauſa efficiente,& ſecundum Cõm. etiã pro materia poſſumus ſumere cauſam pro cauſa finali : quia finis eſt cauſa cauſarum:& tunc poſſet ſubtiliter dici ꝙ cum motus poſitus in diffinitione naturæ ſit motus large ſumptus qui diffinitur I. 3.phyſi. vnde Ariſt.in principio. 3. phyſico. oſtendens rationem ordinis dicit,ꝙ quia in diffinitione naturæ ponitur motus. ideo oportet diffinire motum quid ſit,& patet quòd motus ibi ſe extendit ad generationem ſubſtantialem: & tunc poteſt dici ꝙ natura eſt principium effectiuum aut materiale, vt vult Cõmen. in aliis motibus proprie dictis:in motu vero generationis q rectius dicitur mutatio narura eſt cauſa ſ. finalis. vnde Ariſtote.in.2.phyſi.tex.com.14. dicit generationem eẽ,aut dici naturam : quia eſt via in naruram : denominationes enim in naturalibus fiunt a termino ad quẽ,& a fine.iuxta illud philoſophi in.2.de anima. text. com. 49.a fine vnumquodq; denominare iuſtum eſt. Aut aliter etiam dici poſſet,& eſt alia ratio,quia ſine dubio diffinitio iſta dicitur analogicè de ſuperioribus & inferioribus,& de principio paſſiuo & actiuo:ſicut de diuerſis motibus non dicitur ſecundum vnã rationẽ vniuocam:& ſimiliter neq; ſm vnam & eandem rõnem poteſt eſſe reſpectu motus & quietis. vnde in habẽtibus motum & quietem eſt cauſa vtriuſq;, & in habentibus motum tantum natura dicitur eſſe ꝓpriũ motus,& in habentibus quietẽ tm̃, dr̃ eſſe cã quietis, nam ſi quies ſumatur,vt eſt motus priuatio. ſicut dicit Cõm.in ſua media expoſitione ſuper.2.phy.&.9.Met.com.13. ita exponit Com.in.2.Meta.com. vltim ꝙ natura dr̃ eſſe ptincipium quietis in rebus, quæ qñq; tranſmutãtur,qñq; non:ita etiam dicit Cõm.in.2.cœli & mundi in com. 84.vbi dicit ꝙ, ſicut naturalis ponit naturam eſſe principium motus naturalis:ita ponit ꝙ ſit principium quietis in his quæ nota ſunt moueri. & quieſcere proprie non dicitur habere cauſam, aut principium,aut virtutem agentem,ſicut ſcribit Com.in vlti.cap. de ſubſtã. orbis ꝙ quies eſt priuatio, & non eſt potentia.vnde d. Ariſtot.quòd cum ſtellæ careant cauſis motus, quas habent corpora cœleſtia, de neceſſitate habent quietem infinitam,quæ eſt priuatio motus: & ſimiliter dicit ꝙ terra debet habere quietem infinitam, quæ eſt priuatio motus:quia caret agente motũ in ea infinitum. vnde dicit ꝙ quies non eſt per virtutem,ſed per priuationem virrutis. vnde.2.cœli. commen. 102.. medium non eſt cauſa quietis terræ ſed grauitas eius.& ſi medium eſt cauſa,non eſt inquantum eſt medium, ſed inquantum eſt medium corporis, quod circulariter mouetur, & ſi eſt cauſa, eſt remota;& melius eſt dicere ꝙ ſit cauſa ſeruans quietem,quàm cauſa agens;& ideo ly principium poſitum in diffinitione naturæ reſpicit motũ,& cauſa reſpicit a proprietate quietem. aut ꝑꝑ aliam rationẽ; nã corpora nãlia,quæ nãliter mouent,& nãliter quieſcunt, mouent vt quieſcant. vnde quies in talibus eſt magis nãlis quã mot⁹, quia ꝑꝑ qđ vnũquodq; tale & illud magis.

vnde

vnde elementa dum mouentur ad ſua loca de potentia accidentali, dicuntur moueri de potentia violenta, quia illa potẽtia accidẽtalis nõ inuenitur in eis, niſi paſſa fuerint violentiam: vt dicit Com. 3. cœli. com. 28. & 8. phyſic. com. 32. nam elementum in ſua naturali diſpoſitione debet eſſe in ſuo loco, & quã do eſt in ſuo loco, tunc quieſcit. & ideo ſi eſt extra ſuum locum naturale eſt ſibi moueri ad ſuum locũ: & hoc eſt quia elemento vis illata fuit vt eſſet extra ſuum locum. & ideo Cõment 4. cœli & mundi. in com. 26. & 31. dicit ꝙ diffinitiones grauis & leuis datæ per quietẽ, magis demonſtrant diſpoſitiones naturales & naturam eorum, quàm diffinitiones datæ per motum. tũc igitur principium reſpicit motum & cauſa quæ dicit finẽ reſpicit quietem: impoſſibile enim eſt, vt dicit Porphirius, Auicen. & Auer. iſtam diffinitionem intelligere niſi diuiſim, omnia enim iſta contingunt, quia non eſt vera diffinitio, nec vniuoce dicta ſed deſcriptio, vt inq̃t Albertus, eſt maioris manifeſtationis, quàm ſit nomẽ. Ex quo patet ꝙ principium nõ ponitur propter priuationemq́, vt dicit Albert' qui voluit formæ inchoationem eſſe in materia, & illa cum ſit priuatio eſt principium, ſed non eſt cauſa: nam talis aptitudo & forma in eſſe illo imperfecto non eſt ens in actu: oẽ autẽ quod agit, agit ſm ꝙ eſt in actu: & per conſequens nõ eſt principium alicuius motus talis priuatio: ſed ponitur principiũ, vel pro cauſa efficiente tantum, vt voluit Alexan. & Them. qui dixerunt ꝙ elementa nullius motus habent in ſe principium, niſi motus localis: plantæ vero omnium motuum habent in ſe principium excepto locali. animalia vero oĩum motuum abſolute. vel ſumitur ſm Cõm. pro principio actiuo & paſſiuo. ſed Cõm. non ponderauit: deinde de q̃uo ſumat cauſa, & oportet ſupplere ſicut diximus. & ſic teneo ꝙ diffinitio naturæ competit cęlo, & inferioribus analogicè: ſm enim naturam prius competit cœlo, ſed ſm famoſitatem prius cõpetit iſtis quę ſunt hic. diſtinctio habetur ex Auer. 2. Meta. com. vlti. & ideo vt dicit Porphirius, Auic. & Com. debet intelligi iſta deſcriptio diui ſim vnde ly, et, debet ſumi pro aut: in cœlo enim natura eſt principium ciens ſempiternum motum, in terra ſempiternam quietem, in cæteris motum & quietem. iſta eſt etiã ſententia Cõm. in. 9. Meta. cõ. 13.

Contra formã corporis in materia.

Alii autem, vt Simplicius exponunt etiam in cęlo eſſe quietem reſpectu centri, polorum, & axis, & ẽt quia cœlum quieſcit ſm totũ, quia non mutat locum ſm ſe totum, ſaltem ſm ſubiectum: & terra etiam mouet, quia ſi poneretur extra ſuũ locum moueretur, aut quia mouetur motu alterationis, mouetur ẽt ſm partes: poteſt etiam dici in cœlo eſſe quietem reſpectu partium: quia ſtellæ, quæ ſunt nobiliores partes orbis, non mouentur per ſe, vt demonſtratum eſt in. 2. cęli & mundi, prima tamen via magis placet. Similiter dico, quòd cum motus analogicè dicatur de locali, & aliis motibus natura, principaliori modo dicitur eſſe principiũ motus localis, & ſecundario aliorum motuum. Motus enim loca-

 lis,

lis, vt demonſtrat philoſophus in 8. phyſicor. tex. commento. 55. vſque ad 60. eſt prior aliis motibus natura, tempore, & perfectione. cuius argumento eſt, ꝙ Ariſto. in. 1. cęli & mundi, volens probare omne corpus phyſicum ſm naturam eſſe mobile ſm locū, probat illud ex diffinitione naturę, quę eſt principium motus, quod non procederet, niſi motus principaliter in diffinitione naturæ ſupponeret pro motu locali. & confirmatur: nam tenendo diffinitionem illam eſſe communem analogicè ſuperioribus, & inferioribus, oportet partes quaslibet in illa diffinitione eē cōmunes vtriſq;, aut ſaltem principaliores, ſicut eſt motus. ſed in nullo motu communicant cœleſtia cum inferioribus, niſi in motu locali. vt demonſtratum eſt in. 1. cęli & mūdi. & in lib. de ſubſtant. orbis. quia motus localis apparet principaliter in naturæ diffinitione, & alij motus conſecutiuè: impoſſibile. n. eſt intelligere aliter. dicitur autem eius in quo eſt primo, vt dicit lucidiſſimus Themiſt. quia principiū motus in ſcanno eſt, ſed nō primo, ſed primo eſt in ligno. dicitur autem per ſe, quia licet nauta in naui ſit primo, nam in nullo priori poteſt nauta eſſe quàm in naui, non tñ eſt nauta per ſe de intellectu nauis, neq; nauis de intellectu nautæ: talia enim ſunt prædicata, quæ per ſe alterum de altero dicuntur, vel quando prædicata ſunt accepta in ratione ſubiectorum, & ſunt cauſæ eorum. aut econtra, ſicut ſunt prædicata per ſe primi modi, & ſecundi modi, & ideo ponitur ly per ſe, per non ſm accñs ponit᷑ ad driam medici, qui licet primo, & per ſe habeat artem medicinæ, per quā eſt formaliter medic⁹, & curatiuus aliorum: tñ per accidens agit in ſeipſum inquantum medicus: hoc. n. declaratur ab Ariſto. in litera. Cōmen. autem aliter exponit, ſed melius placet expoſitio iſta græcorū.

Qui autem ad euitandam nugationem ordinant præpoſtero modo: vt ly non ſm accidens præponatur ad ly per ſe, & ly per ſe ad primum nihil eſt, quia, 7. primæ philoſophiæ tex. com. 43. ſiue ſuperi⁹ præponatur ſiue inferius, non propter hoc euitatur negatio. Et ideo oportet dicere iſtas tres particulas referri ad diuerſa, & ꝙ non habet iſtum ordinem, vt vnum ſit contrahens & aliud contractum, ſicut eſt in veris diffinitionibus in quibus totum refertur ad vnam intentionem. hoc etiam eſt in vniuocis, ſed in analogis & ambiguis oportet ad diuerſa compatare, ſicut diximus: ęquiuocatio. n. decepit iſtos.

Quod autem. d. Boeti. naturam hic diffinitam, & Albertus cum eo, non cōuenire ſuperioribus. ſed ſolum corporibus, quæ ſunt hic: qa motus cœli non eſt a natura, ſed a voluntate, & a principio ſeparato, tum etiam, quia natura non mouet motum infinitum. nec nā mouet corpus in ſuo loco cuiuſmodi ſunt in cœlo, quia infinitus eſt, & ſemper circa eundem locū mouetur. Dicimus cū ſupportatione hoc falſum eſſe. nā Ariſt. in. 1. cęli venaturus cęli ſubſtam quid ſit, & qualis ſit naturæ, ſumit illā ꝓpōnē ꝓ maximo fundamēto, vt dicunt oēs expoſitores, ꝙ oē corpus phyſicū eſt mobile ſm locum: vt patet in text.

cō

,cō.5. & probat illud ex naturæ diffinitione. fruſtra autem hoc feciſſet ſi naturæ diffinitiō ſuperiorib⁹ nō competit. & quod dicitur, ꝙ natura non mouet infinitum motum, neq; in ſuo loco. Reſpondet Commen. in diſputa. 13. in ſolu. 4. dub. ꝙ eſt verum de natura inferiorū, & ideo dicit ꝙ motus cœli non eſt naturalis, ſicut motus elementorū: & ita etiam dicit in. 2. cœli. com. 3. patet autem non obſtante, ꝙ motus cœli ſit voluntarius poteſt etiā eſſe naturalis: & ex parte orbis, qui concurrit, vt materia, ſeu melius, vt ſubiectum, & ex parte formæ, q̄ eſt intelligentia ſeparata, ſicut declarauit Cōmē. in. 1. cœli. com. 5. & . 2. cœli. com. 3. ex parte quidem orbis, quia cum ſit corpus ſimplex & cuiuslibet corporis ſimplicis ſit aliquis motus ſm naturā ſimplex, ſicut motus naturalis leuis eſt ſurſum, & motus grauis deorſum, ſic motus orbis cum ſit neutrum, neque graue, neq; leue habet potentiam naturalem, vt moueatur motu naturali circulari ab intelligentia cauſante in eo illum motum, & poteſt dici naturalis ex parte formæ, quia ex quo intelligentia licet ſit principium ſeparatum, non dependens in eſſe ab arte, nec conſtitutū in eſſe per ipſum: quia tamen eſt appropriatum principium in mouendo ipſum, ſicut forma eſt appropriata materiæ: ſic dicitur anima eius inquantum influit ſibi motum, vt dicit Cōmē. in. 2. cœli. cō. 3. & dicitur eſſe in eo, quia intelligentia ibi eſt vbi operatur, & illo modo dicitur eſſe coniuncta ſibi. & ſic cœlum vt eſt quodāmodo animatū iſto modo, dr̄ eſſe notū ex ſe. & iſta eſt ſententia Cō. in. 5. cap. de ſubſtant orbis. vnde etiam dici poteſt motus cœli eſſe naturalis ex parte animæ, & ex parte corporis, vt habet ipſe in. 8. phyſico. comm. 27. vbi dicit, quod motus corporis cœleſtis eſt ſimpliciter naturalis tā ex parte animæ, quàm ex parte corporis, non quòd velit Com. intelligentiam vere eſſe naturā, immo eſt ſupra animam, & anima ſupra naturam, ſed per viam ſimilitudinis & proportionis. quia ſicut forma materialis habet cauſare motum in ſubiecto proprio, ſic proportionabiliter intelligentia in orbe, & motus naturalis in cœlo, non eſt alius a voluntario. vt dicit Commē. 2. cœli. cō. 3. & fuit dictum Alexan. Quod aūt dixit Albertus & Egidius Roma. ly primū poſitum in diffinitione naturæ ſumi pro ꝓximo, ad excludendū vegetabilem & ſenſitiuam, quæ mouet per qualitates tanquā per inſtrumenta, & organa, hoc quidem ſtare non poteſt, quia tunc ſm iſtam rationem animalia, & plantę non dicerentur eſſe a natura. cuius oppoſitum dicit philoſophus in text. nec anima aliquo mō poſſet participare iſtā rōnē naturæ, quod eſt contra expoſitores grecos. Amplius, ſequeretur elementa in motu locali non haberent conterere per formā tanquā per principiū actiuū ꝙ eſt natura, quia motus localis licet cauſetur principaliter a forma ſubſtantiali, cauſatur tñ mediāte grauitate, aut leuitate accidentali. d. n. Cōm. 1. cœli com. 17. ꝙ grauitas & leuitas ſignificant habitus & formas, quæ ſunt principia mouentia principaliter, & ſignificant ēt qualitates. vñ

ſicut agens naturale nõ agit per eſſentiam in motu alterationis tanquam per principium proximum agendi; ſic in motu locali. Ariſt. n. in lib. de ſenſu dixit, ꝙ ignis non agit inquantum ignis, ſed inquantum calidus: ſiſr cũ natura ſit principium etiam alterationis & augumenti, vt. d. Cõm. in plantis & animalibus, & in talibus concurrunt qualitates, vt concauſæ, & vt inſtrumenta. non eſſent igitur iſti mot' naturales, cuius oppoſitum habeť in tex. & a Them. & ab Auer. in cõ. 1. Et ideo melius eſt exponere, vt græci, aut vt Cõmẽ. Et ꝙ quidam reprehendere voluerunt iſtam naturæ diffinitionem: quia natura videtur eſſe aliquid abſolutũ, & iſta datur per reſpectum nihil eſt, quia licet natura ſm rem nõ ſit niſi materia, & forma, quæ ſunt ſubſtantiæ quædam, & entia quædam abſoluta: tamen vt nãli conſiderãtur in reſpectu conſiſtunt. vt patet. 2. phyſico. 26. & ideo conſiderantur vt ſunt principia motus; quorum vnum eſt actiuum, & aliud paſſiuum: ſub rõnibus aũt abſolutis, & tranſcendentibus a diuino conſiderantur. ſed ſuus intellectus perfectus in relatione, ſeu reſpectu conſiſtit, vt a naturali conſiderantur. & quia nomen naturæ. d. reſpectũ principii, ideo in deſcriptione naturæ ponitur principium loco generis. nec obſtat ꝙ ſi principiũ ſumitur pro cauſa efficiente ꝙ cum efficiens, & finis ſint extrinſeca igitur non differunt eſſe in eo in quo ſunt, quia licet cauſa efficiens ſit extrinſeca a ſuo effectu: tamen poteſt eſſe intrinſeca in ratione qua ẽ forma, quæ ẽ pars eſſentialis nãti: forma enim eſt intrinſeca elemento, tamen eſt principium efficiens motum qui eſt effectus diſtinctus a motore: motor enim eſt de cauſis extrinſecis motus. 5. phyſic. commento. 3.

Natura quælibet forſan materiam habet. 2. Meta. tex. comm. vlti. vbi animaduerte, ꝙ vt ſcribit Auer. in com. ideo dixit forſan, ſeu ferę propter intellectum: intellectus enim qui eſt poſtrema perfectio hominis eſt abſtractus a mã. conſimilẽ modum loquendi habet philoſophus in. 6. primæ philoſophiæ. tex. cõmẽ. 1. vbi dicit, phyſica theorica quędam eſt, ſed theorica circa tale ens quod eſt poſſe moueri, & circa ſubſtãm, quæ ſm rõnẽ, vt ſm magis non ſeparabilem ſolum. vbi etiam Auer. ponderans ly ſm magis inqt „ & dixit in maiori parte pp intelle- „ ctum. conſimilem modũ loquẽdi „ habet philoſophus in prin. 1. de cęlo & mundo. vbi inquit, ſcientia de natura fere plurima videtur circa corpora & magnitudines, & horũ exiſtens paſſiones & motus.

Natura ſecũdum famoſitatem magis, ſeu prius dicitur de corporibus generabilibus & corruptibilibus, quam de corporibus cœleſtibus. 2. Metaph. commen. vltimo. Pro quo animaduerte quod natura, & naturæ diffinitio poſita in. 2. phyſi. dicitur ſecundum antiquos peripateticos de vtriſq;, ſcilicet corporibus generabilibus, & etiam de ęternis. quicquid ſenſerit in hoc Boetius, & Albertus. & dicitur ſecundum prius, & poſterius, vt ſcribit Commen. 2. phyſico. comm. 3. tamen animaduerte ꝙ iſta comparatio poteſt fieri duobus modis, vł ſimpli-

ſimpliciter, vel quo ad nos, ſeu ſm famoſitatem, & tunc ſi comparatio fiat ſimpliciter, & quo ad naturam dico, quòd natura per prius dicitur de cœleſtibus: eſt enim regula, ꝙ quando aliquod nomen dicitur de duobus, quorum alterum eſt cã alterius ſimpliciter, & per prius dr̃ de cã, & ꝑ poſterius ſm quid dr̃ de cauſato. ſicut eſt videre in. 8. phyſi. ab Auer. in cõ. 77. & in 7. Meta & in. 8. vtrobiq; in cõ. 7. cum igitur corpora cęleſtia ſint cauſæ generabilium & corruptibilium. vt. d. philoſophus in prin. lib. Metheor. ſic natura per prius inuenitur, & eius ratio ibi, quàm in corruptibilibus. ſed ſm famoſitatem, & quo ad noſtram cognitionem ſecus eſt, quia iſta ſunt nobis ꝓpinquiora, & magis operationes eorum, & proprietates iſtorum innoteſcunt nobis, quàm illorum. & ideo Cõm. dixit ꝙ iſta ſecundũ famoſitatem ſunt magis naturalia.

Natura eſt vlr̃ principium tranſmutationis in rebus tranſmutabilibꝰ per ſe, & eſt principiũ priuationis tranſmutationis in rebꝰ, quę qñq; tranſmutantur, & qñq; nõ. illa aũt quæ ſemper remanent eodẽ modo modorũ tranſmutationis. ſ. in motu locali, ęquiuoce dr̃ de eis nã & de aliis. Com. 2. Meta. cõ. vlti. Vbi clare potes inde colligere qualiter diffinitio naturæ ſm Cõm. non poteſt vniformiter intelligi nec copulatiuè, ſed diuiſiuè. & fuit etiã ſententia Porphirii, & Themi. in paraphraſi ſuper principio. 2. phyſi. vbi dicit, cęleſte & diuinum corpus ex cipio, in quo natura eſt principiũ ciens ſempiternum motum, non etiam cauſa, aut principium quie-

Qualis diffinitio naturæ ſit intelligenda ſm Auer.

tis. eandem ſententiam, vide ab Auer. in ſua media expoſitione, ſup libro. 2. phyſi. & in. 2. cœli. in com: 84. & in. 9. Meta. com. 13. de hoc tamen ſupradixi contra Albertum, & Boetium diffuſe.

Naturaliter inuentum in aliquo nõ inuenitur in quodam eius, & in quodam non, niſi hoc ſit verbis tantũ, non ratione. 4. Metaphy. com. 27. idem. 2. cœli. com. 59. &. 1. poſter. tex. com. 8.

Naturalis non diffinit ſine materia; neque ſecundum materiam. ex. 2. phyſico. tex. com. 21. vbi Ariſt. dicit in tex. ꝙ cum natura dupliciter dicatur, ſicut de ſymo, quid ſit intẽdimus ſic conſiderandum eſt: quare neq; ſm mãm huiuſmodi, neq; ſine materia. Quem locum ſanctus Thomas interpretans aſſerit duas fieri rationes. prima eſt, quia cum duplex ſit natura materia, & forma, & ſcientia naturalis ſit de natura, igitur de vtraq; nã cõſiderat. ſcđa ſcientia nãlis ita ſe hẽt circa nãlem, ſicut eſt de ſymo. ſed volentes ſcire quid ſit ſymum in diffinitione ſymi ponũt mãm, quæ eſt naſus, & concauitatem, quæ eſt forma: ſic etiam nãlis in cognitione nãlium, vtrunq; cognoſcit mãm & formam, & ideo cognitio nãlis non eſt ſine mã, neq; ſm mãm tm̃ quia oportet etiã cognoſcere formam. Themiſt. autem, Simplic. & Auer. volunt ſolum vnam ibi fieri rationem, ſicut prætendit ſeries, & contextus verborum, quod etiam euidentius appatet in græco idiomate, & Simplicius multum ſubtiliter introducit intentionem philoſophi ibi, quia enim in textu. 10. immediate præcedente di-

Annotatio pulchra.

ꝛetat ꝙ ex mathematicis quædam phyſicam lineam accipiunt, ſed nō conſiderant, neq; diffiniunt illam inquantum eſt phyſica, ſed inquantum mathematica, vt geometria: quædam autem aſſumunt mathematicam lineam, ſed non diffiniūt eam inquantum mathematica, ſed inquantum phyſica: cōſequēs fuit oſtendere quō phyſicus diffinit ēt phyſica, & aſſerit ꝙ eſt ſicut qui diffinit ſymum, in quo ponitur dum diffinitur, tam materia quàm forma, & licet diffinitio naturaliū nō ſit ſine materia, tamē naturalis nō per materiam diffinit, & cognoſcit compoſitum ex materia, & forma, ſed per formam. vnde lucidiſſimus Themiſt. in eodem loco dicit quare naturalis in diffinitionibus vtet materia, ſed diffiniet per formam. & Simplicius eandem expoſitionē ſequitur in illo loco, non enim litera græca habet notam excluſionis, vt litera arabica. propter quam Cōm. cogitur exponere ꝙ naturalis non ſm materiam tantum. ideſt ſine forma cognoſcit, & diffinit, quam expoſitionem ēt latini ſunt ſecuti. vnde nālia cognoſcuntur non per mām, ſed per formam: nā mā ēt ſubſtantia ſcibilis eſt ꝑ analogiam ad formam: forma aūt eſt origo cognitionis tam cōpoſiti quā materiæ, & eſt expoſitio multum ſubtilis & vera, ni fallor. Ex quo patet de mente Them. & Simpli. & omnium expoſitorum antiquorum formam eſſe quidditatē, ſed mā non eſt pars quidditatis, licet ſit pars eſſentiæ & mirū eſt de diuo Thoma, & Ioā. Scoto quō in hoc defecerint a vera, & antiqua doctrina peripateticorum: aſſerūt enim materiam & formam eſſe de quidditate, ſecuti in hoc Auicē. 5. Met. ſuæ, ſed ſecus ſe hēt res. Nā in conceptis cum mā differt eſſentia a quidditate, vt dicitur in. 5. de anima. tex. cō. 9. & 7. primæ philoſophiæ. tex. com. 41. forma enim eſt ratio, & quodquid erat eſſe rei, vt vbiq; locorum Ariſt. formam diffinit. ſicut enim ſcribit Cōm. 1. cœli. com. 92. forma autem eſt ſubiectum vniuerſalitatis, & iſte eſt intellectus cuiuslibet formæ, cum autē obiectum intellect⁹ noſtri ſit vle, forma ſola erit quodquid erat eſſe quod eſt intellectus obiectū. materia aūt, vt dicit Cōm. 12. meta. cō. 14. non habet intentionem alicuius cōis, aut vlis prędicabilis de pluribus. & ideo Ariſt. 7 Meta. tex. cō. 35. dixit materiam ſm ſe eſſe ignotam modo nihil dat quod non habet: & ideo materia inquātum ſm ſuam puram naturam conſiderat, non poteſt eſſe cognitionis principium, ſed ſi aliquo modo facit ad cognitionem, hoc eſt vt eſt ſubiecta formæ: & ideo materia, vt dicūt præfati viri, & eſt cum hoc ſententia Auer. in. 7. Metaph. com. 34. ponitur in diffinitionibus rerum naturalium tanquam vehiculum deferens quidditatem, ſed non qa ſit pars quidditatis. Sed tunc cōtra iſtam viam ſunt tres arduæ difficultates. & prima eſt contra Themiſt. quia dicit ꝙ naturalis vtetur in diffinitionibus materia, ſed diffiniet per formam. ſed hoc contradicit Ariſt. in. 1. de ani. tex. cō. 16. vbi ponit differentiam inter phyſicum, & dialecticum, Dialecticus enim (vt aſſerit) diffinit per formā, ſed phyſicus diffinit per materiā.

&

& Themiſtius dicit ꝙ phyſicus nõ diffinit p materiã, ſed per formã, contradicit igitur magro, & tunc perit dña inter dialecticum & phyſicũ, vt patet intuenti. Secunda difficultas eſt, quia ſi forma ẽ tota rei quidditas, & diffinitio nõ explicat niſi quidditatem. igr̃ diffinitio dẽt dari per ſolã formã, & ita mã non eſt neceſſaria in diffinitionib⁹. Tertia difficultas eſt q̃a tũc diffinitiões ſubãtum naturalium vñr eſſe per additamentũ. Nam ſi mã quæ ponitur in diffinitione cõpoſiti nõ eſt pars quidditatis cõpoſiti, igr̃ cadit vt additũ: & ita diffinitiones nãliũ ſubãtum non erunt diffinitiones ſimplr̃, ſed per additamentũ: ſicut ſunt diffinitiones accidentium. cõtra Philoſophũ 7. meta. tex. cõ. 17.

Ad primũ ſoluit̃ ꝙ ideo Themi. d. naturalẽ & ſi vti ẽ materia in diffinitionibus nõ tñ diffiniet p mãm, ſed per formã: pro quanto cõpoſitum & diffinitum cognoſcitur per formam, & non per materiã, quia materia ſm ſe eſt ignota: quicquid enim intelligitur, intelligitur ſm ꝙ eſt in actu 9. meta. tex. cõm. 20. vbi dicitur, inueniuntur aũt diagrãmata actu, forma autem actus eſt: materia autem eſt potentia, & potentia eſt ratio occultationis & ignorantiæ, non cognitionis, ſed Ariſt. vult naturalem diffinire per materiam ſenſibilem, & ideo non eſt cõtradictio inter Ariſ. & Them. quia non ſunt diſcordes in vna & eadem intẽtione materiæ, ſicut patet. Nec eodem modo vtitur ſeu accipit diffinire vterq;. nã Them. dũ dicit naturalẽ non diffinire per materiam intellexit tanq̃ per id quod eſt principium cognitionis, aut tanq̃ per id quod ſit quidditas, aut pars quidditatis, vtitur tñ materia in diffinitione tanq̃ neceſſaria in ratione vehiculi. Quõ aũt dialecticus dicatur per formam diffinire ſatis in theorematibus declaratum eſt. Ad ſecundam difficultatem r̃ndet Cõm. in 1. de anima. cõ 16. inquit. n. ꝙ qui in diffinitionibus rerum accipit materiam & demittit formam diminute accipit. qui vero ponit formam, & dimittit materiã, vr̃ dimittere aliquid quod non eſt neceſſarium in diffinitione verumtñ non eſt ita, quia forma in diffinitione debet ſumi cum diſpoſitionibus in quibus exiſtit. Pro quo ſcire debes ꝙ vt ſcribit Cõmenta. in. 2. phy. cõ. 18. formarum quædã ſunt quæ indiſcreminatim diffiniri poſſunt cum materia & ſine materia: & iſtę ſunt illæ formæ in quibus cõuenit mathematicus & naturalis, ſicut eſt magnitudo & numerus: linea. n. ſuperficies, & corpus, & eorũ propria: ſimiliter numerus, & accidentia propria numeri indifferenter diffiniri poſſunt & cum materia ſenſibili, & ſine. & ideo talia ab vtroq; conſiderantur. verum alia, & alia ratione, vt ibi dr̃. nam naturalis talia diffinit vt ſunt in materia ſenſibili, & vt ſunt termini corporis naturalis. ſed mathematicus diffinit illa abſtrahẽdo a materia ſenſibili. ſunt etiam aliud genus formarum, quod impoſſibile eſt ſine materia ſenſibili nec eſſe, nec diffiniri, & illud eſt appropriatum ſciẽtię naturali, ſicut dr ibi in tex. eſt cato & os. & 7. met. tex. cõ. 37. impoſſibile eſt hoĩem diffinire ſine carnibus & oſſibus. & Cõmen. ibidẽ cõ. 39 impoſſe eſt quidditates naturales

les intelligere ſine tranſmutatione & motu.i.ſine materia, q̃ eſt principium tranſmutationis: in diffinitionibus aũt entium mathematicorum, nõ apparet hmõi materia, quæ eſt principiũ trãſmutationis. vt dicit Cõmen.2.phy.cõ.19. licet bene in illis appareat materia intelligibilis: & ideo diffinitiones cõpoſitorum nãlium indigent mã, nõ qa mã ſit pars quidditatis: ſed quia cõpoſitum conſtituiť p formã talẽ quæ neceſſario habet eſſe in materia, & debet explicari ſicuti eſt. Ad vltimã difficultatem reſpõdetur ꝙ licet mã nõ ſit pars quidditatis, eſt tñ pars eſſentię cõpoſiti ex mã & forma: & ex materia & forã fit p ſe vnũ, ſicut ex põa & actu. 8.met.t.c. 35. ſed ex ſubto & accñte nõ fit p ſe vnũ, ſed fit vnũ p accñs: & iõ diffinitiones accñtiũ datæ per ſubm dicunť eſſe diffinitiones p additamẽtũ, non aũt diffinitiones ſubarum. Accedit ẽt ad hoc ꝙ ſubm eſt in diuerſo gñe ab illo, in quo eſt accñs, ſed materia eſt in illo gñe ſaltẽ reductiue ĩ quo eſt ipſum cõpoſitũ. Solutio igř oĩum rõnum apparet viſa & intellecta dřia inter eſſentiã & quidditatem in iſtis quæ cũ mã concipiuntur: hæc.n. viſa dřia ſoluit oẽm ignorantiam. vñ Cõmen. 7 meta. cõ. 21. ſcribit forma hoĩs eſt hõ vno modo, & forma hoĩs nõ eſt hõ alio modo, & eſt congregatũ ex materia & forma. vult dicere ꝙ ſi homo ſumatur pro hominis quidditate, forma hominis ſolum homo eſt illo modo: ſi vero homo ſumatur ſm eſſentiam, quia eſſentia hominis eſt congregatũ ex materia & forma, & pars illo mõ non eſt totũ, ſic forma hoĩs non eſt hõ.

Natura vniuerſalius vtitur Philoſophus, q̃ naturalis & etiam philoſophus diſputat contra negantes naturam, quod nõ facit naturalis. Cõmenta. contra Auic. 5. meta. cõ. 5. idem 2.phy.cõ.3.

Natura dř 1. de forma. 5. meta. tex. cõ. 5. idem 2.phy.tex.cõ.12. & 1.cęli.cõ.5. & 7.meta.39.

Natura diciť de generatione 5. metaphy.tex cõ.5. & 2.phy.te. cõ. 14.

Naturalis habet diffinire per materiam ſenſibilem. 6.meta.tex. cõ. 2. & 1. de anima tex.cõ.16.

Naturalis habet conſiderare de aliqua forma, videlicet, de illa quæ impoſſibilis eſt reperiri ſine materia. 6. meta.tex.cõ.2. idem 3. cœli.tex. cõ. 1. vbi dicitur oẽs ſubæ naturales aut corpora ſunt, aut cum corporib' gñantur & magnitudinib'.

Naturalis ſententia eſt ſpeculatiua & non operatiua. ibidem.

Naturalis ſcientia conſiderat de reb' mobilibus: mathematica aũt de rebus abſtractis ſm diffinitionẽ, ſed non ſm eſſe.

Naturalia ſunt in quorũ diffinitione apparet nã, & voluntaria sũt in quorum diffinitione apparet volũtas, diuina aũt ſunt, in quorum diffinitione apparet deus. 6. met.cõ.2.

Naturales formæ aut plures, aut omnes non ſunt ſine materia. Commenta. 7. meta.cõm.39. vide quare dixit, aut plures, in 6. meta tex. cõ. 1. vbi Philoſoph' hẽt conſilem modũ loquendi: inquit.n. Phyſica theorica q̃dã eſt, ſed theorica circa „ tale ens qd eſt poſſe moueri, & circa „ ſubam q̃ ſm rõnem vt ſm magis nõ ſeparabilẽ ſolũ. vbi Cõmen. „ ibi põderat ly ſm magis, ad præſeruandum ſed ab intellectu.

Natu-

Naturalis non ſolũ de materia, verũ etiã & de forma conſiderat magis. 7.meta.tex.cõ.39. idem 2.phyſi. tex.cõ.21.& 26.

Naturales quidditates non poſſunt intelligi ſine ſenſu & motu, ſed bene mathematicę.7.meta.tex.cõm. 37.& 39. vbi per intelligi intelligas diffiniri, vt notaui in contradictionibus nuper ęditis.

Naturalis conſiderat de ſubſtantiis ſenſibilibus inquantum ſenſibiles ſunt, ſed primus philoſophus inq̃tum ſubſtantiæ.7.meta.cõ. 39. 5. & 9.12 meta.1.5.6.& 29.

Naturalis ſcientia eſt philoſophia ſecunda ſm naturam, non ſm ordinem doctrinæ.Cõmen.7.meta.cõ. 39.idem 2.meta.cõ.3.

Naturalibus entibus propria eſt materia.7.meta cõ.39.& rõ eſt, quia naturalis eſt de his quæ ſunt in motu:oportet aũt intelligere materiã in re mota, vt dr̃ 2.met.tex.cõ. 12.

Naturæ nomen multiplex eſt 5.meta.tex.cõ.5.& vide etiam Themiſt. 2.phy.ſuper tex.7.

Natura quælibet congregata ex duabus naturis conuenientibus, neceſſe eſt vt ſit de natura componentiũ 7.meta.cõ.48.

Naturales ſubſtãtiæ ſunt ab oĩbus cõfeſſæ.8.meta.tex.cõ.1.& tex.cõm.2.

Contra diuũ Tho. Ex hoc patet ꝙ corpus mobile nõ põt demonſtrari in ſcientia naturali, quia ad per ſe nota & cõfeſſa ab oĩbus non erigitur demonſtratio. vt patet.2.phy.tex.cõ.6. cuius oppoſitum tenuit diuus Thomas.

Naturales ſubſtantiæ generabiles habent omnes cauſas.8.meta.tex.cõ. 12.idem in 2.phy.tex.cõ.70.

Natura in diuino, cęleſtiq; corpore eſt ſciens ſempiternum motũ, non autem eſt cauſa aut principiũ quietis Them.in 2.phy ĩ pricipio.

Natura eſt in gñe potentiæ.9.meta. tex.cõ.13. vbi Cõmen. in cõmẽto dicit probans hoc, quia natura eſt principiũ ratione principii eſt potentia, & potẽtia eſt genus eorum, quia continet naturalia & artificialia, potentia.n. vt d. Cõmen.ibi.dr̃ de naturalibus & artificialibus.

Natura & ars conueniunt in hoc ꝙ intendunt actum & non potentiã. 9 meta.tex.cõ.16.

Naturalis, accidẽtia & principia ſpeculatur entium inquantum mota, & non inquãtum entia. 11. primę philoſophiæ.capite.3.iuxta finem. idem 7 primę philoſophiæ. cõ. 9. & 1.phyſi.Cõmen. in ſuo prologo in principio, vbi intentionem declarat naturalis ſcientiæ. ex 6. primæ philoſophiæ.tex cõ.2.

Naturalis, ſcientia & a practica & a factiua altera eſt. 11.meta.cap.6.

Naturalis ſcientia eſt de habentibus in ſeipſis principium motus. 5̃.

Naturalis ſcientia ſciẽtiarum prima eſſet, ſi quidem naturales ſubſtãtiæ primæ entium forent, 11.meta. ca.6. idem 6.meta.tex.cõ.3. vide in proprio theoremate de hoc.

Naturalis habet dare cauſas mobiles, ſubſtantiæ materiales & mouẽtes, formales aũt & finales nõn põt 12.primæ philoſophiæ.cõ.6. vide in concordantiis.

Natura licet non intelligat aliquid, ĩñ rememorat ipſam de cauſis nobilioribus ea, quæ dñr intelligentiæ.12.meta.cõmẽ.18 authoritate Them.& eſt in p̃ria parte digreſſionis, vbi dicit ꝙ ſm Platonem hoc eſt aĩa mũdi q̃ fit ex dijs ſecũdis:& ſm Ariſt.eſt a ſole & orbe decliui, & ibi-

& ibidem prope finem cõmenti.cõfirmat hoc idem ex propria ſenten tia. vide pro hoc lucidiſſimũ Themiſt. in paraphraſi ſuper 1.phyſicę auſcultationis in expõne tex.81.de appetitu materiæ, vbi lquit: etenim veriſſimum puto q̃ dicitur prouidentiam fuiſſe quæ & turpi deſiderium honeſtatis & egenti opulentiæ quantum ſit ſatis iniecerit.

Natura quandoq; vtitur organo pp melius: quandoq; vero propter neceſſitatẽ eiuſcuius grã factum eſt. Gale.in 4.de vtil. parti cap.17.vbi de inteſtinis loquitur, & in hoc caſu 2.inſtrumentũ participat virtutem principalis agentis. vnde inteſtina hñt vim digerendi cibum virtute ventris, & venæ hñt vim tranſmutãdi ſanguinem virtute epatis, licet inteſtina non ſint organũ digeſtionis neq; venæ ſanguificationis, & hoc ibi Gale. aperte dicit. Et nota bene hoc, in quo caſu inſtrumentum põt attingere formã quę eſt ab agente.

Natura quod poteſt facere vno inſtrumento nõ facit duobus. 12.me ta.cõ.45.conſimile 1.phyſi cõ.59. vide exemplum in 2.de anima tex. cõ. 88. vbi philoſophus dicit q̃ natura vtitur aere reſpiratõ in duo opera, ſicut lingua in guſtu & locutione, idem in ſimili plerunq; inuenies in libris de partibus aĩalium, & a Galeno in libris de vtilitate particularum, & de iuuamentis membrorum.

Natura per multi iugam formarũ ſucceſſionem tendit ad vnum finẽ. Themiſt.2.phy.ſuper 78. idem habetur ab Ariſt. expreſſe in 5.de natura animalium.ca.de inſectis. idẽ habetur in 2. de generatione animalium, cap.5. Them. aũt dat exẽplum de herba, ſtipula, ſpica, & gluma, quæ omnia ad vnum finẽ tendunt, quod eſt triticum ipſum.

Naturam omnẽ & omnem ſubãm impaſſibilem ſm ſe optimũ ſortitã eſſe finẽ exiſtimandum eſt. 12. meta tex.cõ.48.

Natura eſſe, in plus eſt q̃ ſm nãm eſſe: nam ſunt.n. quædam res natura quæ ſm naturã eſſe non pñt, qualia ſunt vitia obleſioneſq́ue ab ipſa natura contractæ. Themiſt.2.phy. ſuper tex.5.

Naturales res in infinitum nõ perſeuerant in ſua natura niſi per accñs. ex lib. deſtruct. diſp. prima in ſolutione. 2. dubij.

Naturæ opus non eſt a ſcientia. ex lib. deſtructionũ diſpu. 3. in ſolutione primi dubij.

Naturæ actio neceſſario ẽ in ſua ſubſtantia, ſed non in volentis ſubſtantia. ibidem.

Natura igitur ſicita ſibi vult, vt ſiderum conuerſionibus & eorum numeris generationis & obitus numeret, ſed exquiſite id facere nequit propter materię indefinitionem & q̃ multa principia incidunt, quę generationes deſtructas ſm naturã & corruptiones impediant. Ariſto. in fine 4. de gene. anim. idem 2. de gener. & corrup tex.cõ.57. Inde patet nõ oĩa ex neceſſitate prouenire.

Naturæ opera ſi eſſent a ſapientia ſeparata ſeu remota, remoueretur cã ab oĩbus naturę effectibus. ex diſp. 9. in ſol. 3. dubij. idẽ 12. me. cõ.18.

Naturæ opera procedunt ſicut opera artis: & ideo concluſerunt Philoſophi q̃ a primo intellectu virtutes naturales procedunt: & ille eſt qui omnibus entibus ordinem dat. ex diſpu.

diſp. 10. in ſolone. 2. dubij.

Naturæ ordo & proceſſus hic eſt vt reſpectu inferiorum ſuperioribus vice formarum vtatur, reſpectu ſuperiorum inferioribus loco mãæ, Themiſt. 3. de aĩa. cap. 27.

Naturalis ſcientiæ octo ſunt partes ſm Ariſt. ex diſpu. 1. in lib. phyſicarum diſputationum. contra Algazelem, vt idem tenetin principio libri metheororum.

Naturalis philoſophiæ nõ eſt ramus medicina, neq; ſcientia de iudiciis ſtellarum, neq; phyſionomia. ibidẽ in phiſicis diſput. vbi ſupra.

Naturali ſcientiæ non ſufficit via diuiſiua per ſe, neque via ſenſus per ſe, ſed via compoſita ex vtraque via, ſcilicet ex diuiſione & ex teſtimonio ſenſus in enumerãdis ſpeciebus ſui ſubiecti in pleriſq; locis, vt in ſcientia de animalibus. Commentator in 1. de partibus animalium prope finem.

Natura quod aliũde dempſerit, vbi hẽt, reddere ad aliã partẽ ſolet. ex 2. de partibus animalium. cap. 14.

Natura plerunq; vtet̃ vnico inſtrumento ad plures actiones 2. de aĩa. tex. cõ. 88. & in 2. de partibus animalium cap. 16.

Natura raro aggregat in eandẽ ſpeciem animalium duo diuerſa adiutoria eiuſdem adiumenti pro conſeruatione. Cõmen. in 3. de partibus animalium cap. de cornibus & eorum iuuamentis,

Natura rem nobiliorem in melioribus locis cõſtituere ſolet, niſi quid maius impediat. ex 3. de partibus anim. cap. 4.

Natura interdum excrementis commode vtitur. ex 4. de partibus animalium. cap. 2.

Natura ab inanimatis continue ad animalia tranſit per ea quæ viuunt quidem, ſed non ſunt animalia ita vt parum admodum alterũ ab altero differre videantur propter ſuã propinquitatem. ex 4. de partibus anim cap. 5. idem Auerr. ibidem in cap. de duro teſtato. vbi dicit ꝙ natura ſemper mouetur ad medium anteq̃ transferatur ad vltimum extremum, aliter natura egiſſet quid inane. ſ. ꝙ eſſet priuata aliquo gñe & nõ perficeret ipſum: laudetur ergo deus ſapiens cognoſcens.

Natura vbi duob⁹. ad duo opera vti poteſt, nec aliud impeditur, nihil iſta le natura facere ſolet quale per inopiam ars excuſſoria obeliſco lichinium ex vera lucernaq; cõponit. attamen ſi id fieri non poteſt, tunc vno ad duo opera vtitur. 4. de partibus anim. cap. 6.

Natura ĩ profundo quod præcipuũ eſt ſemper collocat, quod non præcipuum vero in ſuperficie Gale. 1. de vtili. parti. ca. 17. intelligitur in viuentibus quæ ſunt hic: nã in magno mundo primus motor eſt in circumferentia magni orbis.

Natura rem minorẽ maiori potioriq̀ue addere ſolet: non autem maiorem nobilioremq; minori. ex. 4. de parti. anim. cap. 9. idem. 7. politicæ. vbi ſcribitur ꝙ deterius ſemꝑ eſt nobilioris gratia.

Natura ex his quæ fieri poſſunt, facere ſolet quod melius eſt. ex. 4. de partibus animalium cap. 9. idem 2. cœli tex. cõ. 34.

Natura nihil ſuperuacuum efficit. 4. de partibus anim. cap. 10. & 11.

Natura inſtrumenta ad officium, non officia ad inſtrumenta accommodat. ex 4. de partib⁹. ani. ca. 11.

Natura

Natura quãcunq; rem facit, aut q̃a
eſt neceſſaria, aut propter melius.
Ariſt.in 1.de generatione anima-
lium.cap. 4.

Natura in formatione fœtus quaſi pi
ctoris officio fungitur cum condit
& creat:pictor enim vbi lineis pri-
mum deſcripſerit animãtem mox
vario illinit colore ac perficit. &c.
Ariſto.in 2.de gener.anim. cap.4.
prope finem.

Natura in formatione membrorũ
procedit ſicut paterfamilias pru-
dẽs,qui nihil amittere ſolet ex quo
facere aliquid cõmodi poſſit, diſpẽ
ſatur aũt in cura rei familiaris ita
vt cibus optimus detur liberis,dete
rior ſeruis.&c.Ariſt.in 2.de gener.
anim.cap.4.prope finem.

Natura in maiori parte facit hoc ꝙ
in vno membro ſunt duo iuuamẽ
ta,aut tria, ſicut nares propter odo-
ratum & propter expurgandas ſu-
perfluitates. 2.Coll.cap.19.

Natura attendere videtur vt ſenſum
prouiſum curãq; diligentem erga
prolem parentes habeant,ſed in ge
nere deteriore hoc facit quouſque
pariant, in aliis quibuſdam etiam
quouſq; perficiant,prudentioribus
vero plus curæ mandatur, vt etiam
enutriant,poſtremo his quę prudẽ
tia iam maxime prædita ſunt,con-
ſuetudo,amor, & caritas in prolem
etiam adultam ſeruatur, vt homi-
ni, & quadrupedum nonnullis 3.
de generatione anim. cap. 2. Inde
ſcire potes quomodo natura de re-
bus nobilioribus maiorẽ gerit cu-
ram & ſolicitudinem.

Natura nulli fœminæ arma ad pu-
gnam, vireſq; exercendas tribuit.
Ariſto.in 3. de generatione anima
lium.cap. 10.

Natura & ars in rerum, concoctio-
ne ſemper inutile ab vtili ſecernũt.
Ariſt.3.de gener.anim.cap 11.

Naturæ effectus aut neceſſitate fiũt,
aut iuuamento. 3.Coll.cap. 30.

Natura & facultatem cuius dat & in
ſtrumẽtum:ſic.n.melius eſt. Ariſt.
in 4. de generatione anim. cap. 1.

Natura vnicuiq; excremẽto recepta
culum dat. ibidem.

Natura quodammodo eſt id quod
præter naturam eſt. Ariſto.in 4.de
generatione animalium.cap. 4. &
ideo lucidiſſimus Them.in 2.phy.
in expoſitione tex. 5. dicit ꝙ a na-
tura eſſe in plus eſt q̃ ſm naturam.
nam monſtra & priuationes a na-
tura eſſe dicuntur, licet non ſint ſe-
cundũ naturã: & ideo animaduer-
te ꝙ licet textus dicat ſm naturã:
hic tamen debet iſto modo capi
quo diximus.

Natura non poteſt vti in eadem ho-
ra excremento eodem pro duabus
operationibus diuerſis. Auer.4. de
generatione animalium.cap.de la-
cte:& elicitur ab Ariſt.ibidem.cap.
vltimo. vbi inquit,natura non tam
large profundere poteſt vt anceps
ſit, ſed ſi alterutram in partem ſe-
cernitur in alterã deſit neceſſe eſt,
niſi quid acciderit violentum.

Naturam ita ſubiecimus ex his quæ
cernimus ratione ducta vt neq; de-
ficiat neq; fruſtra agat quicquam
in ſingulis quoad eius fieri poteſt.
Ariſt.in 5.de generatione anima-
lium. cap.vltimo.

Naturæ nullus opus eſt in quo non
aliquid mirandum inditum ſit.pri
mo de partibus animalium. cap.vl
timo.idẽ pulchre declarat Gale. 3.
de vtilitate parti.ca. 10. verſus finẽ,
vbi pulchre probat etiã in iſtis ca-
ducis,

ducis rebus fulgere ſapientiã, prouidentiam, & potẽtiã inuictam dei.

Natura adeo ſenſim paulatimq; de inanimatis ad animata trãſit vt cõtinuatione ipſa lateat eorum confinium & medium vtrius nam ſit extremi. Ariſt. 8. de nã anima. cap. 1.

Et ex hoc collige contemplationem talium mediorum, quæ participant conditiones oppoſitorũ extremorum eſſe valde arduam, ſicut egregie notauit Simpli. in 1. de anima in expõne. 9. tex.

Natura ſępicule ſolet ſuos fines tanq̃ trãſgredi, proinde in aliquibus dubium ſit, animalia ſint an radices, radices an lapides. Them. 2. de anima. cap. 5. vide in 8. de natura animalium. cap. 1.

Natura magis proprie dicit̃ de formis ſimplicioribus q̃ de organicis, organicæ rectius dicuntur animæ. ex paraphraſi metaph. tract. 1. cap. de natura.

Natura apud medicos dicitur de virtute regitiua totius quæ eſt nutritiua, quia eſt ſimplicior inter oẽs virtutes: & ideo non põt transferre nomen naturę ad virtutẽ cordis. ibi.

Nani & pueri multum dormiunt, & habentes capita magna. ex libro de Somno & vigilia.

Neceſſarij entis diſpoſitio eſt vt nõ ſit per ſuam actionẽ, ſed actio eius eſt propter ipſum 2. phy. cõ. 82. vide 2. cœli. cõ. 17. & 21. & 12. meta. cõmen. 36.

Neceſſaria multa ſequuntur per ſe multa poſſibilia. vnde poſſibile eſt in ſignis vt propoſitiones eorũ ſint compoſitæ ex propoſitionibus poſſibilibus; & neceſſariis, ſed tñ neceſſe eſt vt maiores ſint neceſſarię, qm̃ hoc modo contingit ꝙ cõcluſio ſit neceſſaria. 7. phy. cõ. 2.

Neceſſaria multa habent cauſas. 8. phy. tex. cõ. 15.

Neceſſarium ſm̃ Auic. duplex ex ſe & ex alio. Cõmen. in paraph. 1. de cęlo vlti. cap. & 8. phyſi. cõ. 79. & 2. cęli. cõmen. 71.

Neceſſariũ ens nullam habet poſſibilitatẽ. 2. cœ cõ. 33. & 34. & 12. met. cõ. 39. & 9. meta. tex. cõ. 17. vide in concordantiis.

Neceſſarium eſt duobus modis ſm̃ Auicẽ. videlicet, ex ſe & neceſſariũ ex alio, poſſibile tñ ex ſe: & reputatur ꝙ iſta ſit opinio Alex. in quibuſdã ſuis tractatibus. 3. capite de ſubſtantia orbis, & ibi vide impugnationem iſtius dicti, & in 1. capite etiam. & 8. phy. cõ. 79. & in 12. primæ philoſophiæ. cõ. 41.

Neceſſarium non contingit aliter & & aliter ſe habere 4. meta t. cõ. 25.

Neceſſarium pluribus modis dicitur. 5. meta. tex. cõ. 6. & 12. meta. tex cõmen. 38.

Neceſſarium pro violento. ibidem.

Neceſſariũ eſt quod impoſſibile eſt aliter ſe habere. ibidem.

Neceſſarium quoddam eſt in naturalibus, & quoddam eſt in voluntariis. 5. meta. cõ. 6.

Neceſſarium ſimpliciter eſt duobus modis, quorum vnus eſt vt aliquid non poſſit alio modo eſſe per ſe: alter vero quod ſit propter aliud primus modus a modernis appellatur ineuitabile in eſſe, ſecundus vero a modernis appellatur debitum & neceſſarium per aliud. Cõmentator 5. metaphyſi. commen. 6. vbi per modernos intellige Auicennam, & Algazelem, & ſequaces iſtorum.

Neceſſitas dr̃ duobus modis 12. metaphyſi.

taphyſi.tex,cõmen.38.

Neceſſariorum quoddam eſt neceſſarium per ſe,& quoddam ꝑ aliud: iſta diffinitio nõ eſt vera niſi in motu cęli tm̃.non aũt in ſubſtantiis, vi de cõm.12,meta.cõ.41,

Neceſſitas eſſendi non eſt additum quid ſupra eſſe extra aĩam Imo eſt quędam proprietas in ente neceſſario, nullamq; infert additionem ſupra ipſius ſubſtantiam, & nõ aliud dicit niſi cauſæ remotionem, videlicet, ꝙ illud principium nõ eſt cauſatum ex aliquo ex lib. deſtr, diſp. 3.in ſol.14.dubii, vide in contradictionibus nuper editis.

Neceſſe eſſe quomodo fuit a ſaracenis & ab Auicenna probatum,& ꝙ via Auicē,ſit inſufficiens,& quæ ſit via demonſtratiua ad probandum neceſſe eſſe require in diſputa. 8.in lib deſtru.in ſol,1.dubij.

Neceſſarium eſſe non eſt denominatio negatiua,ĩmo affirmatiua conſequens naturam rei non habentis cauſam.ex diſputatione 8.in ſolone vltimi dubij,

Neceſſitas in rebus naturaliter ē duplex, vel ex materia vel ex fine. ex 1.de partibus animaliũ. cap. 1, ſm̃ tranſlationem Theodori, & ex. 2, phy.tex.cõ.87.

Neceſſitas eſt duobus modis, vnus eſt vt eſſentia primi ſit neceſſaria eſſentiæ vltimi,alter vt nõ ſit ex neceſſitate ſed propter melius, vt melius eſt eſſe duo q̃ vnum. Cõment, in 2.Coll.cap.8.de iuuamentis mēbrorum conſimilium,

Neceſſariũ dicitur tripl̃r, primo pro illo quod impoſſibile eſt vt ſit ſine eo ratione materiæ,vt animal ſanguineum impoſſibile eſt vt non reſpiret.2.modo pro violento.3.modo pro eo quod impoſſibile eſt aliter ſe habere,& iſto modo corpora cęleſtia dicuntur neceſſaria. ex paraph. meta,tract.1.cap.de neceſſario. vide etiam Ariſt.5,meta.cap.de neceſſario,

Negans principium negat pluralitatem & motum : quia principiũ eſt cauſa vtriuſq;.1.phy.cõ.8.ꝙ ſic intelligitur,quia principium relatiue ad principiatum:relatiua autē poſita ſe ponunt, & ideo ſi principium eſt principiatum eſt modo principium & principiatum ſunt multa: non .n. capit intellectus vt aliquid ſit ſuimet principium.2.de anima. tex cõ.47.& eſt etiam ſententia diui Auguſt.in 1 de trinitate. cap.1. nulla omnino res eſt quæ ſeipſam gignat vt ſit : quomodo autē principium ſit cauſa motus, patet ex deſcriptionibus principij poſitis in 5.primæ philoſophię. tex. cõmen. 1.in quibus ſemper apparet motus aut vniuocus, aut equiuocus, ſicut eſt cognitio, vt patet diſcurrenti.

Negationem vnam eſſe duorũ impoſſibile eſt quod non eſt in priuatione.10.meta cõ.19.

Negationes non inferunt pluralitatem in ſubſtantia negati,neq; relationes inferunt in ſubſtantia relati. ex libro deſtruct. diſputatione 5. in dubio vltimo, authoritate Algazelis & Auerrois, quia non ſibi contradicit in illo dubio, niſi de intellectu tantum, quod non ſignificat relationem in deo,ſicut ipſe Algazel peripateticis impoſuit,

Negatiiones quæ currunt curſu nominum priuatorum ſ. negationes quę ſumuntur in diſtinctione entium ab inuicem habēt ſine dubio cauſas,quæ inferunt illis entibus

illas

illas negationes. ex diſputatione. 7. in ſolutione. 4 dubii.

Negatio & priuatio differunt, quia negatio eſt ablatio alicuius ſimpliciter: priuatio autē eſt ablatio alicuius in aliqua natura terminata. 4. metaphy. tex. com. 4.

Nenufar authoritate Auenzoar a proprietate habet colericos pręſeruare a febre 6. Colli. cap. 11. vide etiam 7. Colli. cap. 11. de cura febris colericæ, vbi ad corrigendam ſcamoneam iubet exiberi cum ſyrupo de nenufare, & ſyrupo de pomis & maſticę: quia ſyrupꝰ de nenufare frangit qualitates primas ſcamoneæ. ſ. caliditatem & ſiccitatem, & cum hoc cōfortat ſua aromaticitate membra principalia: & idem operatur ſyrupus de pomis, & maſtix confortat & remouet nocumentum membrorū principalium. Et nota bene hoc in actu practico in medicinarū ſolutiuarum exhibitione, contra rudes.

Neotericorū more loqui eſt diſtinctus, & cum maiori indagine rem tractare: priſcorū vero more loq eſt cū paucitate īquiſitionis. Auerroes in paraphraſi 4. de cęlo ſumma prima. cap. 5. & elicitur ex textu com. 11. ibidem: loquens enim de antiquis dicit ꝙ modo magis nouo intellexerunt. vbi Commen. cō. 11. colligit ꝙ ſermo poſteriorꝝ debet eſſe acutior & rectior, & cauſa eſt in promptu, quia poſteriores viderunt dicta priorum & nō ecōtra. Dicit. n. Philoſophus in prīo primę philoſophię ꝙ philoſophia balbutiendo incepit; ars enim quolibet in ſui exordio ē cruda & īmatura, ſed maturaẜ poſtea, & deīde. paulatim decoratur & pficitur, ſicut teſtatur Auicenna in 7. ſuæ primæ philoſophię. cap. 2.

Nerui habent introitū in ſenſum & motum. 2. de anima. com. 116.

Nerui a natura triplici intentione ſunt diſtributi: alij ꝑpter ſenſum, alij propter motum, alij ad percipiendum cōtriſtantia. Galenus. 5. de vtilita. parti. cap. 9.

Nerui inter partes exāgues cauſam ſentiendi præcipuā obtinēt. Themiſtius primo de anima. cap. 14. ſuper tex. 52. cum hoc concordat Commentator. 2. de anima. com. 116. & medici omnes.

Neruus cō nō perueniat ad omnes partes carnis in quibꝰ fit ſenſatio, non poteſt dici ꝙ animal ſentit ꝑ neruum tm̄: patet autē de ſe carnē ſentire per omnes ſuas partes. ex. 2. de partibus animalium. in cap. de carne Cōmen. vbi ſubdit ꝙ nō debet dici ꝙ fiat ſenſatio per neruū ſine alijs membris: nam ſimile huius dicit Galenus de viſu ꝙ fit per duos neruos obticos: quamuis etiā ipſe dicat humiditatem glacialem eſſe membrum proprium viſus, & ſubdit ꝙ hoc erit ſi concedamus neruos inueniri in omnibus animalibus. ſed ſi non inueniantur nihil faciunt ad ſenſum niſi melioris notę gratię.

Neruorum iuuamentum ſm Galenum eſt ad deferendum ſenſum & motum voluntariſi omnibus mēbris. ſed ſm Ariſto. nerui non ſunt facti niſi ad temperandum calorē intrinſecum ad hoc vt det virtutē ſentiendi. 2. Colli. cap. 8. de iuuamentis membrorum cōſimilium, idem dicit ibidem vbi ponit iuuamenta carnis.

Neruus apparęt ꝙ naſcuntur ex cerebro

rebro eo quod non ſunt infixi in ipſo, ſicut dicit Galenus ibidem, vide in concordantijs nuper editis.

Neruus & cerebrum non ſunt principium ſenſus tactus.ſed in animalibus habentibus iſta contéperant organũ tactus,quod eſt caro.in.2. de partibus animalium.in cap. de carne Commentator.

Neruus ex humore mucori ſimili naſcitur & aliter Ariſto.3. de natura animaliũ. cap.5.cogita,quia facit pro opinione medicorum.

Neruus ignẽ non patitur cum vena patiatur,& inciſus ſolidari nõ poteſt. Ariſt 3.de nã aĩaliũ.cap.5.

Neruorum natura nõ ab eodem initio continua procedit,ſicut natura venarum. ibidem.

Nihil debet eſſe ocioſum in natura,nec etiam in arte. 1. phyſi.com. 50.idem 1.cæli. tex. com. 32.& 3. de anima.tex.com.45.

Nihil aliud ẽ cauſa generationis & corruptionis niſi materia propter non eſſe.i.priuationẽ, quæ eſt immixta in ſubſtantia eius. Commentator primo phy. cõmen. 79. & 1.& 3. capitulis de ſubſtantia orbis.& 1. cęli.com.20.

Nihil per accidens prius eſt in his quę ſunt per ſe.2.phy.tex.com.65. primo cęli. com. 14. 4. phyſi. 43. 4. metaphy.com.14.

Nihil quod ẽ de natura incorporea habet quantitatem.4.phy.com.10.

Nihil recipit ſe neque, per ſe neque per accidens.4.phy.tex.com.26.& 27.

Nihil ad numerũ nullam habet rationem.4.phy.tex:com. 71.

Nihil dicit͛ tranſmutatũ niſi qđ ẽ in fine trãſmutationis.6.phy.t.c.57.

Nihil corrumpitur in nihil,& nihil ex nihilo generatur.3.cęli. cõmẽ. 52.idem 1.phyſi.tex.com.34.

Nihili,ſeu non entis nullę ſunt differentię.4. phy.tex com.67.

Nihil ſimpliciter intelligitur duob° modis,aut quod non eſt ſubſtantia & eſt aliquod aliorum pdicamentorum,aut quod non eſt ſubſtantia nec aliquod aliorũ predicamentorũ, 1. de gñatione & corr. tex.co.11.

Nihil eorũ quę a natura & ſm naturam ſunt inordinatum eſt. natura enim eſt cauſa omnis ordinationis.ex.8.phy.tex.com.15. Vbi aduerte quod in plus ẽ aliquid eſſe a natura & eſſe ſm naturam:nam non ſolum habitus & diſpoſitiones cõuenientes & formæ a natura ſunt, verũetiam priuationes & monſtra & corruptiones a natura ſunt.ſicut notat pulchre Themiſt. in 2.phy. & Simplic. in expoſitione tex. cõ. 5. & ideo Philoſophus animaduertens ad hoc dixit, nihil eorum quę ſunt a natura & ſm naturam .i.ſm naturalem & conſuetum ordinem naturę eſt inordinatũ.quia bene aliquid a natura genitum poteſt eſſe inordinatũ.nam quid generat nutrit,& auget monſtra niſi natura? ſed talia & ſi a natura ſint, non tñ ſunt ſm naturã genita impedimento naturę adueniente pp materiam.& ideo Commentator ĩ cõmento dicit illã propoſitionem quę a natura ſunt eſſe ordinata,habere veritatem vt in pluribus: ſed raro illa propoſitio fallit,ſed cũ limitatione Philoſophi ſemp vera eſt. Et ex illo loco,patet quid ſit dicendũ ad q̃onem fieri ſolitã in fine 2.phy.a doctoribus quęrentib° vtrũ mõſtra ſint a natura vl' a caſu: aliqui enim vt Burleus diſtinguũt demõſtro,qđ poteſt bifariã ſumi, vel

vel pro aggregato ex Idiuiduo alicuius ſpeciei & monſtruoſitate, & ſic dicunt talia non eſſe effectus naturæ, alio mõ ꝓ indiuiduo cui accidit illa mõſtruoſitas & ſic ſunt a natura. Nõnulli aũt dixerunt eſſe a natura vſi. alii cõuerſo modo ꝙ ſunt a natura particulari. Nos aũt iuxta peripatheticorũ doctrinã dicimus iſta a natura fieri, nutriri, & augeri, ſed non ſm naturã: etiam monſtra quæ non ſm naturã fieri dñr poſſunt dici a caſu eẽ facta ſed non a fortuna. ſicut docuit nos Philoſophus in 2.phy.tex. cõ. 65. vbi ponit differentiã inter aliquid eſſe a fortuna & a caſu. vbi dicit, maxime aũt a fortuna eſſe eſt ſeparatũ in his quę a natura fiant, cũ.n. aliquid extra naturã tunc nõ a fortuna, ſed magis a caſu factũ eſſe dicimus: ſed tñ eſt hoc alterũ: illius.n. cauſa exterius eſt. iſtius autẽ interius. Vbi animaduerte ꝙ mõſtra & ſi a caſu, dici poſſunt facta fuiſſẽ & nullo modo a fortuna, tñ ꝓprie loquẽdo talia etiã a caſu nõ ſunt, quia effectus caſualis proprie ſumti cã eſt extra, ſed monſtruoſi effectus cã eſt intra, quia materia ẽ ex ſui ſuperabundantia, vel defectu, vel ex ſuis qualitatiuis & quãtitatiuis diſpoſitionibus, cã monſtrorũ & materia eſt ex cauſis intrinſecis. & ideo large dñr a caſu eſſe, ſed ꝓprie ſunt a natura, ſed nõ ſm naturam facta: ita notãt greci, & Commen. in verbis obſcuris ibi dicens ꝙ iſte eſt alius modus naturæ, &c.

Nihil paritur ſm quod eſt vnum. 9. metaphy. tex. com. 2. vbi Commẽ. dicit ꝙ Ariſto. per hoc intendebat declarare ꝙ in re ſimplici non eſt paſſio neq; potẽtia omnino: & ꝙ illud in quo eſt potentia eſt compoſitum: & fuit antiqua ſententia diuini Hippocratis in libro de natura humana. vbi ſcribit quod ſi homo eſſet res vna non vtiq; doleret neq; pateref neq; corrũperef, quia ſicut dicit nõ inueniref aliquid qđ faceret eum dolere, & pati, & conuerti. Hoc etiam conſonat dictis Galeni in principio libri de morbis & accidẽtibus inueſtigantis numerum morborũ. vbi habef ꝙ qa corpus compoſitũ eſt ex contrarijs elementis hñtibus poteſtatẽ cõmiſceri, & mutari, & ad ſeipſa cõuerti, & paſſionib⁹ ſubijci eſt corpus corruptibile, & mutabile, & paſſibile, nõ ſolũ ex natura cõpoſitionis, vt aſſerẽbat Democritus ex atomis indiuiſibilibus faciens cõpoſitionẽ, ſed ẽt ex nã cõponentiũ, & ideo d. ꝙ ſi corpus eẽt ſimplex nõ recipet magis, nec min⁹, nec mel⁹, nec pi⁹ ſ3 ſi ex diuerſis ptib⁹ fuerit cõpoſitũ & ad ſe inuicẽ paſſibilib⁹ multa diuerſa ſibi erũt aliis alia meliora.

Nihil ex non ente fieri, & omne ex ente fere, omniũ eorũ qui de natura eſt cõmune dogma. 11. primæ philoſophiæ. cap. 5. iuxta principium. idem in 1. phy. tex cõ. 34.

Nihil eorũ q̃ natura fiũt fit ab arte, nec econtra. Cõmenta. authoritate Alexandri in 12. primę philoſophiæ. cõm. 13. Ex quo videtur ꝙ ars alchimiæ non ſit poſſibilis.

Niſi in ſcientia naturali demonſtraretur modus entium ſeparabilium non eſſent niſi ſc entia doctrinalis & nãlis. 1. phy. cõ. vlti. Quod quõ ſit intelligẽdũ vide I theorematib.

Niuis & pluuię locus eſt vnus & materia vna, ſed differunt per diuerſitatem agentis, quia frigiditas ge-

nerans niuem eſt intenſior,& frigiditas generans pluuiam eſt remiſſior. 1. metheororũ.cap.4.

Nigrum eſt albi priuatio vt lucis tenebrę. 10. meta.teſt.cõ.7.

Nobile modicum nobilius eſt multo ignobili. 2. cęli. com. 60. & fuit ſententia Ariſt. in primo de partibus animalium.cap. 5. vbi ſcribit.
» Res enim illas ſuperiores tametſi
» leuiter attingere poſſumus, tamen
» ob eius generis excellentiã cogno-
» ſcendi,magis oblectamur, q̃ cum
» hęc omnia iuncta nobis tenemus:
» quẽadmodum quãlibet partẽ minimamq; corporis noſtrarũ puellę delitiarũ vidiſſe gratius & iocundius eſt,q̃ cęterorum hominũ mẽbra tota perſpexiſſe & contrectaſſe. conſimile elicitur ex primo de anima,tex.com.primi.

Nobilitas eſſendi in intellectib' abſtractis non acquiritur per actionẽ 2. cæli. cõmen.62. & habet ibidẽ tex.commen.64.

Nobilitas abſtractorũ conſiſtit in ſeipſis,ſed nobilitas alioiũ entium cõſiſtit ĩ actione eorũ. 2. cęli. c.62.

Nobilius ſemper prius eſt viliori. 3. meta. tex. com 11.

Nutriendum ſi non fuerit præparatum corruptioni augetur per nutrimentum aduenien, ſi vero fuerit præparatum corruptioni diminuitur per ipſa elementa, donec reſoluatur in materiam, vel materias, ex quibus eſt compoſitum. Cõmẽ. 1.cœli.cõm.21. vult dicere ꝙ illud quod nutritur ſi eſt in ſtatu profectus augetur, ſi in ſtatu declinationis & defectus; tũc diminuitur, iuxta Ariſt. ſententiam in 2.de generatione & corruptione.tex.cõ 57.ponentis ſtatum generationis & profectus eſſe equalem ſtatui corruptionis & defectus.

Nutrimentum augumentationi idẽ eſt quidem, eſſe vero alterum eſt. 1.de gener.tex cõ.41.idẽ 2.de anima.tex.cõ.47.

Nutriuntur omnia ex eiſdẽ ex quibus ſunt.2.de gener.tex.cõ. 50.

Nutritiuum poteſt eſſe ſine ſenſitiuo.2.de anima tex.cõm.15.& tex. cõmen. 31.

Nutricibus nõ competũt vina neq; pueris, differt.n.nihil forſan ipſos bibere vel nutrices. Ariſt in lib. de Som.& vigiliæ. Ideo Auicen. dixit, ꝙ cura infantis eſt cura lactis, quod nota in actu practico diligẽter, inde prouenit ꝙ degenerant frequẽter filij, & præſertim nobilium.

Nutrimẽtum eſt duplex indigeſtũ, & tale eſt contrarium, & digeſtum, & hoc eſt ſimile, 2.de aĩa.te.cõ.45.

Nutritionis organa ſunt triplicia. Gal.5.de vtil.particu.cap.14.

Nutritio fit per digeſtionem & cõmotionem in animalibus & plantis medicinæ calore naturali, licet exiſtimetur, ꝙ plantę attrahant nutrimentum a terra, & ibi digeratur. Commentator in 2. de parti-

bus animalium.cap.de carne.

Nutrimenti inſtrumenrum non eſt de tatione vt ſit inſtrumentũ motus, quia eſt magis conueniens vt ſit inſtrumentum quietis. 2. Colliget. Cap. 18.

Nutrimenti materia & materia eſſẽtiæ non differunt, niſi quia nutrimentum eſt eſſentia in parte, & generatio eſt eſſentia in toto, & materia totius & partis eadẽ eſt. 2. Colliget cap. 10. idem 2. de anima. tex. cõmen. 47.

Nutritiua virtus in aĩalibus non eſt data niſi pp ſenſum & virtutẽ ſenſibilem 2. Colľ. cap. 11.

Nutritiua virtus, eſt de virtutibus actiuis. 2. de anima, c. 52.

Nutritiuæ virtutis operatio fortior eſt dum hõ dormit & partes extrinſecæ, tunc ſunt frigidæ, quia calor reuocatur ad cor, & partes intrinſecas 2. Colľ. cap. 11.

Nutritiuæ virtutis operatio & ſenſitiuæ non perficiuntur eodem calore, & hoc apparet in dormiẽte oculis apertis, ille. n. nutritur, ſed non videt. 2. Colľ. cap. 11.

Nutriri compoſitum ex ſimplici impoſſibile eſt, quia tunc animal poſſet conſtare vno elemento. 2. Colliget. cap. 19.

De littera. O.

OBiectio demonſtratiua requirit duas contradictiones, vnam per quã opponimus præmiſſio, aliã, per quã opponimus concluſioni. Auer. in 1. de generatione animalium. cap. 1. vbi ponitur improbatio antiquorum aſſerentium, ſemen ex omnibus partibus corporis prouenire.

Obiectum virtutis nutritiuæ, augumentatiuæ, & generatiuæ, idem eſt 2. de anima. 42. & 1. de generatione & corruptione. tex. cõ. 39. & 41.

Obliquũ, neq; ſui, neq; recti iudex eſt 1. de aĩa. tex. cõ. 85.

Obteſis eſt digeſtio a caliditate ſicca, & aliena. 4. metheororum. tex. cõmen. 28.

Obſtetricis diligentia & cura, requiratur in 7. de natura animalium. capit. 10.

Oculus eſt inſtrumentum virtutis viſibilis, & in ea dominatur elementum aquæ. Ex libro de Senſu & Senſato.

Oculus obſcurat in locis vbi eſt multa nix, aut multa aqua, & ideo apparent ripę maris turbide paucę lucis, & ſimiliter loca niuis. ibidem.

Oculi animalium quadrupedum & volatilium, & natatilium in principio maximi viſuntur, poſtremi vero omnium perficiuntur. Ex 2. de generatione anim. cap. 4. verſus finem, & ibi vide cauſam.

Oculorum ſedes maxime ſeminalis eſt oĩum locorum capitis, quod patet, cũ ſola ipſa per coitum venereũ manifeſte imutetur. Ariſt. in 2. de gener. anim. cap. 5. in fine.

Oculus ſignificat forti ſignificatione ſuper complexione cerebri. 4. Colľ. cap 5.

Oculos nouellarum hyrundinum ſi quis præpũgat, rurſum in columes reddentur, cum. n. fiant non facti iam corrumpuntur, itaque denuo oriuntur ac pullulant. Ariſto. in 4 de generatione animalium. cap. 6. idem dicit conuenire oculis ſerpẽtum. in 2. de natura animalium. cap. vltimo.

Oculorum, alij ceſij, alij flauidi, alij caprini,

caprini,alij nigri,& vide cām iſtius diſcriminis in 5. de gener. animalium.cap.1.

Oculorum ęgritudines ſunt glaucονia & luſciofitas. ibidem.

Oculi cæterorum animaliū in vnoquoq;, vnicolores ſunt, ſed hominis diuerſi colores & equi inter beſtias. ibidem.

Oculorum cęſietas & canities, ſunt duæ affectiones conſequentes cruditatem humoris, & paucam eius concoctionem. Ariſt.in 5.de generatione animalium.cap.1.& Auer. ibidē.cap.de varietate coloris oculorum. Ex hoc patet error illorū, qui aſſeruit ab Homero Palladem glaucopim appellatam, ea ratione ꝙ oculus glaucus ſit viſu pollens, cum glaucedo ſeu cęſietas oculorū inſequatur cruditatem, & per conſequens non confert ad præſtantiā viſus,imo verius puto illam ſic appellatam, quia haberet oculos noctue quę apud græcos glaus appellať, quia haberet oculos noctue ꝙ apud græcos glaus appellatur. Noctua.n.Palladi dicata eſt,tale.n.animal noctu venatur & vigilat. Vnde monetę athenienſiū, noctue ſignabantur quia mineruę auis eſt, iuuat enim mineruam,nocturnis impalleſcere chartis.

Oculi humor ille,quo videmus,pupilla eſt. 1. de natura anim.cap.9.

Oculi partes. ibidem require.

Oculi album, in egritudinibus acutis ſi rubeum fuerit, & ipſius venę nigræ,aut obſcurę fuerint,ſignum mortis ē proculdubio.4.Col.c.43.

Oculi partium iuuamenta aſſignata a Galeno,pro maiori parte ſunt arbitratiua, & ſine dubio quodlibet ipſorum habet iuuamentum proprium in ſe & pars dominās in eo, & ſuus finis non eſt niſi vt colores imprimantur in ipſum.2.Colliget cap.15.de iuuamentis oculi & partium eius.

Oculos omnia animalia quę animal generant habent præter talpā, quā modo quodam habere dixerim,cū tamen omnino habere negē,quippe cum omnino quidē non videat, nec perſpicuos habeat oculos,ex.1. de natura anim.cap.9.

Oculi qui côditi ſunt,clariſſime cernere in genere quoq; brutorū animalium poſſunt, modicus autē ſitus nota eſt morum optimorum. 1.de natura.cap.10.

Oculi qui mediocriter conniuent notam morum laudabilium habent. ibidem.

Oculorum rotunditas eſt ſignū maximum portendens lepram.4.Colliget.cap.37.

Oculos habentia animalia,quędam humidos,quædā duros hńt,& quædam palpebris vtuntur,& quædam palpebris carent. Ex 2. de partibus anim. cap. 3.

Oceanū & thetim antiquiores quidam, proprium gñationis fecerūt; ex erratis primi metaphyſicæ.

Odor ſm opinionem Ariſt. non eſt corpus diſſolutum ab odorabili in aere.2.de aīa.cō.76.& idē.ỹ.cō.97

Odorū differentiæ non ſunt manifeſtæ, ſicut differentiæ ſaporum. 5. Colliget.cap.28.& 2. de anima cōmen.91.

Odor & color habent duplex eſſe naturale, & extraneum. 2. de anima cōmen.76.& 97.

Odores quia non ſunt multum manifeſti acceperunt nomina a ſaporibus.2.de aīa.tex.cō.95.

Odores medij componuntur ex extremis, ſicut ſapores & colores medij componuntur, ex ſaporibus & coloribus extremis 2. de aīa text. cō. 95. & 105.

Odoratus inuenitur fortior in multis animalibus q̄ in homine, vt in aquilis & apibus. 3. Coll. cap. 36.

Odor eſt ſicci ſicut ſapor humidi. 2. de anima tex. cō. 100.

Odor eſt analogus ſapori. Alexā. in paraphraſi de aīa in cap. de olfatu.

Odorem habentia habent etiam ſaporem, & inſipida odore carent, vt lapides, idem Alex. ibidem.

Odoratus ſenſus fit per medium aerem, & reperitur ēt in animalibus carentibus ſanguine, vt in apibus & formicis. 3. Coll. cap. 36.

Odoratus ſenſus attribuitur igni, viſus aquæ, auditus aeri, & vide cām. 3. Coll. cap. 36.

Odoratus fit in primo pari neruorū qđ exit a cerebro in oppoſito duarum caruncularum ſimilium capitibus mām̄illarū. Auer. 1. Coll. cap. de anathomia neruorum.

Odoratus inſtrumentum eſt naſus, & in animalibus olfacientibus fit per attractionem, & in non olfaciētibus ſine attractione, vt in apibus. 2. Coll. cap. 17. de iuuamento inſtrumenti olfatus. olfatus ſenſus ſecundum Ariſt. fit in duobus meatibus qui ſunt in naſo, & ſm̄ Galenū fit in duabus carunculis ſimilibus capitibus mām̄illarum. 2. Coll. ca. 17. De iuuamentis inſtrumenti odoratus. Vide etiā pro hoc Auerroem in 3. Coll. cap. 38. de ſenſu viſus & accidentibus ei, vbi narrat quomodo fiat uiſio, & inquit. Et ſcias ꝙ ſenſus viſus recipit formam rerum in hunc modum, quia aer mediante lumine recipit formas rerum primo & poſtea mouet ad tunicam inferiorem, & illa dat aliis quouſque hic motus perueniat ad poſtremam, poſt quam ſtat ſenſus cōmunis q apprehendit formas rerum, & vide quæ ſequuntur. Alexander etiam in paraphraſi. cap. de impulſu dicit. ꝙ videre ad viſum, audire ad auditum, & reliqua id genus ad proprium ſenſum ſpectant, ſentire tamen in cōmuni ad ſenſū communem perinde quaſi ſenſus omnis ab eodem quidem fiat, ſed per aliud atq; aliud, intellige vltimate iſta verba Alexan. Veritas tamen eſt ꝙ ſenſus particulares ſunt diſtincti a ſenſu cōmuni, ſed habēt colligantiam cum eo. Ariſto. n. in 2. de anima, tex. cō. 144. habet propria organa, quorū origo eſt cor a quo dependent, vult ꝙ vnuſquiſq; ſenſus eſt reſpectu proprij ſubiecti ſenſibilis & in ſenſorio proprio, vnde iſti ſenſus quinque. Vnde Ariſt. in libro de Senſu & Senſato, & in 2. de partibus animalium. cap. 10. expreſe dicit tactum & guſtū a corde manifeſte dependere, & vult viſum & auditum eſſe in capite, & olfatum medium tenere, & reddit ibi cauſam, & nota vt inquit Commētator 2. de anima comen. 140. ſenſibilia mouent tantum ſenſus, mouent & mouentur, primū ſentiens eſt motum tantum. ideſt ſenſus communis, & quia poſt motionem quæ eſt receptio in ſenſu communi ſequitur iudicium quod atteſtatur actui, receptio vero potentiæ. ſecundo de anima. commento. 149. inde prouenit ꝙ vt ſenſus communis eſt iudex, ſic habet modum formæ, & principalis

agentis

geſtis,& ſenſus exteriores, & ſic habent rationem inſtrumenti, & ſic operatio denotat agens, & nõ aſcribitur inſtrumento, & illo modo intelliguntur authoritates Themiſtii & Auer.& ſic primus ordo ſpiritualitatis incipit in ſenſu communi, quia in ſenſibus exterioribus eſt veluti in via, quæ ordinatur ad terminum,& vt ſic via non differt a termino viç,ſicut imperfectum a perfecto, & quia vnumquodque a fine denominare fas eſt, ideo primus gradus ſpiritualitatis formæ eſt eſſe quod habet forma in ſenſu communi, tamen ex hoc non ſequitur, quia iſta forma in ſenſu proprio habeat eſſe ſpirituale, vnde Commenta.in.2.de anima',& Ariſt.dicunt ꝙ nec caro eſt vltimũ ſenſorium tactus, nec vt ampliat Cõm.ibidem.com.146. pupilla in viſu,nec lingua in guſtu, & ſic de aliis,quia vltimum ſenſorium eſt, vbi eſt ſenſus cõmunis, & hoc eſt cor,tamẽ ſenſus iſti proprii habẽt propria inſtrumenta, & operationes actus colligatos tamen, modo prædicto,& hoc etiam dicit Ariſt. in lib.de ſomno & vigilia, ꝙ ſenſus viſus quiſq; habet aliquid proprium,vt viſus videre, & auditus audire,& ſic de aliis, omnes tamen habent virtutem communem, nã non eſt viſus per quem cernimus nos videre,nec audit qui ſentit audire,& ideo actio ſenſus communis eſt magis ſpiritualis, quàm ſenſitiua exteriorum, & in plus, quia poteſt in plura.

Odorem habens habet etiam ſaporem Cõm.in lib. de ſenſu & ſenſa.

Odorabilium natura eſt fumoſa, & teſtatur hoc, quia multa quæ non habent odorem, dum appropinquant igni habebunt odorẽ. ibid.

Odorabilium indiuidua ſunt notiora nobis quàm indiuidua ſaporũ. 3.Coll.ca.36.

Odoratus ſenſus in animalibus,quæ odorant ſine attractione, vt in apibus & formicis eſt clarior quã in illis quæ odorant per attractionẽ. ibidem.vide in contradictionibus nuper ęditis.

Oleum ex vitellis ouorum eſt ſupremum iuuamentum in mitigando dolorem ſupra pinguedinem anſeris & gallinæ.

Oleum dulce & nouum oliuæ temperatum eſt,& eſt conueniens homini ſm totam ſuam ſubſtantiã, licet declinet partim ad caliditatẽ. 5.Coll.ca.36.

Oleum eſt ex rebus in quibus dominatur humiditas & caliditas eo, ꝙ partes aereæ in eo ſunt manifeſtæ multũ.Et ſi aliquis quæreret quomodo poteſt eſſe, vt partes aereæ in eo dominentur cum videamus ꝙ ingroſſatur & congelatur,& inſpiſſatur a frigore,& dicitur quòd non congelantur a frigore, niſi res aquoſç,debemus reſpondere ꝙ nõ congelatur propter frigiditatem, niſi pp conuerſionem multam ſuarum partium ad aquam. 5.Collig. capit.24.

Oleum citiſſime iniectos odores ſuſcipit,vt in vnguentis. Ariſt. in libro de inſomniis. idem etiam patitur vinum.

Oleum natat ſuper aquam,quia a ꝓdominio eſt aereum. Cõm.in.4. Metheo.in ſumma prope finem,& etiam in tex.cõ.40.

Oleum non elixabitur ipſum ſm ſe ipſum.4.Metheo.te.cõ.27.

Oleum

Oleum ab igne & tempore albeſcit, & ingroſſatur, albeſcit quidē euaporante aqua ſi qua inerat, ingroſſatur autem, quia marceſcente calido ex aere fit aqua. 4. Metheo. tex. commen. 40.

Oleum eſt cōe aquæ & aeris, lignū terrę, & aeris, lac vero terrę & aquę quarto Metheororum. text. commento. 48.

Oleum, cera, & pix, magis cum aliis, quàm per ſe inflāmabilia ſunt. 4. Metheo. tex. cō. 48.

Oleum non patitur epſeſim, neq; ingroſſatur, quia exalabile eſt, ſed nō vaporabile, aqua autē non eſt exalabilis, ſed vaporabilis. 4. Metheo. te. cō. 48.

Oleum oliuę inſpiſſatur & congelatur a frigiditate, ꝓpterea quia partes aereæ, quæ ſunt in ipſo conuertuntur ad aquam, & etiam oleum inſpiſſatur a calore, quia reſoluuntur partes aqueæ, & remanent aereæ, cum terreſtribus in eo dominantibus, vnde vr̃iter omnes res, q̄ inſpiſſant a calore & frigore equaliter ſunt aereæ, & aqueæ, & earū partes ſunt conglutinatæ ſimul. 5. Coll. ca. 26.

Olfatus eſt odorabilis & non odorabilis Non odorabile autem eſt triplex, 2. de anima. tex. commen. 96. aliud enim eſt nullum habens odorem, aliud prauum, aliud vero paruum odorem.

Olfactibilia curant ab ægritudinib⁹ capitis, quia caput eſt frigidum & humidum, & olfactibile, in maiori parte eſt calidum & ſiccū. Auer. in fine lib. de ſenſu & ſenſa.

Oliua quia eſt amara in fructificando, ideo ſeneſcit. Auer. in. 3. de generatione animalium. cap. 1. & habetur in tex. ꝙ arbores & plantæ, q̄ nimis fructificant cito pereunt, ſicut & animalia, & datur ibi exemplū de gallinis.

Olorum in more eſt in genere volucrum, vt alter alterum deuoret. 9. de natura ani. ca. 1.

Olores aquilam ſi pugnam cęperit repugnantes vincunt, ipſi autem nunquam niſi prouocati inferunt pugnam, canere etiam ſoliti ſunt, & præcipue iamiam morituri. 9. de natura animalium. capit. 12. Ad hoc alludens Ouidius in epiſtolis. dixit.

Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis.

Ad vada menandri concinit albus olor.

Optimum ſemper, aut proportionale quod primum. 12. Metaphſic. tex. com. 37.

Omiomera ſunt veluti quæ metallantur, vt æs, aurum, argentum ferrum, ſtamnum, lapis, & alia huiuſmodi. In animalibus autem & plātis velut neruus, caro, oſſa, pellis, viſcera, pili, crines, venæ, ex quibus conſtant anomiomera, puta facies, manus, pes. & talia. In plantis autē lignum, cortex, radix, folium, & q̄cunq; talia. 4. Metheororum. tex. commen. 48.

Omnia prædicamenta ſunt diuiſibilia, aut per ſe, aut per accidens, per ſe vt quantitas, per accidens, vt reliqua. 1. phyſic. cō. 18. Ex quo patet nullum indiuiſibile, & immateriale eſſe in prædicamēto in via Auerro. vide in concor.

Omne habens materiam eſt generabile & corruptibile. 1. phyſi. cō. 79. 1. cœli. cō. 20. 1. ca. &. 3, de ſubſtā. orb. 1. phyſi. 63.

Omne ens diligit permanere. 1.ph. tex.cõ.81.&.2.de ani.34.

Omne quod loquitur Ariſt. in lib. phyſi.eſt propter principium mouens. 1.phy.cõ.vltim.&.8. phyſic. commen.1.

Omnis artifex debet conſiderare de accidentibus ſui ſubiecti. 2.phyſic. tex.commẽ.17.&. 1.poſteriorum multotiens.

Omne propter quod eſt aliquid cũ illo eſt vnius ſcientiæ. 2. phy. tex. commen.23.

Omne in habentibus finem,& motum continuum,finis eſt vltimũ illius motus.2.phy.tex.cõ.23.

Omne quod eſt ante finem eſt propter finem. 2.ph.tex.cõ.29.

Omnia quæ ſunt ante finem ſunt ꝓpter finem.2.ph.t.c.81.

Omnes antiqui conueniunt in hoc ꝙ ex nihilo nihil fit.Cõm. in prologo.3.phyſi.& habetur. 1. phyſic. tex.cõ.34.omnes qui de naturalo cuti ſunt in hoc conuenerunt, ꝙ ex nihilo nihil fit.

Omne quod eſt,aut eſt principium, aut ex principio,3.phy.t.com.29. vbi Cõm.omne ens,aut eſt cauſa, aut cauſatum.

Omne exiſtens in ſubiecto eſt minꝰ exiſtens per ſe,quàm ſuum ſubiectum.Cõm.3.phyſi.com.36.& eſt etiam in tex.

Omne ſenſibile aptum natũ eſt alicubi eſſe.3.phy.tex.cõ.48. Et vide Cõm.in cõ.quomodo ſit propoſitio iſta,& conſimiles ibi poſitę intelligendę,vult enim ꝙ ſenſibile ſumatur ibi pro tangibili.

Omne quod eſt ęquale alicui eſt finitum.3.phy.cõ.49.

Omne corpus ſimplex eſt finitum. ibidem.

Omnis res eſt vna per ſuam formã. 3.phy.cõ.68.&.1.de ani.cõ.90.

Omne corpus eſt in loco per ſe, vel per accidens,vel ſecundũ partes.4. phyſic.com.43.

Omne quod mouetur naturaliter ad aliquid,eſt vnigeneum cum eo. 4.phy.cõ.48.

Omne excedens aliquid diuiditur ĩ exceſſum,& in id quod exceditur. 4.phy.tex.cõ.71.

Omne quod mouet aliud per actionem neceſſe eſt,vt moueatur ad illum locum ad quem attrahit ipſum, 4.phy.cõ.79.vide.7.com.10.quomodo intelligatur.

Omnis quies eſt in tempore.4.phy. tex.com.118.

Omne quod eſt in aliquo numero numerus excedit ipſum ex duobus extremis.4.phy t.c.17.

Omne quod conſumitur a menſuratione finiti eſt finitum neceſſario.6.phy.cõ.20.

Omne prædicatum in quo inuenit transmutatio,inuenitur in eo diuiſibilitas,vel per ſe,vel ꝑ accidens 6. phyſi.cõ.34.&.37.

Omne quod mutatur in tempore mutatur.6.phy.te.cõ.50.

Omne moueri præcedit mutatum eſſe.6.phy.tex.cõ.52.

Omne mutatum præcedit mutari. 6.phy.te.cõ.55.& infra,

Omne quod factum eſt neceſſe eſt fieri prius,& quod fit factum eſſe prius neceſſe eſt.6.phyſi.tex.commento.59.

Omne de quo vere dicitur ipſum eſſe motum,aut quieſcens eſt illud, quod innatum eſt recipere motũ, & quietem,& eſt in loco in quo innatum eſt recipere motũ,& quietẽ & in diſpoſitione, ſm quam innatum

rum eſt recipere motum & quietem.6.phy.t.cō.67.idem.4.phyſi.tex.cō.118.&.5.phyſi.tex.cō.20.& 6.phy.30.

Omne quod eſt poſtquā non fuit, neceſſe eſt ipſum prius fuiſſe in potentia quā in actu.8.phyſi.tex.cō.4.idem.9.Meta.tex.cō.13.&.3.de ani.tex.cō.20.27.&.12.Metaph.tex.com.32.

Omnia quieſcere & huius rationē quærere dimittentes ſenſum infirmitas quædam eſt intellectus.8 phyſi.tex.cō.22.

Omnis opinio cui contradicit ſenſus eſt opinio bona.8.phyſic,tex.com mento.26.

Omne quod mouetur a principio exiſtente in ipſo mouetur naturaliter.8.phy.cō.27.

Omne quod eſt in potentia aliquid exibit aliquādo in actum, & ſi nō, tunc natura ageret otioſe. Cō.ē. 8.phyſicor.com.64.idem.1.cœli.commen.20.

Omnes leges conueniunt in hoc, q̄ Deus habitat in cœlo.8.phy.com.84.& habetur in propria forma,in 1.de cœlo & mundo, in tex.com.22.&.96.&.100.idem.2.cœli.tex.cōmen.2.&.74.

Omnia entia,aut ſunt ſubſtātiæ,aut accidentia,aut ſunt via ad eſſe iſtorum,& vniuerſaliter ſunt tranſmutatio.1.cœli,comment.1. Vide in Theorematibus.

Omne totum & perfectū non differunt ſm ſpeciem, ſed ſiquidem in materia,& in his de quibus dicuntur.1.cœli.tex.cō.3.quā differentiam Auer.in cō.ita declarat,nam ſi fuerit quantitas continua, tunc eſt totum,in diſcreta eſt oē, in forma vero & quātitatę eſt perfectū, idem habet in paraphraſi.1.cœli, in ſumma.2.

Omnia phyſica corpora ſunt mobilia ſecundum locum.1.cœli.texto commen 5.

Omne in quo eſt poſſibilis additio eſt diminutum.1.cœli.tex.12.idē ibidem.tex.com.4.&.8.phyſi.tex.commen.75.

Omnes homines de diis habent exiſtimationē, & omnes qui ſurſum eſt,locum deo attribuunt, & græci & barbari quicunq; putāt deos, 1.cœl.te.cō.22.&.96.&.100.

Omnia a vim inferente longius facta tardius feruntur. 1. cœli. text. commen.89.

Omne quod non exiſtit in materia impoſſibile ē ex eo inueniri pluſq̄ vnum in ſua ſpē.1.cę.te.cō.90.idē 12.primæ philoſophiæ.tex.commento.49.

Omnia quieſcunt dum veniunt in proprium locum,eius vero q̄ circunfertur idem eſt locus, vnde incępit & in quem conſumat.1.cœli tex.com.100.

Omne habens actionem in ſe,habet actionem in alio, & quod habet actionem in ſe,eſt ſpirituale nō corporeum,2.cœli.cō.17.

Omnes naturales ſubſtantię,aut corpora ſunt,aut cum corporibus generantur & magnitudinibus.3.cęli.tex.com.1.

Omne quod non vere dicitur de ſingulis,non vere dicitur de toto, qa vnaquęq; partium non eſt totū, & congregatio eſt totum.3.cœli.cōmen.8.idem.1.cęli.17.&.4.phyſi.commen.43.

Omne de quo dicitur aliquid ſm comparationem non eſt neceſſariū,vt habeat illud per ſe, niſi ſubſtantiali-

ſentialiter diceretur in reſpectu alterius, ſi enim aliquid dicit de aliquo ſm comparationem, & iſtud exiſtit in eo per ſe neceſſario, iſtud dictum non eſt in eo ſm ꝙ eſt cõparatiuũ, ſed ſm ꝙ cõparatio accidit ei, 3. cœli. cõ. 9.

Omne factum prima intentione eſt eſſentialiter, ſecunda aũt eſt accidentaliter. 3. cœl cõ. 74.

Omnia appetunt eſſe diuinum, & immortale, & illius gratia agunt quæcunque agunt ſm naturam. 2. de ani. t. c. 34. idem. 1. ph. 81. & 2. cœli. tex. cõ. 64.

Omnia duo quorum ſubiectum eſt vnum & alterum eſt perfectius altero, ſemper reſpectus perfectioris ad imperfectius eſt reſpectus formæ ad materiã. 3. de anima. commento. 36.

Omnes homines natura cognoſcere deſiderant. ex prohemio primæ philoſophiæ, ita in veritate dẽt ſtare. Et mirum eſt de tot viris illuſtribus quomodo vſque ad iſta tẽpora tranſtulerint, ſcire, cum litera græca iaceat, πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται. εἴδησις autẽ apud græcos non ſciẽtiam, ſed cognitionem ſignificat quæ eſt tanquã genus reſpectu ſciẽtiæ, ſcientia enim eſt per demõſtrationem, ſed cognitio ſe extendit ẽt ad immediatas propoſitiones, & ẽt ad cognitionem ſenſitiuam, vnde Ariſt. cõſuetudo fuit in principiis librorũ ab vlioribus exordiri iuxta doctrinam traditam in principio libri phyſicæ auſcultationis, hoc oſtendit principium libri ethicorum, & principium libri poſteriorum analiticorum, & principiũ libri phyſicorum, & in plerisq; locis, & confirmatur, nam probatio a ſigno ex dilectione ſenſitiua circa hoc tendit, nam homines omnes amant ſenſus naturaliter propter cognitionem, nedum propter vtilitatem, nam & ſi nihil agere deberemus adhuc illos diligimus, & ꝑcipue viſus ſenſum, quia hic maxime ad cognitionem proficit, manifeſtum eſt autem ꝙ omnes homines non amant naturaliter ſenſus propter ſcientiam proprie, quæ per demonſtrationem habetur, nã vt ſcribit Alexan. in principio libri priorum, ꝙ hominis proprietas eſt cognitio ipſa, & contemplatio veritatis, ſicut enim quodlibet aĩal habet aliquid ſibi peculiare ſic & homo, vnde pueri etiam natura ferũtur ad cognitionem, & delectantur ex auditu fabularum, nullam inde conſequentes vtilitatem præter cognitionem ipſam. Vnde animaduerte ꝙ & ſi cætera animalia nobiſcum communicent in cognitione ſenſitiua, tamen in hoc differimus ab ipſis, quia natura ſenſus animalibus largita eſt propter ſalutem, & vtilitatem eorũ, vt eis mediantibus proſequantur iuuantia, & euitent nocentia, ſed non dedit eis ſenſus propter cognitionem tm̃ citra vtilitatem, vnde non appetũt ſenſus propter cognoſcere, ſed propter vtile, ſed hoc homini propriũ eſt, nam vt teſtatur philoſophus in præſenti loco, non enim ſolum vt agamus, ſed etiam ſi nihil acturi eſſemus, videre præ cæteris ſane expe rimur, vnde Auer. in. 2 cœli. com. 77. ſcribit ꝙ brutorum cognitio non deſiderat aliquam cognitionem intellectus, igitur Ariſt. ſincerus talis eſt ab vlibus exordium ſumens

ſpens. inquit. ꝙ omnes homines
natura cognoſcere appetũt, & hoc
oſtenditur perſuaſione ſumpta a
ſigno, ex ſenſuum dilectione. quia
homines naturaliter appetunt, nõ
ſolum propter actionem, vt leuia,
verum propter ipſam cognitionẽ,
quia cognitio ipſa naturaliter ap-
petitur ab homine. ſi autem ſenſus
eſſet, ꝙ homines natura appetant
ſcire propriè dictum, quod eſt per
demonſtrationem, tunc probatio
ex dilectione ſenſuum non eſſet ad
propoſitum niſi ſentire eſſet per de
monſtrationem intelligere quod
Ariſt. doctrina abhórret, tum ex li
bro Poſterio. analiticorum, tum
etiam ex. 2. de ani. cõtra antiquos
qui non diſtinxerunt inter imagi-
nationem, & intellectum. licet. n.
ſenſus ſit adminiculum ad ſciẽdũ.
Aliud tamen eſt ſcire, & aliud ſen-
tire, nolo tñ propter hoc negare,
quinetiam ſcientia & contempla-
tio veritatis ſit homini propria, ſed
dico intellectum Ariſt. non de ſciẽ
tia, ſed de cognitione, quæ eſt ge-
nus ſcientiæ fuiſſe, & ex hoc patet
ſolutio ad quæſtiones Latinorum
in principio primæ philoſophiæ,
quia omnes procedunt ex malo in
tellectu literæ.

Omne compoſitum ex materia, &
forma eſt diuiſibile. 1. Metaphyſi.
commen. 7.

Omnes principia contraria faciunt.
1. phyſi. tex com. 41. & in. 4. Meta.
tex. commen. 6.

Omnia aut contraria ſunt, aut com
poſita ex contrariis. 4. Metaphyſi.
text. commen. 6. Animaduerte
tamen, ꝙ vt ſcribit Comment. ibi
in commen. illa diuiſio eſt ſecun-
dum probabilitatem, & nõ eſt ſm

neceſſitatem, quia corpus quintũ,
neq; eſt contrarium, neq; eſt com
poſitum ex contrariis. conſimile.
1. cœli. com. 20. & in lib. de ſubſtã.
orb. ferè per totum, vbi oſtenditur
cœlum eſſe æternum, &c.

Omnes homines cõueniunt in hoc
ꝙ indiuidua corporum exiſtentiũ
per ſe ſunt ſubſtantiæ, & ꝙ in eis
eſt principium. Commen. 7. Me-
taph. com. 5.

Omne quod ſit diuiſibile ſemper o-
portet eſſe, & eſſe hoc quidem hoc,
hoc vero hoc. 7. Metaph. comm. &
tex. 28. idem. 1. phyſi. tex. com. 64.
Vbi animaduerte ꝙ Commen. ex-
ponit hoc habere veritatem non
actu, ſed ſecundum rõnem, vide ſu
perius in litera. G. ibi, generatum
omne diuiſibile eſſe oportet, quia
late declaraui ibi hoc.

Omne principium eſſendi eſt prin-
cipium numeri, & omne princi-
pium numeri eſt principium eſſen
di. 10. Meta. tex. cõ. 7.

Omne ad omne, aut idẽ, aut aliud.
10. Meta. tex. cõ. 10.

Omne cuius elementum eſt ſubſtã-
tia eſt ſubſtantia. 12 Meta. tex. cõ.
19. intelligitur de elemento pro-
pinquo, vt gloſat Cõmẽ. 12. Meta.
commen. 22.

Omne cuius cauſa eſt generabilis,
& corruptibilis eſt generabile, &
corruptibile. 12. Metaph. tex. com.
29. ibi enim dicit philoſophus ꝙ ſi
omnes ſubſtantiæ eſſent corrupti-
biles omnia eſſent corruptibilia.

Omnis motor cuius ſubſtantiæ ad-
miſcetur potentia poſſibile eſt, vt
in aliqua hora nõ moueat. 12. Me
taph. tex. com. 30. idem. 8. phyſico.
commen. 4. &. 15.

Oẽ æternum eſt actio pura, & ꝙ eſt
actio

actio pura non habet potentiam. 12.Meta.cõ.30.&.35.&.44.

Omne compoſitum ex duob',quorum alterum poteſt eſſe per ſe,poſſibile eſt alterum eſſe per ſe, niſi ſit compoſitio ſubſtantiæ, & accidentis. v.g. idomel quia componitur ex aqua & melle,& aqua inuenitur per ſe,neceſſe eſt, vt mel inueniatur per ſe. 12.Meta.com.35.idẽ in.8:phy.com.37.

Omne compoſitum ex duobus oppoſitis ſi inuenitur vnum eorum per ſe,& reliquum. 12. Metaphyſi. commen. 35.

Omnino quorumcunq; ſubſtantia eſt in ſubiecta materia horum nihil contingit factum eſſe non exiſtente quædam materia. 1.cœl. tex. commen. 94.

Oppoſitum æquiuocatur in arabico.1.phy.com. 60. quod ideo dixit,quia apud arabes,quandoq; oppoſitũ ſumitur pro termino a quo, & quandoq; pro termino ad quẽ.

Oppoſita quorum potentia eſt potẽtia contrariorum non diuidunt verum & falſum niſi in eo,quod innatum eſt recipere illa. 3.phy.cõ. 24. idem in prædicamentis in ſermone de oppoſitis,idem. 10. Metaph. tex.com. 15.

Oppoſita duo non poſſe ſimul congregari in eodem, eſt propoſitio communis pluribus vna ſcientia. 8.phy com.70.

Oppoſitum intelligitur per ſuũ oppoſitum. 3.de ani. com. 21. idem 1.de ani.tex.cõ.85.1.cœli. tex. cõ. 101.&.2.cœli.te.cõ.40.

Oppoſitio primo,& eſſentialiter inuenitur in eis, quæ opponuntur in loco. 8.Met.cõ.4. conſimile in prædicamentis,in ca. de quantitate, & in. 10. primæ philoſophiæ. in com. 53. vide in concor.

Oppoſita ſola non contingit ſimul exiſtere. 10. Meta.te.com.17.

Oppoſitionis quatuor modi ſunt. 5. Meta in ca. de eodẽ & diuerſo,& in poſt prędicamentis in ſermone de oppoſitis.

Oppoſita & extrema in artibus,& in naturalibus circa idem ſuſceptibile ſemp videnť fieri, ex lib. de ſomno & vigilia,in principio.

Opinio & phantaſia motus quidam videntur eſſe. 8.phy.tex.cõ.26.

Opiniones eaſdem non ſemel, neq; bis,ſed infinities oportet putare peruenifſe ad nos. 1.cœli.text. cõ. 22. idem. 1. metheor.

Opiniones de mundo ſunt quatuor aut ꝙ non ſit generabilis & corruptibilis,& eſt opinio Ariſt. qui fuit prim' inter græcos,qui tenuit hoc, & ante ipſum fuit opinio antiqua Caldeorum. Aut ꝙ ſit gñabilis, ſed nõ corruptibilis,& fuit opinio Platonis, Aut quod ſit generabilis, & corruptibilis,& fuit opinio Empedoclis,& Heracliti, Aut ꝙ non ſit generabilis,ſed bene corruptibilis,vt ſunt loquentes in legẽ maurorum. Commen. 1.cœl.com. 102 vide in concordan.

Opiniones antiquorum hodiernis temporibus imaginari non poſſumus,neque perficere eas, quia non ſunt famoſæ. 2.cœli.cõm.72. idem 1.de ani.com.26.

Opinio differt a phantaſia. 2.de ani. tex.com. 154.

Opinio Hypolepſis eſt, quam ſuſceptionem dicere poſſumus, & circa ea verſať, quæ aliter ſe habere pñt. Alex. in paraph. ca. de phantaſia.

Opinioni inheret fides, 2. de anima, tex.

tex.com.157. Dicit enim Alex.in paraphraſi de ani.cap.de phantaſia ꝙ opinio nihil aliud eſt quam aſſenſus cum ratione & iudicio.

Opinionem Plato dixit eſſe copulationem ſenſus,& imaginationis,cuius improbatio ponitur in.2.de anima.tex.com.157.

Opinio vniuerſalis non mouet, ſed opinio particularis. 3.de anim.tex. commen.58.

Opinio eſt contingentis aliter ſe habere,ſed ſcientia eſt neceſſariorum 7.Meta.tex.cō.53. & in. 6. ethico. ca.4.& in calce. 1. poſteriorū analiticorum.

Opiniones ſtultas admodum ſcrutari fortaſſe ſtultum eſt,ex.3.de partib.animalium.cap.3.idem. 1. topicorum,cap.9.

Opiniones corruptę de prīcipiis ſubſtantiæ ſenſibilis deſtruuntur in ſcientia naturali,& in ſcientia diuina,ſed diuerſimode ſunt. in ſciētia enim naturali tractatur de ſubſtantiis, vt ſunt tranſmutabiles, & de principiis,vt ſunt principia trāſmutationum,& illo modo impugnantur ibi opiniones corruptæ, ſed in ſcientia diuina ſpeculatur de ipſis, vt ſunt principia entium & ſubſtātiæ,& hac ratione deſtruuntur opiniones corruptæ inquantum ſunt principia ſubſtantiæ & entis,ex tractatu.2.in paraphraſi Met. Ex hoc patet contra fatuos ſolere volētes. Ariſ. fuiſſe verboſum & ſuperfluū, cum de eiſdem opinionibus agat in diuerſis ſcientiis.

Opinio ſub exiſtimatione quā græci hypolepſim vocant continetur, vt ſpecies ſub genere. Themi.2. de anima ſuper.7.

Oportet diſquiſitores non inimicos eſſe iudicaturos verum ſufficienter.1.cœli.tex.com 101.

Operationes conſequuntur differētias,quæ ſunt formæ.3.cęli.commento vltimo.

Operatio eſt finis ſubſtantiæ compoſitæ,& forma eſt finis materiæ. 2.Collig.cap.7.

Operationum genera ſunt notiora apud nos,virtutes vero ſunt notiores quo ad naturam.2.Coll.ca.7.

Operationes accipiuntur in diffinitionibus loco formarum, ſeu differentiarum,quando differentiæ rerum lateant.4.cœli.cō.6. &. 26. conſimile.8.phy.32.

Operatio eſt complemētum & perfectio operantis.9.Metaphyſi. tex. commen.16.

Operatio eſt finis potentiæ.Them. 2.de ani.ſuper tex.cō.33.

Operationibus res diſtinguuntur non figura.Auer.in.1.de gene.animalium in illo cap. vbi ponit improbatio antiquorum,contra Gal. & dat inſtantiam de mammis mulierum,& marium,cum in figura conueniant,& tamen in mulierib⁹ ſunt propter lac,vt Gal. fatetur ,& in maribus ſunt ad tutamen cordis,ita collum matricis in muliere, licet ſit ſimile peni in mare, tamen in muliere eſt ad extrahendam humiditatem,quæ cauſat delectationem in coitu,ſed penis in mare eſt propter ſemen,ſimiliter Gal. retulit in oculo talpe eſſe omnes tunicas requiſitas ad oculum, præter telam araneam in qua fit viſio. Et iō licet oculus talpę ſimilis ſit oculis aliorum animalium in figura , nō tñ hēt oculi operationem. Similiter ouo ſubuentaneo nihil deficit, nec in multitudine, nec paucitate, nec

nec in figura cum ouo coitus, & tamen differunt eſſentiali differentia, quia ex ouo coitus poteſt generari pullus, ſed ex ſubuentaneo nequaquam. hæc Auer. & hoc etiam facit contra Scotum in primo ſententiarum, diſtinctione, 2. de genitis ex putrefactione, qui ex figura, & magnitudine, & colore probato eſſe eiuſdem ſpeciei.

✠ Pro Auer. facit authoritas philoſophi in. 2. de anima. tex. comm. 38. vbi habetur ꝙ inſtrumenta eadē, aut diuerſa iudicantur operibus, & eſt ratio in promptu, quia organa ſunt propter opera, ſicut propter finem, & a fine vnumquodq; perpēditur. 2. de anima. 49. ſicut in ſimili potentiæ per actus diſtinguūtur, & innoteſcunt, quia ex his, quæ primo getimus, vt d. Them. & ex his quantæ, & quales ſint vires in nobis perpendimus.

Opera quæ vel non ſunt naturæ cōmunia, vel ſingulorum generum propria, horum nullum alicuius gratia; aut eſt, aut fit, oculus enim alicuius gratia eſt, ſed cæſius non alicuius gratia eſt, niſi hęc ſit affectio generis propria, ſed vt quę neceſſario fiant ad materiam & principium quod mouerit, cauſæ eorū referendę ſunt. Ariſt. in. 5. de gene. animalium, in principio, inde ſcire poteris differentiam inter ea, quæ ſunt ex neceſſitate materiæ, & illa quæ ſunt propter finem, vide etiā in. 2. phy. tex. cō. 85.

Opus antiquum fit ab agente antiquo, & opus nouum ab agente nouo. Ex lib. deſtru. diſpu. 1. in ſolutione. 13. dub.

Opium eſt in fine amaritudinis, & inducit propter frigiditatem ſuam paraliſim, & hoc ſignificat ꝙ amaritudo ſequitur, quandoq; frigiditatem nedum caliditatem. 5. Coll. contra Gal & medicos capi. 27. & ibi tollitur rñſio medicoꝝ ad hoc.

Ordo libri phyſicę auſcultationis eſt primus inter omnes libros ſcientiæ naturalis Auer. in prologo ph. & in principio libri Metheo. idem dicit, idem. 1 phyſi. tex. com. 4.

Ordinata doctrina debet procedere a primis cauſis ſm ordinem ad vltimas cauſas. 1. phy com. 1. & 2. ph. tex. commen. 72.

Ordo in animalibus magis eſt quā in vegetabilibus. 2. phy. cō. 83.

Ordinis cauſa eſt dignior ordine. 8. phyſi. com. 15.

Ordinationis cauſa, natura eſt, nihil enim inordinatum eſt eorum, quę natura conſtant. 8. phyſi. tex. com. 15. vera eſt, vt gloſat Commenta. in commen. vt in pluribus, quia raro cauſauliter res, quædam in natura ſunt extra ordinem.

Ordo completus eſt agere alterum contrariorum continuè. 8. phyſic, commen. 15.

Ordinem impoſſibile eſt recipere illud quod habet naturam carendi ordine. 3 cęli. cō. 22.

Ordo propria natura ſenſibiliū eſt, 3. cœli. tex. com. 24.

Ordo omnium eſt. 2. de gene. & corrup. tex. com. 57.

Ordines formæ ſenſibilis ſunt quinque, vide in commen. libri de ſenſu, vbi dicit, quòd ſunt tres ordines formarum, vnus eſt corporalis, ſecundus eſt ſpiritualis. & eſt in ſenſu communi, tertius eſt magis ſpiritualis, & eſt in virtute imaginatiua. Quorum primus eſt corporalis magni corticis, & eſt forma ſen-

ſibilis extra animam. Secundus eſt
eſſe iſtius formæ in ſenſu commu
ni, & eſt primus ordinum ſpiritua
lium. Tertius eſt in virtute imagi-
natiua, & ē magis ſpiritualis. Quar
tus eſt ī virtute diſtinctiua. Quin-
tus eſt eſſe eius in virtute rememo
ratiua, & eſt magis ſpiritualis, reci
pit enim medullam eius, quód di-
ſtinguunt tres virtutes a cortice.
Auer. in commen. libri de memo-
ria & reminiſcentia, ex quo patet
ſenſationem, & iudicium ſenſuum
exteriorum, non conſtituere ali-
quem ordinem diſtinctum a iudi-
cio ſenſus communis, quia tunc da
retur ſextus ordo, vnde viſio pro-
priè non fit in oculo, licet fiat me-
diante oculo, nec auditio fit in au-
re, licet fiat mediante aure. Et iſta
eſt ſentẽtia etiam lucidiſſimi The
» miſtii. in. 2. de anima, in expoſitio
» ne tex. commẽ. 146. vbi ſcribit hęc
» verba formaliter: ex his quæ dicta
» iam ſunt conſtare arbitror, neque
» viſum in pupilla primum eſſe, ne-
» que auditum in auribus, neque gu
» ſtum in lingua, ſed ſenſus omnes ī
» prima illa ſentiendi vi ſedem habe
» re, & quód ſi quandoque diximus
» quinque nobis eſſe ſenſus omnes
» ex eo accipi volumus, quinque in-
» ſtrumenta haberi, & quinque ca-
» naliculos ſenſibilibus ſpiritibus,
» quos tanquàm a fonte vno per in
» ſtrumenta illa riuatos quinq; ſen-
» ſibus natura diſtribuit, ſenſum ve-
» ro propriè illum primum intelli-
» gimus, qui inſtrumentis his ceu
» famulitio vtitur iam ea quæ ex-
» trinſecus deferuntur quinque ſen-
» ſibus tanquàm diuerſoriis, & do-
» miciliis recipi æquum fuit, at regis
» ac principiis ſedem vnam conſti-
tui oportet, quemadmodum enim »
quamuis multi magiſtratibus li- »
belliones pragmatici exceptores aſ »
ſideant, vnus tamen eſt qui ius ha »
beat ſentẽtiæ ferendæ, ita & hic, ta »
metſi multa inſtrumenta machi- »
namentaquè ſint in quæ rerum ſi- »
mulachra recipientur, vna tamen »
vis arbitra eſt, quæ de omnibus ſci »
ſcat, pronunciet, iudicet, hæc illa vis »
eſt qua nos viſu videre, & auditu »
audire ſentimus, eadem enim potẽ »
tia percipi actiones ſenſuum neceſ
ſe eſt, quia differentias actionum
cognoſcimus. Alexan etiam in pa
raphraſi de anima. in cap. de tactu
iſtam etiam ſententiam videtur te
nere, vbi clariſſime patet Auerr. in
hoc a lucidiſſimo Themiſtio non
diſſentire, licet communis latino-
rum ſententia ſit in oppoſitum, ſed
ſi bene conſiderauerint, inuenient
iſtam fuiſſe magiſtri ſententiam.
Ariſt. enim in libro de ſomno & vi
gilia dixit, ſomnum eſſe ligamen-
tum primi ſenſitiui, vnde Auer. in
com. d. ꝙ in ſomno reuocatur ſen
ſus cõis ab inſtrumẽtis sẽſuũ, & ꝙ
quidditas ſomni eſt introitus ſen-
ſus communis in corpus, & ꝙ vigi
lia eſt motus iſtius virtutis ad ſua
inſtrumẽta extra corpꝰ, vnde hoc
etiam ſignificari poteſt, vt aſſerit
etiam, quia vigilanti accidit, ꝙ dũ
fortiter cognouerit de aliquo, ꝙ
non percipit ſenſibilia tranſeuntia
per ipſum, quia tunc contrahũtur
inſtrumenta animæ ſenſibilis, & in
ducũt cõem ſenſum ad interiꝰ cor-
poris, & ad adiuuandũ virtutem
cogitatiuam, virtus enim cogitati-
ua viget apud quietem aliorũ ſen-
ſuum. Et ideo homo cognoſcit in
ſomno futura, & non in vigilia.

Iſtud

Iſtud igitur eſt potiſſimum ſignũ viſionem non perfici in oculo, ſed per ſenſum communem mediante oculo, ad alia enim fortiter intenti delata ſub oculis non videmus, quod nõ contingeret ſi viſus eſſet ĩ oculo diſtinctus a ſenſu communi ſm rem. Amplius Cõmen. in eodem lib. de ſomno & vigilia dicit, ꝙ ceci & ſurdi non carent ſenſu communi, ſed inſtrumentis per ꝗ ſenſus communis videt & comprehendit ſenſibilia, vnde mens Ariſt. & Themiſt. & Auer. eſt iſta. quòd ſenſus communis mediantibus oculis cauſat viſionem, & dicitur viſus, & mediantibus auribus cauſat auditionem, & dicitur auditus, & ſic de aliis, non ꝙ ſint virtutes iſtæ realiter diſtinctæ a ſenſu communi, vt ſunt imaginati latini. Dicit enim Auer. in. 2. de anima. in commen. 149. ꝙ Ariſt. quaſi opinatur ꝙ virtus primi ſentientis melius é, vt dicatur eſſe vna forma, & multa inſtrumentis copulatis cum ea, per quæ tranſeunt motus ſenſibilium, quouſque copulentur cum ea, quã dicere ipſam eſſe vnam ſubiecto & plura ſecundum formam, quæ de ſcribuntur in ea, illud enim eſſe eſt dignius ei, vt eſt iudicans, iſtud vero ſecundum ꝙ eſt recipiens. Amplius Auerr. in commen. libri de ſomno & vigilia dicit, quòd ſenſus communis vno modo eſt vnus, & alio modo multi. Eſt enim vnus quia comprehendit omnia quinq; ſenſibilia, & eſt multi, quia habet multa inſtrumenta. ſ. oculũ, nares, & aures, &c.

Ordo librorum & partium totius philoſophiæ naturalis requiratur in. 1. Metheoro. ab Auer. in principio primi capitu.

Ordo non eſt niſi, aut reſpectu primi poſiti, aut intellecti. 5. Metaph. commen. 16. in ca. de priori, & dicitur ex tex. vbi patet ꝙ priꝰ & poſterius ſunt etiam ordinis differentiæ. 1. phyſico. commen. 41. Vide etiam in prædicamento quantitatis, vbi probat quantitates non habentes poſitionem habere ordinẽ, quia habent prius & poſterius. Ex quo patet ꝙ ratio formalis ordinis non poteſt conſiſtere ſine priori & poſteriori peripatheticè loquẽdo.

Ordinis carentiæ diffinitio eſt exitus a via naturæ, & rei ordinatę diffinitio eſt, vt inueniatur ſecundũ viam naturæ. Commentator elicit in paraphraſi ſuper. 3 cœli, in ſumma tertia, contradictione tertia, capit. 2. & hoc ex tex. philoſophi ibidem. tex. cõ. 24.

Ordo non eſt in ſubſtãtia. 7. primę philoſophiæ. tex. cõ. 43.

Ordo eſt in omnibus entibus, ſed non eodem modo. 12. Meta. text. commen. 52.

Ordo in corporibus cœleſtibus eſt abſque eo, quòd admiſceatur eis aliquid per accidens, ſed ordo in hisquæ ſunt ſub corporibus cœleſtibus, eſt cum priuatione ordinis quandoque per accidens. 12. Metaphyſico. com 52. idem. 2. phyſi. tex. cõmen. 46. & eſt ſententia Ariſtotelis expreſſa in primo de partibus animaliũ. cap. 1. vide etiam in 8. phyſic in com. 15. & in. 2. phyſi. tex. com. 82.

Ordo vniuerſi deſtrueretur ſi vnus ex cœleſtibus motibus ceſſaret, q͂a nullus iſtorum motuum eſt ſine neceſſe eſſe, aut ſine bene eſſe. Ex libro deſtruction. diſputatione. 1.

in ſolu. 11.dub.

Ordo entium ſequitur ordinem intelligẽtiarum ſeparatarum, ſed ordo noſtri intellectus ſequitur ordinem entium. Ex lib.deſtr.diſpu.3. in ſolu.18.dub.

Ordo entium ſenſibiliũ multos habet gradus, quorum vilior eſt in materia,& nobilior illo eſt in humano intellectu, & nobilior illo ẽ eſſe quod habent in ſeparatis intelligentiis. Deinde in ſeparatis intelligentiis dictæ formæ gradus habẽt differentes adinuicẽ, ex eodẽ loco.

Ordines entium in nobilitate & ꝑfectione ſunt quatuor, vide 2.cęli, tex.cõ.64.&.66.

Ordo & forma quæ in primo principio reperiũtur eſt nobilior ordinum & formarum, & hic ordo eſt principium,& cauſa omnium ordinum & formarum, quæ in hoc mundo inueniuntur. Ex lib.deſtr. diſpu.3.in ſol. 18.dub.

Orbis nõ eſt in loco, quia omne qđ eſt in loco continetur a loco, ſed extra orbem non eſt locus.1.cęli. commen.100.

Orbis non eſt in tempore, quia non continetur a tempore.ibid. vide ĕt 4.phyſi.tex.cõ.118.

Orbis totus eſt quaſi vnum animal, & eſt vnus orbis in veritate, cum motus illius ſit vnus numero ęqualis in veritate,& motus illæ eſt ſicut motus localis in animalibus,& alii motus, qui exiſtunt in orbib⁹ ſunt ſicut motus particulares, qui exiſtunt in membris.2.cœli.commento.42.idem 12.Metaph.com. 44 Et in libro deſtru.diſpu.3.in ſolutione.18.dub.

Orbis nonus ſine ſtellis inueniri apud me eſt remotum, nam orbis eſt ſtellarum gratia, quæ ſunt nobilior pars eius,& propterea quanto plus habet de ſtellis, tanto eſt nobilior cæteris orbibus, vnde dari orbem ſine ſtellis apud me eſt impoſſibile. in paraphraſi Metaphy. tractatu.4.

Orbis octau⁹ eſt prim⁹ orbis authoritate omnium antiquorum. Ptolomeus autem poſuit nonum. 2. cęli.com.67.

Orbis primus excellit in nobilitate,& excellentia omnes alios orbes ꝑpter tria.2.cœli.tex.com.68.

Orbis primus, eſt ligatus cum aliis orbibus ſm motum & conſequentiam.2.cœli.com.70.

Orbis primus mouet alios orbes ſicut nobilius mouet totum.2. cœl. commen.71.

Ordei puſana infrigidat, & humectat,& adiuuat ad expellendum ſuperfluitates per omnes vias.7. Colliget.cap.6.

Oris iuuamentum eſt maſticatio cibi,& in ore eſt aliqualis digeſtio, ſecundo Colliget.cap.9 de iuuamento membrorum officialium.idem Auicen.cap.de humoribus.in prima primi. Nutriens maſticatione aliquam recipit digeſtionem.

Organizatio latet in plantis. 2. de ani.comm.6.vide cauſam in.2.de parti.anima.ca.10.

Organa trium ſenſuum capiti ſunt demãdata, & vide cauſam in.2.de partib.ani.ca.10.

Orizon eſt nobilior centro, quia eſt terminans & centrum eſt terminatum,& proportio terminantis ad terminatum eſt, ſicut proportio formæ ad materiam.ſecundo cęli. tex.commen.74. Conſimile ſecundo de generatione & corruptione.

tex.

tex.commen. 50. & 4. cœli, tex. cõmen. 23. & 35.

Orizonti contrarium eſt medium, ſicut contrarietas eſt duorum extremorum lineæ rectæ, quæ quidem maxime aduerſantur. Auerr. in paraph. 4. de cœlo, in ſumma prima, cap. 2.

Os eſt ſuperius in animalibus, & radices in plantis. ſecundo de anima. tex. commen. 36.

Oſſium magnorum coniunctio requiritur, vt quod ſuſcipit habeat concauitatem, quod ſuſcipitur vero & ingreditur indiget gibboſitate, quibus natura ligamenta apponit. Galenus, ſecundo de vtilita. particulari. cap. 11.

Oſſa digitorum ſunt ſine medulla, & ſunt dura & ſpiſſa. Gal. 11 de vtilitate partic. ca. 15.

Oſſa leonis exiguam & perobſcurã medullam obtinent. ex. 2. de partibus anim. cap. 6. idem. 3. de natura animal. cap. 7.

Oſſa inſtituta ſunt a natura ad ſuſtẽtandum carnem. 2. de partibus animalium. cap. 8.

Oſſium multitudo in corpore eſt ꝓpter multitudinem motuũ. 2. Colliget cap. 8.

Oſſa aliquibus membris data ſunt ad cuſtodiam, vt oſſa pectoris. ibi.

Oſſium & venarum natura ſimilis eſt. vtraque enim ex vno orſa continua eſt. Ex ſecundo de partibus animalium. ca. 9.

Oſſium principium eſt ſpina dorſi. ibidem.

Oſſa leonis ex ſui attritu forti, ignẽ exentiunt. ibid.

Oſſium maius iuuamentum eſt ad fortificandum, & ſtabiliendum corpus, ſunt enim ſicut fundamentum corporis & iuuamentum, ſecundum eſt ad tuendum & abſcõdendum, vt os cranei reſpectu cerebri, & oſſa pectoris reſpectu cordis. 2. Colliget. capit 8. de iuuamentis membrorum conſimilium, vbi põnitur etiam tertium iuuamẽtum, & eſt, vt poſſit fieri reſolutio ſuper fluitatum vaporoſarum, ſicut ſunt commiſſuræ, quæ ſunt in craneo.

Oſſis & cartilaginis natura eadem eſt, quapropter neutrũ præciſum recreſcere poteſt. ibid.

Oſſa hominis ſunt. 348. abſque oſſibus paruis, quæ replent ſpatia iunctturarum, & abſque oſſe epiglottis, & abſque oſſe cartilaginoſo, qđ dicunt aliqui anathomici, quod eſt in corde. 1. Coll. in cap. de anathomia dentium & oſſium.

Oſſa capitis humani ſunt abſq; dentibus viginti tria. Auer. 1. Col. cap. de oſſibus capitis.

Oſſa manus ſunt triginta. ibid.

Oſſa pedis ſunt. 29. ibid.

Oſſa ſpondilium a capite vſq; ad os nominatum agit, ſunt. 24. ſed aliqui ſunt qui habent vnum plus, & aliqui habent vnum minus. ibid.

Oſſium omnium vltimum in homine concreſcit, quod cerebrum obtigit. primó de natura animalium cap. 7.

Os capitis in muliere habet vnam ſuturam in orbẽ, os viri habet tres. ibid. licet vt. d. viſum ſit etiam os viri, ſine ſutura.

Oſſa leonis nullam intra ſe continere videntur medullam, quia valde exiguam, eãq; in paucis continẽt. 3. de natura ani. cap 7. vide tamen clarius. cap. 10. vbi dicit, ꝙ oſſa leonis partim nullam, partim exiguã admodum habent.

Oſſa non ſemper augentur, ſed pili & his cognata augentur, quandiu inſunt, & magis cũ corpora egrotant, aut ſeneſcunt, & vide eãm in 2. de gñatione anialium. cap. 4.
Oſſa præciſa nõ recreſcunt, nec cartilago rupta reparatur. 3. de natura animalium cap. 7.
Oſcitantes aut ſpiritũ reddẽtes accipiente ſue minus audiunt. Ariſtot. in 5. de gñatione animalium. cap. 2. & ibi redditur cauſa.
Oſcitatio quid ſit. vide 3. colliget. capitu. 30.
Ouum ſubuentaneum & ouum coitus non differunt in figura, nec in multitudine & paucitate, ſed differunt eſſentiali dña, quæ eſt forma aīata qua pullus eſt pullus, & ex ouo ſubuentaneo. Ariſt. ſummit argumentum ꝙ mas præſtat fœtui ipſam formam, & femina materiã, quia in ouo ſubuentaneo nihil deficit niſi receptio formæ animatæ, materia. n. in ſe tota reperitur in eo Auer. 1. de gñatione aīaliũ. cap. vbi ponitur ꝑbatio antiquorũ. vide Ariſto. ẽt ibid. cap. 195. in 1. de generatione animalium.
Oui gallinæ albugo eſt magis omni alia re mitigans in mordicationibus, 5. colliget. 48.
Oui vitello ſine albumine medici noui quate in vulneribus vtuntur vide ibidem.
Oua ſubuentanea ferentes aues ex ſubuentaneis ſecunda redduntur. 2. de gñatione aīalium. cap. 10. & 6. de natura aīalium. cap. 2.
Oua piſcium ouiparorũ vbi a femina ędita fuerint mas ſuper ouis ſemen aſpergit. ibidem Ariſt.
Oua & vermis differunt. Alia. n. quędam pariunt ouum quædã vermẽ, ſed ex ouo vna pars eſt materia animalis excogniti, reliqua vero nutrimentum, ſed vermis in animalibus gignẽtibus vermem vt in ſponte naſcentibus eſt materia generationis animalis tm̃, non autem alimentum aliquo mõ. Ariſt. & Auerro. ſententia in principio ſecundi libri de generatione aīaliũ. cap. 1.
Oua ſubuentanea non ſunt reliquię partus, quẽ coitus fecerit 6. de natura animalium. cap. 2.
Oua aquaticarum auiũ & terreſtriũ differunt, quia oua auium aquaticarum plus lutei continent ꝓportione quàm albi, & differunt etiam colore. ibidem.
Oua oblonga & faſtigio cacuminata feminas edunt, ſed oua rotũda & pte ſui acutiore obtuſa edũt mares. ibidem.
Oua gallina incubante ſi tonuit pereunt. ibidem.
Oua omnia auium ſunt bicolora, & ſimiliter omnium pedeſtrium ſeu quadrupedum. i. habent colorem album & citrinũ, albũ vocatur albumen, citrinũ vero vocatur vitellus. Ex 3. de generatione animaliũ cap. 1. in Auerro. & ẽt in text. vide ẽt ſexto de natura aīaliũ. cap. 2.
Oua piſcium ſunt vnicolora. ibidẽ & vide cãm diuerſitatis, quia oua auium ſunt bicolora, & piſciũ vnicolora.
Ouũ eſt excrementũ ſicut mẽſtruũ in femina. ibidem.
Oua ſubuentanea ſunt minora & inſuauia propter inconcoctionem. 3. de gñatione animalium. cap. 1.
Oui albumem eſt initium generationis animalis, ex quo animal generatur, vitellus autem ad nutrimẽtum pertinet. Et inde ẽt colligitur albu-

albume oui eſſe calidius. Contra medicos quam ſit vitellus qui eſt terreſtrior. Ex 3. de generatione animalium cap. primo, & ſecūdo. Vide etiam pro hoc Auer. ibidem cap. 2. vbi adducit rationes euidentiſſimas ad hoc. Et animaduerte bene dicta Auer. cōciliantis dicta Medicorum cū dictis Philoſophorū. Nam medici concedunt inueniri aliquas res calidiores aliis, quum tamē ſint frigidiores in reſpectu corporis humani, & ideo dicta eorum non contradicunt dictis Ariſto. Et nota bene hoc, quia in multis deſeruiet tibi.

Oui pars ſuperior eſt magis dura inferior, vide cauſam in 3. de generatione animalium. cap. 2.

Ouorum partus atq; animalium econtrario modo prouenit, animal enim conuerſum in ſuū caput prin cipiumq; exit, at ouum quaſi conuerſum in pedes naſcitur, & vide cauſam ibidem.

Ouum in vtero quomodo augetur. vide ibidem.

Oua temporibus calidis deprauant ſicut vina fece ſubuerſa temporib⁹ calidis coaceſcunt. 3. de generatione animalium cap. 2.

Ouum a nullo exangui animali generatur. ibidem.

Oui candidum & luteum contrariā naturam habent, luteum enim gelu duratur & coit, calore vero humeſcit, at candidum gelu non concreſcit, ſed humeſcit potius, & cum ignitur ſolideſcit. 3. de generatio. animalium. cap. 2. idē ſexto de natura animalium cap 2.

Oua plura ſi in patellam conquaſſentur bene, & poſtea decoquūtur vſq; ad pepenſim, inuenies ex omnibus luteum in medio, & albumen circūambiens luteum. in ſexto de natura animalium. cap. 2. & vide cauſam ab Auer. in 3. de generati one anima lium. cap. 2.

Oua auium omnia perfecta ędūtur, piſcium vero oua imperfecta ędun tur, quapropter ſemine maris aſperſa fecunda redduntur. Ex tertio de generatione animalium. capitulo quinto.

Oua gallinarum ſunt meliora cęteris, & decocta cū oleo maxime nutritiua ſunt. 5. colliget. cap. 36.

Oua piſcium non ſunt bicolora vt auium, ſed vnicolora. 6. de natura animalium. cap. 10.

Oua in cubitu auium aperiri & fœtum excludi naturę ratio eſt, non tamen ita ſolum oua aperiuntur, ſed etiam ſponte in terra, vt in ęgypto obruta fimo pulliciē, pereant, & ſyracuſis potator quidam ouis ſub ſcoria in terra poſitis tādiu potabat, donec oua ederent fœtum: iam vero & quum in vaſis quibuſdam tepidis eſſent concocta ſpontę oua pullos prompſere. 6. de natura animalium. cap. 2.

Oues potu maxime pingueſcunt, quamobrem æſtate ſalem die qnto dati ſoliti ſūt ſingulis cētenis ſingulos modios: ſic enim pecus incolume atque pinguis redditur. octauo de natura animalium. capitulo decimo.

Oues pręcipue ex ſuperabundanti renum pinguedine intereūt, quod vbertate pabuli fit, vt in ſicilia agro leontino fieri conſtat, quocirca ſero diei agere oues ad paſcua paſtores loci illius ſolent, Ariſto. tertio. de natura animalium. cap. 17.

De litera P.

Palatum nonnullis piſcibus vice linguæ datum eſt velut inter fluuiales cyprino. Ariſto. in. 4. de natura animal. ca. 8.

Pallidum non differt ab albo ſecundum magis, & minus, ſed ſm qualitatem. 6. phy. cõ. 32.

Papilionum generatio ex erucis fit. 5. de natura ani. ca. 19.

Partuum multitudo & vnitas vnde proueniat. vide cauſam. in. 4. de gene. anima. ca. 4.

Partus fęminæ tardior eſt, dolor et ex fęmina continuus obtuſiorque eſt, ex mare acer & lõge moleſtior. 7. de natura ani. ca. 4.

Pariundi tempus huiuſmodi prę cæteris animalibus multiplex eſt: nã & ſeptimo, & octauo, & nono mẽſe parere poteſt. ibid.

Partus difficilis eſt mulieribus in otio degentibus: & quibus non bona latera ſunt, neq; facultas retinendi ſpiritus ſuppetit. 7. de natura animalium. ca. 9.

Panis furfuraceus & fermentatus facile digerit. & vide cauſam. 5. Colliget. cap 31.

Panis azimus eſt groſſus & viſcoſus. ibidem.

Panis nimis fermentatus nõ eſt bonus. vide cauſam. ibid.

Parum & multũ de neceſſitate ſunt ſub eodem genere. 3. Col. ca. 31.

Paruum in magno continetur, magnum in paruo haberi non poteſt ex. 2. de partibus animalium. capitulo vltimo.

Partes animaliũ aliæ ſimilares, aliæ diſſimilares. 1. de hiſtoriis animalium. cap. 1.

Partes animalium diſſimilares, aut ſunt eadem ſpecie, aut genere, aut proportione, aut ſm magis & minus differentes. ibid.

Partes ſimilares alię molles & humidæ, aliæ ſiccæ & ſolidæ. ibid.

Pars ad partem ita ſe habet, vt totũ ad totum. 1. de hiſtoriis animaliũ capitu. primo.

Partes officiales humani corporis ſunt caput, collum, thorax, brachiũ duplex, crus duplex. 1. de hiſtoriis animal. cap. 7.

Partes interiores hominis ſunt incertæ & incognitę: quamobrem ad cęterorũ animalium partes, quarum ſimiles ſunt humanæ referẽtes eas contemplari debemus. Ariſt. 1. de natura anima. cap. 16. Nota tamẽ quòd de partibus exterioribus eſt oppoſitum, vt patet in eodem lib. capitulo. 7.

Partes ſimilares, quæ ſint vide in. 3. de natura animalium. capit. 2. vbi animaduerte ꝙ ſanguinis partes ſimilares ponit & pituita & atrabilis ꝗ bilis atra, & flaua ponũtur inter excrementa ſm Ariſtot. & ſunt etiam ex numero ſimilarium.

Parte aliqua corporis opportuna mutata, tota aĩalis cõſtitutio multo mutat forma, quod in ſpadonibus eſt cernere. Ariſt. 4. de genera. anima. ca. 1.

Partes exangues non ſentiunt. ex. 2. de partib. ani. ca. 10.

Pars ſuperior animaliũ eſt calidior inferiori, & dextra ſiniſtra, & anterior poſteriori, & mas fęmina. ex 2. de partib. anim. ca. 3.

Particulare licet ſit ens in rei veritate: de eo tamen non fit demonſtratio. 12. meta. 28. com. idem. 7. meta. tex. com. 53.

Particu-

Particulare ſolū eſt ens in rei veritate. 12.meta.cō.27.& 28. & in 2. de generatione & corru.tex.cō.59.
Partes compoſiti ſunt in compoſito in potentia non in actu: & ideo cōpoſitum non eſt in actu vnum in actu,& forma per partem dominātem & ſi non eſſet vnū in actu. 10. metaphy.cō.23.vbi patet non dari maximum ęquale ad pondus: ſed oportet in vero mixto dominari vnum elementum.quod habet reſpectu aliorum dñatorum vim formæ,& illud eſt quod largitur mixto motum naturalem.vt d. Philoſoph⁹,& Cōmen.in 1.cę.t.c.7.& 8.
Pars multipliciter dr̄.7.meta.tex.cō. 33.idem 5.tex.cō.30.
Pars dicitur duobus modis ſm̄ qualitatem,& ſm̄ q̄titatem.7.meta. tex. cō.33. & differunt, vt ibi dr̄: quia diffinitiones partiū qualitates ſunt poſteriores diffinitione totius & toto,ſed diffinitiones partium q̄titatis præcedunt diffinitione totius & totum. De iſta duplici diuiſione partiū vide ēt in 1.phy.cō.5.& 36.
Partes animalium qn̄ aīa ſeparatur dr̄e equiuoce.7.meta.tex.cō.35.& 37.& 39.idem in 4.methe. in fine. idem in 1.de partibus animalium. cap.1.habetur.vbi Philoſophus d. ergo ſi aīal vel aīa, vel pars animæ, vel nō aīa eſt q̄primū anima a corpore diſceſſerit animal eſſe deſinit, neq; mēbrum vllū niſi figuræ ſuæ ratione idem relinquitur modo eorum quæ fabulæ tradunt in lapidē tranſiſſe, & ibidem dicit ꝙ homo mortuus;quanq̄ figuræ formā habet,eadē tamen hō non eſt Adhuc fieri non pōt vt manus ſit quocūq; modo conſtans vt ænea, aut lignea niſi equiuocatione nominis.
Partes rei ſm̄ diffinitionē præcedunt rem in eſſe. 1.phyſi.cō.28.2. phyſi. 28.1.de aīa.cō.5.
Partes diffinitionis præcedunt diffinitum. 1.phy.cō.29.
Partium aliæ ſm̄ quantitatem, aliæ ſm̄ qualitatem 1. phy. cō. 36. & 7. meta.cō.33. Partes ſm̄ qualitatem ſunt partes eſſentiales vt materia & forma: quantitatiuæ vero partes ſunt partes integrales, vide Alexā. in paraph.de aīa.cap.4. vbi probat animam eſſe inſeparabilem a corpore.de differentia iſta partium cōtra Stoicos pulchre.vbi ait nō oēs partes corporis eſſe corpora,ſed ſolū partes quæ pertinent ad quantitatem non ad qualitatem.
Pars ſubſtantiæ eſt ſubſtantia. 2. de anima.cō.2.& 1.phy.cō.70.
Pars eſt mā̄ totius. 3.phy.tex.cō.66. & 2.phy.tex.cō.31.
Pars quando ſeparatur a toto, & fit totum pōt p ſe moueri. 4. phy. cō. 32.& 5.phy.cō.1.
Partes mundi mouentur tribus modis,quædam circulariter, quædam ſurſum,quædā vero deorſum. Cōmenta.4.phy.cō.43.& tex. intelligitur de partibus primariis, ſicut ſunt tria corpora ſimplicia .ſ. graue,& leue,& corpus quod neq; graue eſt neq; leue.
Partes conſimilium corporum dum non ſunt diuiſæ in actu a toto, ſunt in loco in potentia.4.phyſi.tex.cō. 44. & 45.
Pars niſi ſurſum ponatur, nō erit in loco,ſed in toto.4.phy.tex. cō. 65.
Pars menſurat totum, quia totum componitur ex partibus 4. phyſic. tex. cōmen.89.
Pars poteſt per ſe moueri quando ſeparatur a toto & fit totum. 5. phy. cōmen.

tom.1.&.4.phy.com.32.&.8.phyſico.47 &.1.de anima.37.& quinto phyſico.17.

Partes magnitudinis ex quibus generatum generatur ſunt diuerſæ in ſpecie.6.phyſi.com.59. vide.4.cœli.comm.41.

Partes non mouentur per ſe ad motum totius,neq; mouentur per accidens pure,ſicut accidentia.6.phyſico.com.86.&.5.phyſi.com.1.4.phy.com.32.1.de ani.cō.37.

Partis natura & totius eadem eſt.8.phyſi com.15.

Partes corporis ſimplicis non ſimul mouentur ſicut mouentur partes corporis figurati, ſicut apparet in circulis qui fiunt in aqua, quando lapis cadit in ea.8.ph.cō.82.

Partes quantitatiuæ potentia dicuntur eſſe in toto,vel potentia pura, & eſt quando ſunt continuę,vel qñ ſunt in actu in ipſa re, ſed ſunt illi alligatæ,vel inuicem coniunctæ,& tunc dicuntur eſſe in potentia ſm poſterius.in paraphr. meta.tex.1. ca.de potentia & actu.

Pars mouetur ad totum non ſm ꝙ eſt totum,ſed ſm ꝙ eſt in ſuo eſſe naturali:locus enim partis & totiꝰ vnus & idem eſt.1.cœli.cō.58.idē Ariſto.in.4.cœli.tex.com.22. vbi ſcribit ꝙ ſi quis tranſponat terram vbi nunc eſt luna, non mouebitur pars terræ ad totam terram.

Partes animalium aliæ communes, aliæ propriæ.1.de hyſto.ca.2.

Partes corporis naturaliter ſunt ex natura corporis cuius ſunt partes. 2.cœli.tex.com.41.

Partium quædam ſunt formales, & quædam materiales.7. Meta. text. comm.35.&.37.

Partes conſimiles quomodo deſcribātur.vide.5.meta. comm.4. &.2. cœli.com.19.

Pars vna non operatur in actu, ſed in potentia,quoniam vnus vir de. triginta non mouet nauim ſolus, & cū motio eius coniungit cū præparatione & potentia prouenientе a vigeſimo, non mouebit nauim: neceſſario.ſeptimo phyſico. commento.37.

Parmenides mulieres calidiores viris opinabatur, argumento copia ſanguinis,qua menſtrua fiunt.Empedocles vero econtrario.ex.2. de partibus ani.ca.3.

Parmenides exiſtimabat, ꝙ entia ſunt duobus modis vera, & exiſtimabilia,& vera ſunt intelligibilia, & ſunt vnum, exiſtimabilia vero ſunt ſenſibilia & ſunt plura.1. phyſic.commen.41.

Parmenides aſſeruit primū deorū, amorem dicens, cunctorum illæ deus primum produxit amorem, ex erratis.1.Meta.cap.2.

Parmenides vnum dixit eſſe principium quo ad rationem, Meliſſus vero quo ad materiam, quia hic quidem finitum,illę vero infinitū id ait eſſe.ibid.

Parmenides nō ſolum vnam ponit eē cauſam,ſed & duas aliqualiter. ex erratis primi metaphyſi. quod quō ſit intelligēdum vide Alex.q adducit verba Theophra.in.1.lib. de rebus nālibus:inquit.n.Parmenides,heleata qui huic.i.xenophani ſucceſſit vtraq; via ingreſſus eſt: ſtatuit.n.vniuerſum eſſe ſempiternum & generationem rerum tueri conatur,non ꝙ ſimilē de vtroq; ſnīam habeat:ſed re vera vniuerſū vnum eſſe ratus, ideq; ingenitū, & globoſum ad tuēdū gñonē ex opinione

tione vulgi rerũ apparẽtium duo principia facit ignem & terram, alterum & m̃ām alterum & cām, & efficiens. conſimilem ſnīam ſcribit Cōm. in. 1. phyſicę auſcultationis.
Parmenides dixit ꝙ ens eſt ſimplex, & ꝙ nulla eſt multitudo oīno. 3. Meta. tex. cō. 16. vide de opinione eius. 1. phy. tex. cō. 25. & cō. 41.
Parmenides dixit ꝙ intellectus appropriatur hominibus ſm complexiones & compoſitiones eorum, quod etiam Empedoc. aſſeruit. 4. Meta. tex. com. 21.
Paſſiones & motus non ſunt ſine ſubſtãtiis. 12. primæ philo. t. c. 25.
Paſſiones nec rōne, nec tpe, nec gnōne poſſibile eſt priores eſſe ſubſtantia: erũt enim ſeparabiles. 7. primæ philoſophiæ. tex. cō. 47. idem ibid. tex. cō. 4. & . 1. phy. 14.
Patiens patitur propter materiam. 9. primæ philoſophiæ. t. cō. 2. vide limitationem ab Auer. in. 3. de anima com. 28. & in com. 5. in principio digreſſionis.
Paſſio aut eſt ad peius: aut ad corruptionem. 9. Met. t. cō. 2.
Paſſio multis modis dicitur. 5. Met. tex. com. 26.
Paſſio quandoque ſumitur pro oī accidente 1. phy. com. 39. quãdoq; pro qualitate eſſentiali. 1. cœli. cō. 1. qñq; pro trãſmutatione in ſuba, vt exponit ibi Them.
Patiens quodammodo eſt contrarium, & quodammodo eſt ſimile. 1. phy. com. 56. idem. 1. de genera. & corru. tex. cō. 50.
Paſſio ſemper rei poſterioris eſt. 8. phy. tex. cō. 69. & eſt ſenſus, ꝙ in pmanẽtibus datur primum in quo aliquid eſt genitum, non datur autẽ vltimũ in quo non, & vide cauſam etiam ibi.
Paſſio dicitur dupliciter, communiter, & propriè. 3. cœli. com. 1.
Paſſiones omnes ſunt diuiſibiles, aut ſm ſpeciem, aut ſm accidens. 3. cœli. tex com. 7.
Patiens & faciens neceſſe eſt genere idem eſſe, ſpecie vero diuerſa. 1. de genera. & corrup. te. cō. 50.
Paſſio eſt merito ſimilitudinis, & actio eſt merito contrarietatis. 1. de gene. & corru. tex. cō. 48. & . 49.
Paſſiua & actiua ſunt contraria, & hoc manifeſtũ eſt ratione & inductione. 1. de gene. com. 50.
Paſſio ſenſuum eſt diuerſa a paſſione inaīatorum. 2. de aīa. te. cō. 121. & vide ibi drias poſitas per lucidiſſimum Them. nam ſenſus non fit materia ſenſibilium, & eius paſſio non terminatur in mutationem, ſed in iudicium.
Paſſio q̃ eſt in aīantibus, & q̃ eſt in ſenſibus, nō tã paſſio quã actus, & abſoſo eſt. The. 2. de aīa. ſuper. t. c. 159. & in The. eſt. 3. de aīa. ca. 14.
Paſſio quælibet facta cum alteratione, & tranſmutatione eſt in corpore neceſſario. 1. de ani. cō. 14. idem 2. de ani. 57. & . 3. de ani. 28.
Paſſiuum & actiuũ quodãmodo ſunt oppoſita. ex. 2. de ani. cō. 53. idē. 1. de gene. & corr. t. c. 50.
Pati quodammodo eſt a ſimili, & quodammodo a diſſimili. 2. de anima. tex. com. 54. idem. 1. de gene. & corr. t. c. 48. & . 49.
Pati contrarium eſt ipſi actui. 1. ca. de ſubſtan. orb.
Paſſio duplex eſt, corruptiua & pfectiua 2. de aīa. t. c. 57. & . 58. & . 3. de aīa t. c. 28. & . 7. phy. tex. cō. 12.
Paſſio equiuoce dicitur de ſenſibus & intellectu. 3. de aīa. cō. 18.

Paſſiua

Paſſiua neceſſaria componuntur ex paſſiuis.1.meta.cõ.38.

Paſſio eſt in patiente 3.phy.t.cõ.19.

Paſſio eſt ſignum mãæ, & operatio eſt ſignũ formæ.ex diſp.6.in ſolone.6.dubij.& ex diſpu.10.in ſolutione.2.dubij.

Patres caſtigare filios veriſimile eſt & iuſtum eſt. Ariſt.in.3.de generatione animalium.cap.10.ita.n. probat reges apum eſſe parentes fucorũ,quia caſtigãtur a regib' fuci.

Pater & mater ſunt tãq̃ cauſæ extrinſecæ remotę:pater tanq̃ agẽs,& mater tanq̃ materia,5.meta.cõ.

Pecuniarum exquiſitum ſtudiũ eſt de deſideriis hominis præter naturam.Auer.in prologo phyſi.maxime;.n. res præter naturam eſt vt.d. Philoſophus vſura,& Apoſtol' eſt idolorum ſeruitus..

Pediculorum generatio requirat.5.de natura anim.cap.31.

Pedicularis morbus hominibus generat͛ præ nimietate humoris,quo morbo nonnullos perijſſe proditũ eſt,vt Alchmanem poetam & Phęrecidem ſiriũ.ibidem.

Perdices & quæ nondum coierint,& quæ coierint,quarum vſus in aucupiis eſt, quum olfaciunt marẽ vocemq; eius audiunt,alteræ implentur ouis,alteræ ſtatim pariunt: eſt enim genus hoc auium libidinoſũ vt leui indigeat motu cũ turget citoq; ſecernat. Ariſt.in 3.de generatione anima.cap.1.& Auerr.in cõ. ibidem. Ex quo ſcire potes quomodo motus realis poteſt ex ſpirituali prouenire. contra illos qui ſunt adeo rudes, qui non poſſunt imaginari intelligẽtiam poſſe mouere cœlum niſi realiter inhereat & informet ipſum cœlum.

Penem ĩmodicum poſſidentes infecundiores ſunt his quibus mediocris eſt.& vide cãm.1.de gener.animalium.cap.6.

Per ſe eſt magis vniuerſale q̃ primũ.2.phy.cõ.3.& in 1.poſte.vbi aduerte ꝙ hoc eſt verum vt ly primũ ſumitur ibi in 1.poſte.ſed ſi ſumatur primum vt eſt idem quod ſine medio,ſic aliquid primo ineſt alicui, quod tamen nõ ineſt ei per ſe nec 1.nec 2.modo.dicit.n. Themiſt.1. phyſi.nauta eſt in naui primo, ſed non per ſe.ſuper tex.3.

Per ſe dicitur multis modis.5.meta. tex.cõ.23.& in paraphraſi tract.1. cap.eſſentia.

Per ſyllogiſmos hypotheticos nullũ omnino ignotum declaratur, ſed ſolummodo ea quæ indigent modicula innuitione.Cõmen.2.phy. cõ.3.quod quomodo ſit intelligendum vide ipſum in 1. priorũ in digreſſione de ſyllõ hypothetico.

Perfectiones ſeparatas dari a ſubiectis vt nauta reſpectu nauis, & artifex reſpectu ſui iſtrũ nõ eſt impoſſ. ex 1.diſpu.in lib.deſtr. in ſolo. vlt. dub. Et ille ẽ locus apertus ꝯtra modernos auerroiſtas, qui de mente Auer. tenent animam intellectiuã eſſe vere formam informantem & non aſſiſtentem,nam de hoc loquitur contra Algazelem & non recipit gloſam locus ille, ſicut vides.

Perfectio eſt in principiis magis q̃ in principiatis.12.meta. tex.c.40.vbi taxantur antiqui oppoſitũ aſſerentes, vt Pythagoras, & Leucippus.

Perfectionum propter quas mouetur perfectum, quædam ſunt qualitates quibus perficitur illud quod mouetur, vt illud quod mouetur ad ſanitatem: & quędam ſunt ſubſtantiæ

ſtantiæ extrinſecæ à re quę mouetur ad eas vt aſſimiletur eis, vt inueniantur omnes actiones ſeruorum, quoniam ſunt erga genera intētionum domini ſui. & iſta eſt diſpoſitio omnium entium cum primo principio. 12. meta. cōmen. 37. Vbi ſcire poteris quomodo deus excelſus eſt perfectio & forma omnium entium. Hinc patet error modernorum aſſerentium omnē formam formaliter perficere per inherentiam ſuum formabile & nullam eſſe formam extrinſecus perficientem, ſicut nauta nauim.

Perfectum eſt maximum in vnoquoque genere. 10. metaphyſi. tex. cōmen. 13.

Perfectum eſt cuius non eſt poſſibile & aliquid extra ſumere, finem enim habet. 10. meta. tex. cō. 13.

Perfectum nō eget aliquo. ibidem.

Perfectius eſt illud per quod acquiritur perfectio. 9. meta. cō. 16.

Perfectum eſt habens finem 5. met. tex. cōmen. 29.

Perfectum vnumquodq; & ſubſtantia omnis tunc perfecta eſt, quando ſecundum ſpeciem proprię virtutis nulla defecerit pars eius, quæ ſecundum naturam magnitudinis. 5. meta. tex. cō. 21. & eſt in cap. de perfecto. Ex quo loco collige dari magnitudinem ſecundum virtutem, & non ſolum ſecundum molem. vide in ſimili. 10. metaphyſi. tex. cōmen. 13.

Perfectio tranſumptiue dr̄ de malis, vt perfectus latro, & perfectus calumniator. ibidem.

Perfectum aliud ſimpliciter, aliud in genere. ibidem.

Perfectum aliud ſm q̄titatem, & eſt primus modus, aliud ſm qualitatem, & eſt ſecundus modus poſitus. ibidem.

Perfectio ſubſtantię prouenit ex perfectione in magnitudine & qualitate. Cōmen. ibidem.

Perfectum eſt cuius finis eſt ſtudioſus, & eſt tertius modus. ibidem.

Perfectum vnumquodq; tunc maxime eſt cum attingit proprie virtuti, & tunc maxime ſm naturam eſt. 7. phy. tex. cō. 18.

Perfectio non eſt diuiſibilis. ibidem cōmen. 18.

Perfecta ſunt quorum nihil inuenitur in eis per quod dicuntur imperfecta in eis aut extrinſecus, & iſta ē diſpoſitio primi principii. ſ. dei. 5. meta. cō. 21. Ex quo patet deum eſſe ſimpliciter perfectum. idem. 3. de anima, in ſolut. 3. quęſtionis in cō. 5. & cō. 14. & 12. met. cō. 32.

Perfectio hoīs eſt per ſcientias ſpeculatiuas. Cōmen. in prologo phyſi. idem Ariſtō. in. 10. ethicoꝝ. ca. 10. vbi nota ꝙ ſm viam eius ponentis intellectum adeptum, ꝓ hoc intelligitur tanq̄ in diſpoſitione præuia neceſſaria & vltimate diſponente ad felicitatem, ſicip ſe tenuit in 3. de anima. cō. 36.

Perfectum redditur quod imperfectum eſt in rebus, in quibus vnū eſt imperfectius, aliud vero perfectius adiectione pfectionis. Alexāder in paraph. de aīa. ca. vltimo.

Perfectio diuina maxima eſt cui oīa entia appetunt aſſimilari ſm ꝙ poſſunt. 1. phy. tex. cō. 81. & 2. de aīa. tex. cō. 34. & 2. cœli tex. 64.

Perfectum autem nullum eſt finem nō hn̄s. 3. phy. tex. cō. 64.

Perfectio eſt indiuiſibilis, quia eſt finis rei nālis, & finis ē īdiuiſibilis. 7. phy. cō. 18. idem 6. phy. cō 46.

Perfe-

Perfectiones ſunt ſimiles perfectioni circuli, quemadmodum enim circulus non eſt circulus ante finē, ſimiliter eſt in alijs perfectionibus 7.phy.c.18.& habetur in textu.

Perfectio quælibet neceſſe eſt in re; quæ perficitur. 8.ph. com.4.

Perfectum eſt natura prius,& tpe,& rōne imperfecto & incorruptibile corrupti bili.8.ph.tex.cō.75.

Perfecti diffinitio eſt cui additio fieri non pōt.8. ph. cō.75.idē 1. cœli. 4.& 12.& 5.met.c.de pfecto.

Perfectum dr̄ de formis & qualitatibus.1.cœli,cō.3.idē in paraphraſi in ſumma ſecunda, vbi dicit ꝙ dr̄ de formis & qualitatibus, & vr̄ de reliquis prædicamentis: totū aūt dr̄ magis accommodate de quantitate continua,& omne de quantitate diſcreta. Nam talia,omne, totum,& perfectum ſunt idē ſm formam,ſed differunt ſm materiā & ſubiectum de quibus dicuntur, vt dicitur in tex.

Perfectum deficere impoſſibile eſt. 1.cœli tex.com.4.

Perfectum eſt quod non recipit additionem, nec fertur in aliud eſſe. Commenta. ibidem. vide idem 8. ph.75.& 7.ph.18.& 2.

Perfectū eſt prius natura impfecto. 1.cęli.text.com. 18.

Perfecti diffinitio eſt cui non poteſt additio fieri.2.cœli.cō.23.idem 1. cœli.com.4 & 12.

Perfectio duplex,alia eſt generationis, alia rei generatæ.4. cœli. cōm. 22.idem 2.ph.cō.24.& 70.& 8.meta.com.12.

Perfectio de anima rationali & aliis virtutibus animæ dr̄ ferè pura equocatione.2.de anima cō. 7.& 30. idē 3.de aīa.contra Alexand.cō.5.

Perfectio eſt finis & cōplementū pfecti,& finis non ſeparatur a finito. ex.2.de ani.com.22.

Perfectū tale eſſe dicimus quod pōt efficere quale ipſum. 4. metheororum.tex.com.19.

Perfectum quanto aliquid magis ſ eſſe fuerit,tanto magis pfectū erit in eſſendo verum.2.meta.t.c.4.

Perfectius eſt natura prius. 8. phyſi. cō.59.& tex.com 75.

Perfectioris rei motus pfectior eſt. 8 ph.t.com.58.

Perſpicuū eſt aer,& aqua,& quæcūque ēt tametſi ſolida ac dura ſunt proprijs coloribus carent Alexan. in paraphraſi de ani.cap.12.vbi oſtendit quę ſint ſenſibilia p ſe, & ꝙ p accidens,inde ſecus non eſſe mixtum coloratum eſſe,ſic neq; omne mixtum ſaporem habet, vt alias notaui.

Perſpicui vberior aut exilior mixtio dſiam colorum efficit.ibidē Alex.

Perſpectiuus de yride,& aliis apparētiis metheorologicis aſſignat: cās remotas,& naturalis cauſas propinquas & ſenſui manifeſtas. Cō.in 3. metheo.cō.2.prope finem.

Pes dexter eſt motus eſſentialiter; pes aūt ſiniſter eſt motus motu accidentali, quia animal primo mouet pedem dextrum, deinde ſiniſtrum vt ſuper illum ſubſtentetur 2.cœli. com. 8. in paraphraſi autē ſuper.2.cœli.ſumma ſecunda quæſito primo dicit,ꝙ aīal prima intētione mouet pedē dextrū: ſiniſtrū verò ac ſi p eius motū repetere velit motū ptis dextræ.

Philoſophia inuenta fuit & deſtructa infinities.12.meta.t.c.50.idem 1.cęli.t.c.22.& 1.metheor.& in 3. de anima.commen.5.

Philo-

Philoſophorum legales repiũtur ini mici. ex ꝓhemio libri deſtructionũ. vnde legitᷣ in vita Ariſt. ꝙ fuit accuſatus eretic̨ prauitatis apud ſacerdotẽ ſummũ athenienſiũ: q̃ vocatus noluit accedere: dixit. n. non ſinã Athenienſes bis in philoſophos peccare: pauloante. n. Socr. morte damnarunt.

Philoſophi non abhorrẽt ꝓcedere Infinitum per accñs, & ꝙ vna reuolutio ſeu mot⁹ in īfinitũ ſit ante aliũ per accidens. ex lib. deſtruc. diſpu. prima in ſolõne quinti dubij.

Philoſophus habet dare cãs formales & finales ſubẽ ſenſibilis. i. diuinitus. 12. primę philoſophię. com. 6. nã prima forma & primus finis à methaphiſico conſideratur 4. primæ philoſophiæ. cõ. 1. & 3. metaphy. com. 3. & hoc ẽt declarat Cõmentator in commen. 6. 12. metaphyſic.

Philoſophus. i. diuin⁹ ponit has duas cauſas mouentẽ & materialẽ principiũ perſcrutationis de duabus aliis cauſis, & primo cãm materialẽ, & declarat illã ꝑ propõnes illas eaſdem, quibus vſus eſt in ſcientia naturali. Et ideo vr̃ ꝙ hæc conſideratio non eſt ꝓpria huic ſcientiæ, ſed eſt pars ſcientiæ naturalis, ſed quia vicinæ ſunt hę duæ ꝯſiderationes, & neceſſe eſt vti vna earũ in altera quaſi principio. ideo fecit rememorationẽ de hoc qđ declarandũ eſt in ſcientia naturali, ſed tñ hoc magis gñalr̃ q̃ in ſcia naturali. Cõmẽ. 12. meta. com. 6. conſilẽ vide in 2. meta. cõ. 6. contra illos qui dicunt Ariſtotelẽ fuiſſe rudẽ in prima philoſophia, quia nõ vr̃ ꝯſideratio ei⁹ alia a ꝯſideratione naturali. Cõ. n. rñdet ad hoc dicens, ꝙ iſtæ duæ ſciẽtię vicinæ ſunt. ſ. ſcia quæ ꝯſiderat de principijs ſubĩæ mobilis in eo ꝙ eſt mobilis, & quæ ꝯſiderat de eiſ eo ꝙ ſubſtãtiæ, & ideo poſſe eſt vti his propoſitionibus magis gñalibus q̃ in ſcientia naturali, nõ in eo ꝙ eſt ſubſtantia mobilis, ſed in eo ꝙ eſt ſubſtantia ſimpliciter.

Philoſophi ſcia eſt entis inquantum ens vr̃ & non ſm partem. 11. primæ philoſophiæ. cap. 3. vbi manifeſte ꝑ totum illud caput oſtendit ſcientiam diuinam eſſe de quidditatibus rerum, ſub rationibus tranſcẽdentibus & vl̃ibus, & ꝙ non conſiderat quidditates rerum in particulari præſertim illarum, quæ ſm eſſe non abſtrahunt a materia ſenſibili & motu.

Philoſophia prima de his duobus cõſiderat. ſ. de ente inquantum ens & de principiis & cauſis entis inquantum ens. Commentator in commen. primo. ſuper 12. metaphyſi. authoritate Alexandri, quod non eſt intelligendum cum pręciſione, vt notaui in expoſitione mea ſuper illo libro.

Philoſophię tres erũt theoricę, mathematica, phyſica, & theologia. 6. metaph. tex. cõ. 2.

Philoſophię diuiſionem ſecundum animi poteſtates, vide a Simplicio primo phyſi. in prologo. & a Ioanne Grammatico in principio de anima.

Philoſophia eſt animæ perfectio, & eſt corporis medicina. Simplicius in prologo. primi phyſic & colligitur ex ſententia Philoſophi primo ethicorum capitul. 17. & ex quarto metaphyſic. tex. commen. 18. vbi inquit, quòd ita homo dicitur curare de veritate, ſicut infirmus

de

de ſanitate.

Philoſophia non conſiderat niſi de reb' exñtib' extra aïam. 1. met. tex. com 44. Nec intelligitur vt intellexit Ioannes de Ianduno, & Bononienſes ꝙ ſcientia conſiderat res & rerum quidditates vt concernunt actualem exiſtentiam. vnde aſſerunt diffinitiones & demonſtrationes eſſe de actualiter exiſtentibus ſm ꝙ exiſtunt. Sed iſta opinio ſtare non põt, quia res exiſtentes ſm ꝙ exiſtẽtes, apud peripateticos ſũt ſingulares: non enim dantur vniuerſalia extra animam exiſtentia, ſicut poſuit Plato. 3. de aïa, cõ. 18. & 1. de anima. cõ. 8. & 12. meta. cõ. 4. Sed de ſingularibus quatenus ſingularia ſunt non eſt diffinitio, neque demonſtratio, vt patet primo poſteriorum, & 7. primæ philoſophiæ. vbi ẽt hẽ ꝙ ſingularibus æternis ſub rõe qua ſunt ſingularia, nõ eſt diffinitio, vt patet ibi in tex. c. 55. & eſt vnus ex erroribus contingentibus circa vſe. Amplius The. expreſſe dicit in 1. poſter. in illo cãpitulo eorum aũt quæ ſæpe fiunt, ꝙ non demonſtratur eclypſis de hac luna quæ cernitur, neq; hæc eclypſis quæ in hoc tp̃e fit: ſingulariũ enim & exiſtẽtium eſt ſenſus & nõ intellectus, quia intellectus & ſcientia eſt vniuerſalium, vt patet 2. de anima. tex. cõ. 60. Amplius iſta opinio manifeſte eſt contra ſñiam Auerro. in ſua paraphraſi ſuper. 4. cęli & mundi, in ſumma 3. cap. 1. contra The. expreſſe. n. ibi ſcribit hæc verba. Nos aũt dicamus pfẽctius diffinitiones conſtitui ex gñe & differentia quarum neutra a diffinito ſeiungi poteſt, quia pars eſt diffiniti, vt in poſterioribus oſtenditur. ꝙ autem propriæ rei actiones conſtituant loco differentiæ in rebus, vbi drĩæ nõ apparent ſm ſe totum, vti in palmæ diffõne dicimus ipſam eſſe arborem dactilum producẽtem, quod & ibidem oſtẽſum eſt, quemadmodũ igitur huiuſmodi diffinitiones fieri ſolent vbi primum perfectũq; diffinitionum genus haberi non poteſt, & quando tunc loco differẽtię actio ſumitur, non eſt intentio, ꝙ hæc ipſa inuenta ſit in actu: ſiquidem interdũ inuẽta eſt actio, quandoq; minime. Differentiæ aũt & ꝙ illarum fungitur officio ſeparari quidem nequeunt: alioquin non eſſet palma niſi dum dactilorum fructũ producit, ſi intentio eius eſſet in ei' diffinitione dactili productio actu, quod falſum ẽt conſtat: ſed ponitur loco naturalis drĩę de cuius more eſt vt talis actio proueniat, ſiue hæc ipſa actio ꝓcedat ab ea ſẽper, ſiue non ſemper. &c. Per ens igiẽ extra animam non intellexit Commen rem exiſtẽtem ſm ꝙ exiſtẽs, ſed rem habentem eſſentiam ſeu quidditatem ad differentiam non entium ſicut ſunt figmenta, & vniuerſaliter quæ ſunt impoſſibilia, & non habent conceptum intelligibilem de eis. & ſic intelligitur dictũ Commen. 2. phy. commen. 71. dũ dixit primam philoſophiã eſſe de rebus exiſtentibus inquantum exiſtunt, id eſt conſiderat entia inquãtum entia ſunt, vt dicit Philoſoph' in principio quarti, & etiã in principio ſexti primæ philoſophiæ: de hoc tamen alibi diffuſe ſcripſi in quæſtione quadam ordinaria de temporis quidditate, vbi late viam iſtam impugnaui.

Philo-

Philoſophia prima cõſiderat maxime de principiis q̃ ſunt prima in eſſe & in cognitione. 1. meta. cõmé. 50. idem in prohemio meta.

Philoſophia prima balbutiens viſa eſt de oībus nouum exiſtens circa principium & primũ. 1. metaphy. tex. com. 51. conſimilem ſentẽtiã inuenies in 7. primæ philoſophiæ. cap. 2. apud Auicen. vbi inquit, ars quælibet in ſui exordio ē cruda & immatura, ſed maturatur poſtea, & deinde paulatim decorat̃ & perficitur: talis fuit antiquitus philoſophia apud græcos, primum quidem perſuaſibilis. ſ. rethorica, deinde quia incidit deceptio ĩ ea fuit dialectica in vna ex partibus eius. ſ. naturali quæ apud plures eorũ fuit vſitata.

Philoſophię natura eſt quærere maximam perſcrutationem. 2. meta. com. 2. tex. 15.

Philoſophia prima proprie conſiderat q̃ prima ſorã & priõ fine. 3. metaphy. com. 3. & com. 4. idem in ꝓlogo ſuo ſuper 1. phyſi. & 4. meta. com. 1. & 7. metaphy. com. 5. & 9. & 12. metaphy. com. 6.

Philoſophus ē ille qui ſcit principia & cãs ſubſtantię. 4. meta. cõ. 2. vbi per Philoſophũ intelligas diuinũ: ſcĩa. n. diuina per anthonomaſiam dr̃ philoſophia prima, via naturæ & nobilitatis, licet via doctrinæ ſit poſtrema.

Philoſophia vera differt a logica ꝑ modũ ſcientię: philoſophia enim conſiderat de ente conſideratione demõſtratiua: logica aũt conſideratiõe probabili, ſophyſta vero diuiditur ab eis ꝑ intentionẽ intẽtã in vita: ſophyſta enim intẽdit ſe videri philoſophũ, vt acquirat gl'iã aut aliud gratiarũ humanarum, philoſophus vero tñ intendit ſcire veritatẽ. 4. meta. tex. com. 5.

Philoſophus debet ↄſiderare de priuatione, quia priuatio ē vna diuiſionum oppoſitoꝝ, & philoſophus debet conſiderare de oppoſitis. 4. metaphy. tex. com. 6.

Phiſicæ & ſcdæ philoſophiæ modo quodã opus eſt circa ſubſtãtias ſenſibiles ſpeculatio. 7. meta. tex. cõm. 39. põdera, quia dixit quodã modo, & pro hoc vide in 7. primæ philoſophię, com. 5. & 9. & 39. & 12. metaphy. 1. 5. & 6. & 29. com. & alibi infinities. Facit pro opinione tenentium ſubſtantiã ſenſibilem, ſeu naturalem eſſe ſubiectũ philoſophiæ naturalis, quæ dr̃ ſecunda philoſophia ſm ordinẽ naturę nõ ſm ordinẽ doctrinæ, vt bene notat Cõm. ibi in com. 39. & etiam in 2. primæ philoſophiæ. in com. 3. & Auicen. in principio ſuæ meta. vnde in 7. metaphy. com. 39. dicit, q̃ Philoſophus naturalis cõſiderat de ſubſtantiis ſenſibilibus inquantum ſenſibiles ſunt ſed prim' philoſophus in quantum ſubſtantiæ ſunt, & ita dicit in oībus ꝑinductis authoritatibus: ad primũ. n. philoſophũ ſpectat oĩa cognoſcere ſub rationibus tranſcendẽtibus & vniuerſalibus, quia ſapientis ē omnia cognoſcere vt contingit, vt dicitur in prohemio primę philoſophię.

Phiſici ē de anima quadã ſpeculari quęcunq; non ſine materia eſt. 6. meta. tex. cõ. 2. vide ample in 1. de partibus aĩaliũ. ca. 1. vbi animaduerte q̃ tametſi Cõmen. in 2. phy. cõ. 26. & in 3. de anima, cõm. 17. teneat conſiderationẽ quidditatiuã naturalis ſe extẽdere vſq; ad intel-

lectiua quæ eſt immaterialis & abſtracta apud Ariſto. ſm eius ſententiam. Ariſto. tamen in illo loco tenet oppoſitnm ſicut videre poteris in cōcordantiis nup̄ ęditis.

Phiſica eſt ſophia quædam, ſed non prima. 4. meta tex.com.7.

Phyſici quidā putanť de tota nā dicere & de ente.4.meta.tex.cō.7.

Phyſici eſt cōſiderare de oī anima, aut tali. primo de anima.t.c.15.

Phyſicus diffinit per mām, & dialecticus per formam.1.đ aīe.tex.cō.16.idem. 2.phyſi.18. 19. & 92. & 7.me.34 35.39.37.55.& 8.ph.52

Phyſicus tenetur conſiderare quęcūque mota mouēt, ꝗcunq; aūt nō, non ſunt amplius phyſicę conſiderationis.2.phyſi. com. 71. vide 1. phyſi.com.11.

Phantaſia eſt motus factus a ſenſu ſm actū.2.de aīa, tex.com.161.

Phantaſma ſeu viſio differt ab inſomnio.ex li.de ſomno. vide Themiſtium in li.de inſomniis.cap. 3.

Phantaſia oīs aut rationabilis aut ſenſibilis eſt.3.de aīa, tex.cō.56.

Phantaſia cū mouet nō mouet ſine appetitu.3.de anima.t.cō. 50.

Phantaſia deliberatiua in ſolis rōnabilibus eſt.3.de anima.tex.cō.56.

Phātaſma ſocratis & notio ſocratis non ſunt idem. Themiſtius. 3. de aīa.cap.55. Inde collige cōtra illos qui tenent ſenſationē realiter non diſtingui a ſpecie ſenſibili.

Phantaſia nō ē idē cū ſenſu. 4.met. t.c.24.idē 2. de aīa.tex. com.153.

Phantaſia eſt diſtincta a ſenſu. 2.de anima tex.com.156.

Phantaſia non eſt in omnibus animalibus. ibidem.

Phantaſia & opinio motus quidā eē videntur.8, phy.tex.com.26.

Phylomites aliqualiter philoſophus eſt: fabula enim ex miris conſtituitur. ex ꝓhemio primę philoſophię.

Philoſophantiū plurimi ſolas eas quæ in materię ſpecie putauerunt eſſe principia. ibidem.

Pica voces plurimas cōmutat: ſingulis.n. ferè diebus diuerſam emittit vocē.9.de nā animaliū.cap.13.

Piſces parui magis laudabiles ſunt, quia in aīalibus quę naſcunť in aqua magnitudo corporis ſignificat multā humiditatem: & propterea multæ ſquamę & ſpinę laudanť in eis, quia ſignificant rē cōtrariā ſuę cōpoſoni.5. Colli. cap. 30. & 33.

Piſces fluuiatiles & lacuſtres optimi ſunt poſt partum & ſeminis genitalis emiſſionē vt plm̄.8.de natura animal.cap. vltimo,

Piſciū gñō ex ouo differt a gñone auium, eo ꝙ altero caret vmbilico q ad mēbranā teſte ſubditam tendat. alterū.n. tm̄, qui auibus ad vitellum fertur, habet meatum.6.de natura aīalium.cap 10. vide ꝓ iſta dria ibidē.cap. 3. vbi oſtendit qūo in prima auium gñatione duo venales meatus a corde exoriunť. Et ex illo loco experimento ſenſato ſcire potes cor eſſe venarum principium contra Galenum.

Piſcium guloſus oīū maxime mugilis ē atq, inſatiabilis, quāobrem ventre diſtēto graue ſcit, & niſi ieiunus ſit heret inhers.8.de natura animalium.cap.2.

Piſcibus cum hoībus annus bene cedit, tunc & piſcibus feliciter degere contingit 8.de nā aīaliū.cap.19.

Piſcib' commodiora ſunt loca quę algarū copia ſcatēt ſupra.

Piſcibus vniuerſis morbus peſtilens nullis incidere vř vt hoībus, & quadru-

drupedū gñi.equis,& bobus,& reliquis tum feris tum vrbanis. ibid.

Piſces habēt olfatum & auditum,& probatur experimentis multis ĩ 4. de natura aĩalium.cap.8.

Piſces dormire multis experimentis oſtendit.4.de nã aĩalium. cap.10.

Piſciū feminę ſunt viuaciores maribus. vt conſtat,eo ꝙ feminę vetuſtiores q̃ mares capiuntur. 4.de natura animaliū.cap.11.

Piſcibus anni ſicci morboſi, auibus vero anni pluuioſi ſunt. 8.de natura aĩalium.cap.18.

Piſces q̃ nõ brãchias ſed fiſtulã hñt vt delphini,balęę, & reliq̃ cete,aĩal gñant & ſpirãt,& aerē recipiūt, habēt enim pulmonē: viſus eſt.n.delphinum dormire ac roſtro emerſo ſtertere.6.de nã aĩaliū.cap.12.

Piſces licet nõ habeãt pulmonē per quē reſpirent,nã tñ loco ei⁹ poſuit nares ĩ genis eoꝝ in quib⁹ sũt parua foramina p q̃ ingredit vapor aquę,& nõ aqua. Auer.in 3.de partibus aĩaliū.in cap.de pulmone.

Piſciū null⁹ teſtes nec ĩtus nec extra habere cõpertū eſt, nec ſerpentes, nec ex his aliq̃d q̃ pedib⁹ carēt, ſed ei⁹ vice meatū excremēto gñoniq; accõmodatū eundē hñt,ex.4.d partibus aĩaliū,cap.11.prope finem.

Piſciū q̃dã genus,nõ ē neq; mas neq; femina,vt anguilla, & gen⁹ mugillū quoddã in fluuijs lutulētis. Ariſto.in 2.de generatione aĩaliū. cap.4. iuxta dimidium capituli.

Piſces littorales pręſtantiores ſunt pelagicis,quippe qui & copioſiore & meliore cibo nutriant. 8. de natura animaliū.cap.13.& ibidē require qui littorales, & qui pelagici ſint,& qui ancipitis naturæ.

Piſces in thorace nõ habēt niſi cor, & ideo carent voce cū pulmonem nõ habeãt.6.de vtilita.par. cap.2.

Piſces odorant ſine anhelitu. 2. de anima. com.76.

Piſces in acheloo fluuio vociferant per branchas.& illa vociferatio eſt equiuoca.2.de anima.tex.cõ.87.

Piſces non habent veram vocē propter tres cauſas.2.de aĩa,t.c.91.

Piſces ouipari vigent vere donec pariant: viuipari aūt autũno. 9. de natura animaliū cap.37.

Piſcis cēupeda cū hamum deuorarit euomit foras ſua interiora donec hamū eiiciat,tum recipit intro & valet eadem qua ante ſalubritate.9.de natura aĩaliū,cap.37.

Pingue omne exangue eſt. 3.de natura animaliū.cap.19.

Pingueſcunt omnia animalia quibus venter calidus eſt quiete & in motione. 8.de nã aĩaliū. cap.6.

Pinguedines ſunt mitigatiuæ dolorū.& pinguedo anſeris ſm Gal.in hoc eſt fortior pinguedine gallinę. 5. Colli. cap.13.

Pingue oē calidum eſt.3. de partib⁹ animalium.cap.9. vide ēt pro hoc Gale. in 4.de vtil.parti.cap. 9. vbi adducit duas rõnes ad ꝓbandū,ꝙ pinguedo ſit calida 1. ex ſenſu,q̃a vtimur illa ꝓ oleo,tum q̃a cito inflãmatur,nullū autem frigidū cito inflãmat.vide etiã Ariſt.2.de partibus animaliū.ca.5.vbi dicit ꝙ pingue inter humida cõe ignis & aeris eſt.& tamen medici dicūt ꝙ generatur cum frigido.cogita.

Pinguia aĩalia minus ſeminis habēt q̃ macilēta,& ſunt magis infecūda 1.de gñone aĩaliū.cap.18.& 19.

Pilorū ſignificatio ex colore ꝓ maiori parte nõ verificatur,niſi in climatibus tēperatis.4. Coll.cap.8.&

eſt ſ͞nia Galeni in 2, parуę artis.

Pili q̄diu inſunt augent̄ & alia, his cognata vt vngues, & magis cū corpora ægrotant, aut ſeneſcunt: oſſa vero non ſemper augentur. & vide cauſam in 2. de generatione animal. cap. 4. prope finem.

Pili in defunctis augentur, ſed naſci nequeunt. ibidem prope finem.

Pilus eſt ſiccius oĩbus membris, & poſt ipſum os, & poſt illud cartilago, & poſt illam ligamentū, & poſt illud panniculus, & poſt venę pulſatiles, poſtea neruus 2. Colli. capitulo de complexionibus membrorum conſimilium.

Pili criſpi duriores ſunt q̄ recti. 5. de generatione animal cap. 3.

Pili ſcitharū & thracū ſunt ꝓlixi & ſimplices, æthiopū vero criſpi. ibi.

Pilorum materia eſt excrementum aereum cutis, cuius iudicium eſt ꝙ ſi cutis incidat̄ nō naſcunt̄ ibi pili. Auer. 5. de generatione aĩaliū. cap. de varietate pilorum, & ibi dicit ꝙ ex cute duo excrementa deciduntur ſicut ex reliquis mēbris, vnum eſt humidum, ſed humidum diſſipatur, ſiccum vero pilorū eſt mā̄.

Pilus ſm̄ Galenū generat̄ ab vno vapore fumoſo aduſto. contra quem vide. 2. Colli. cap. 8.

Pili materia eſt vapor, quem nā̄ attrahit & conuertit in pilum, vt corpus mundificetur a mala materia ex corpore ibidē Auer.

Pili pileo vel alio tegmine intecti celerius caneſcunt. 5. de generatione aĩaliū, cap. 5. & ibi vide cām.

Pili ruffi celerius caneſcunt q̄ nigri: imbecilla. n. quæq; celerius caneſcunt, atqui ruffitas eſt quaſi imbecillitas pili. 5. de generatione animalium cap. 6.

Pilorum craſſitudinis ac tenuitatis cā eſt cutis potiſſimū, aliis. n. craſſa aliis tenuis eſt, & aliis rara, aliis dēſa. eſt. Ariſt. 5. de gn̄atione aĩa. ca. 5. & inde collige ex cutis tenuitate & pilorū & vnguium poſſumus iudicare de ingenii bonitate.

Pilorū longitudinis & breuitatis cā eſt multitudo, aut paucitas humoris. 5. de gn̄atione aĩaliū. cap. 3.

Piloꝝ diuerſus color ĩ cæteris aĩalibus cauſatur a cuti præterq̄ in homine. 5. de gn̄one aĩalium. cap. 5.

Pili inueniūtur ob neceſſitatē excrementi calidi eleuati ad cutim, verū tamen qn̄ nā̄ poteſt hmōi excremēto vti pro aliqua vtilitate id facit, ſin autem ponit ipſum in loco, vbi non noceat operationibus animaliū, vt ſunt pili pectoris, & qui prope pudenda exuberant, & ꝑꝑea lex non prohibet abradere hmōi pilos. Auer. in 2. de partibus aĩalium, caplo de mēbris viſus.

Platonis maior ratio qua fuit mot⁹ ad ponendum ydeas fuit ex gn̄one aĩalium ſine ſemine & plātarum, in quibus videtur ꝙ generatio talium ſit a ſuo ſimili ſm̄ formā. Auer. ſententia in 7. primæ philoſophiæ. cō. 31. & 12. primæ philoſophiæ. cō. 13. & 18. vide pro hoc ēt lucidiſſimum Themi. in ſua paraphraſi ſuper 1. de anima. cap. 24.

Plato duo ꝯſtituit infinita, magnū, & paruū. ſed Pytagoras ſolum numerū parē dicit eſſe infinitum. 3. phyſi. 26. & 27. Et nota ꝙ Porphyrius dixit ꝙ Ariſt. etiam ſequitur opinionē Platonis in hoc, vt dicit Cōme. diſpu. 3. in ſolōne vltimi. ſed ipſe non approbat, ſed dicit ꝙ iſta opinio Platonis eſt magis pro̅pinqua veritati.

Plato poſuit multitudinem in entibus prouenire a mediatoribus, Pithagoras vero a mā̄,alii vero ab instrumentis.ex libro deſtru.diſput. 3. in ſolutione. 12.dubii.

Plato per magnū & paruū mā̄m ſignificabat,p vnū vero cām efficiētē & formā̄. 1.phyſic. tex. 34.vide Themi. 1.de aīa,cap.12.in fine.

Plato poſuit numeros eſſe principia & numeros non eſſe infinitos nec in diuiſione neq; in augumēto ſm Plato.nō in diuiſione.quia terminat̄ ad vnitatē:neque in augumento,quia vſq; ad decem plurificat numerum.3.phy.61.

Platonis dictū q̄,deus creauit angelos,manu deinde pcepit eis creare alia mortalia & ipſe remāſit ī quiete.nō eſt intelligendū ad literam. 12, meta. com. 44. require iſtud Platonis dictum in Thimeo.

Plato poſuit in hoīe intelſm alium mortalē,alium immortalē.& non diſcordat Ariſt. in hoc ab eo,Themiſt.3.de aīa,cap.37.& 38. vbi dicit:neq; enim intellſ ī corpore collocari aſt & habitare poſſet,niſi affectibus mediis necteretur obligareſq;:alioquin vt diuinus Plato inquit(tex.com.61.)impurum cum puro ſociari & cōciliari nō poſſet: dii,inquit,quū animam immortali origine prędità accepérūt,obduxere ei corpus mortale quod vti fieri poſſet vtique immortalis forma in corpore mortali clauderetur,texuerūt genus animę alterum fragile ac mortale.

Plato ab vni⁹ ydea ītelſum,ab ydea dualitatis ſcīam, ab ydea trinitatis opinionē,ab idea quaternitatis ſenſum pberi exiſtimabat. vide 1. de aīa,t.c.27.& vide ibi The.& Auer.

Plato in 10.lib.de legibus diffiniuit aīam eſſe rem ipſam ſeipſam mouentem, cuius impugnatio ponit̄ 1. de anima.tex.cō.36,& infra.

Plato vltra hoc corp⁹, aliud ēē lateri tius aīę coaptauit. Them. 1. de aīa ſup tex.13,idē aſſerit Proculus ſup Thimeum,& Simplicius 1. de anima.volunt n.Platonē triplex corpus ſeu vehiculū aīę poſuiſſe ętereum,elementale,& hoc quod ſub ſenſu cadit.

Plato poſuit motū ęternū ante mūdi gnonē,poſuit enim motū inordinatū quē deus deduxit ad ordinem.12.meta. cō. 30.vide de hoc etiā 3.cæli & mundi.in cō.& t.25.

Plato,Leucippus,& Democritus poſuerunt motum ante mundi generationē.12.meta.tex.cō.30.

Plato poſuit ſubſtātiā immobilem duplicis naturę.ſ. formas & mathematica, q̄ poſuit eſſe media inter formas abſtractas & ſubſtantias ſenſibiles.12.meta. com.5.in fine cōmenti authoritate Alexandri.

Plato duo infinita poſuit magnum & paruū tanquā p enigmā nobis ſignificās infinitū in adiectione,& infinitū in diuiſione.3.phy.t.c.61.

Plato opinabat̄ q̄ vniuerſalia ſunt ſubę,& principia ſubę ſenſibilis:opinabat̄.n.q̄ gnā ſunt nāę abſtractę,& nō ſunt exn̄tia in particularibus ita q̄ cōiūgant̄ ī eis. 12.met. cōm.4. idem 1. de anima, cōm.4. & 3.de anima. com.18.

Plato opinabat̄ vniuerſalia eē ſubas & priora particularibus pp diffinitiones & ſcientias,quę ſunt de vniuerſalibus.12.meta com.4.

Platōi ſępe accidit dicere extranea & remota a natura rei,quia vniuerſaliter inuenitur ſermo eius ſemp in

diſputatione. 12: meta.com.4. Ex
quo loco ſumunt quidam licere ĩ
diſputatione dicere falſum, ſed iſte
non eſt intellectus Ariſt. neq; Cõ.
ibi, vt declaraui in expoſitione 12.
Amplius diſputatio doctrinalis &
ſcĩfica nõ admittit falſũ 1. cę.111.

Plato opinabatur ꝙ quidditates pri-
marũ ſubarum ſunt alię a primis
ſubſtantiis.7.meta.com. 2.

Plato nõ male ſophyſticã circa non
ens ordinauit: ſunt.n. ſophyſtarũ
rõnes circa accidens. vt eſt dicere
maxime oĩum.6.meta.tex.cõ.4.

Plato aſſerebat ſpecies & mathema
tica duas ſubſtãtias, tertiã vero ſen
ſibiliũ corpoꝝ.7.met.tex.com.5.

Plato extra cęlũ neq; corpus neq; ĩ-
corporeũ vllum eẽ exiſtimauit: nã
neq; ydeas ſuas extra cęlũ locauit.
3.phy.25.& Themi.ibidem.

Plato vere & maxime ens.ſ. ydeam
appellabat ens ſpecialiſſimum.
Themi. 1. phy.26.tex.

Plato non diſtinxit inter materiã &
priuationẽ.1.phy.com. 66. & 80.

Plato ſolus fuit ꝓpinquus videre ve
ritatẽ in natura materię, ſed nõ bñ
diſtraxit eam. 1.phy.com.79.

Plato opinabatꝰ ꝙ aliquid moueat
ſe.2.phyſi.com.3. & 7. phy. com.
2. & 8.phyſi. com.40.

Plato opinatus ẽ ꝙ vniuerſalia ſunt
cauſę particulariũ.2.phy.t.c.38.

Plato exiſtimauit aliquod ſimplex
non compoſitũ ex potentia & actu
poſſe moueri.3.phy.com. 8.idem
8.phyſi. com.40. & 7. phyſi.com.
2. & 3. cæli. com.28.

Plato infinitum eſſe principiũ rerũ
ſenſibilium & intelligibilium opi-
natus eſt, quia numerũ eſſe princi-
pium ſenſibiliũ & intelligibilium
poſuit, excogitata ratione vt ydee
numeris continerentur. 3. phy.25.
& Themiſtius.ibidem.

Plato poſuit infinitũ principiũ ſenſi
bilium, quia poſuit infinitũ in cau
ſa materiali q̃ apud ipm ẽ magnũ
& paruũ, & magnũ apud ipm cre-
ſcit in infinitũ, & paruũ diminuitꝰ
in infinitũ. 3.phy.tex.com.25.

Plato poſuit formas i. ydeas nõ eſſe
intra mundũ, nec extra mundum,
quia nõ ſunt in loco. 3.ph.t.c. 35.

Plato fuit primus qui principia ma-
terialia rerum ſenſibilium elemen
ta appellauit, vt author eſt Eude-
mus, & Simpli. in prologo phyſi.
ſic potes ĩtelligere illud 1. phy.tex.
com.48.vbi dr̃, omnes quidem ele-
menta & ab ipſis vocata principia
& vere & ſine rõne ponentes, tñ cõ
traria dicunt tanq̃ ab ipſa veritate
coacti ponentes, & vl̃r numerũ in-
diuiſibile qualitatez habet: qui.n.
punctus qualitatẽ habere poterit
cũ natura affectio neq; figura pũ-
cto poteſt ineſſe. 1. phy. Themiſt.
in tex.18. & inde elicitur.

Plato poſuit duo pati & vnũ agere,
antiqui vero ꝙ duo principia agũt
& vnum patitur. 1.phyſi tex.com.
55. Nam Themiſt. & Cõmenta
per poſteriores intelligit Platonẽ
& ſequaces.

Plato vſque ad decem facit numerũ
3. phyſi. tex. com.61.

Plato poſuit materiam eſſe locũ. 4.
phyſi.com.14.15.& 59.

Plato putauit ĩfinitum eẽ principiũ
ſenſibilium & intelligibilium, q̃a
principinm rerum tam ſenſibiliũ
q̃ intelligibilium numerum puta-
uit 3.phy.tex.com.25.

Plato in Thimeo materiã locum eẽ
dixit. in his vero quę ſine titulo per
numerũ.i. per magnũ & paruum
eam

eam ſignificauit 4 phyſi. tex. cõm. 15. & Themiſtius ibidem.

Plato dixit motum proiectorũ fieri ab aere ſm ſucceſſionem. 4. phyſi. com. 68. idem 8. phy. cõm. 82.

Plato ſolus generat tempus. 8. phy. tex. com. 10. & 4. phyſi. com. 88.

Plato dixit tẽpus eſſe motum totius cœli 4 phy. tex. com. 93.

Plato aſſimilauit puerũ dormienti, ebrio, & infirmo, quia ſcientia in puero non eſt in actu, ſed accidentia & humores impediunt ipſum. 7. phy. tex. com. 20.

Plato poſuit mundum generatum, ſed non corruptibilem. 8. phyſico. com. 2. & tex. com. 10.

Plato inqt cognitio q̃ habet̃ de materia notha & extranea eſt, act⁹ aũt tã in ſenſu q̃ in intellectu nothus eſt extraneus, qui nõ de vultu & facie eius rei quam contẽplamur elicitur. ſed de forma illa qua priuat̃. Themiſt. 3. de aĩa. com. 44.

Platonem dubitari nõ poteſt, ex his dialogis quos ſcriptos reliquit, animam eſſe corpus putaſſe, alioquin nec Ariſt. contra Platonem ſed cõtra Thimeum inuehitur, & Them. 1. de anima. cap. 20.

Plato ſimul poſuit tẽpus factũ fuiſſe cum cœlo, cœlum autem factũ elicit. 8. phy. tex. com. 10. ille eſt loc⁹ apertus Ariſto. imponere Platoni mundũ incepiſſe de nouo, quia factio non eſt niſi cũ nouitate, vt patet in 1. de generatione & corrup. in capit. de facere & pati. & ita tenuit Alexander, quicquid ſenſerit Simplicius, & alii qui dicunt Ariſt. in hoc ſolum in verbis fuiſſe diſcordem à Platone.

Cõtra Simp. & alios cõcordãtes Pla. cũ Ariſt.

Plato dicit q̃ niſi hoĩbus cõia eſſent multa, ſed propriũ quid aut impromiſcuum contineret̃ in ſigulis, nõ eſſet admodum facile oſtendere & ſignificare alteri voluntatem ſuã. Themiſtius 3. de aĩa. cap. 32.

Plato ſm ſuam poſitionem credidit q̃ omnis motor de neceſsitate mouetur 8. phy. com. 39.

Platoni videbat̃ q̃ motum ex ſe cõponitur ex moto & motore q̃ mouet ſe. 8. phy. tex. com. 40.

Platonici dicunt corpora diuidi in indiuiſibilia, quod eſt impoſſibilẽ. 8. phyſi. com. 4.

Plato opinatus eſt q̃ omne mouens ſe eſt æternum. 8. phyſi. com. 46. idem ibidem com. 40. ideo opinabatur animam ęternam eſſe.

Plato opinatus ẽ aĩam eẽ principiũ oĩum motuũ. 8. phy. tex. cõ. 73.

Platonis opinio fuit aliqđ corruptibile ex ſe poſſe ꝑpetuari ab alio, & Alex. in quibuſdã ſuis tractatibus idẽ dicit d corpore celeſti, qđ, inqt̃, ſortitũ fuiſſe ęternitatẽ a ſuo moto, re. Auer. 8. phy. com. 79.

Plato nominabat illud qđ fuit antetẽpus ſeculum, quia tempus eſt factum apud ipſum, & intẽdit per ſeculum eſſe terminãs omnia entia quæ fuit ante tẽpus. 1. cęli. cõ. 100.

Plato poſuit mundũ fuiſſe generatũ ſed nõ corruptibilẽ. 1. cęli. t. c. 102.

Plato dum dixit mundum eſſe gñatum intellexit q̃ non ſit in tẽpore generatus, ſed ſemper fuit, vt dicũt defendẽtes ipſum, ſed quia ſuę partes natura ꝓcedunt ipſum, tũc Ariſto. non diſcrepat ab eo in hoc. tã men male fecit inducendo mũdũ eſſe gñabilem ſed non corruptibilem. hoc enim nõ intelligit̃ ex generatione nec cũ difficultate, & maxime cũ dixit, q̃ efficitur ex nõ ordine ĩ ordinẽ. 1. cęl. cõ. 105. & 106.

Plato in Thimeo aīam pp̄ duas rationes ex numeris armoniacis conſtare opinatus eſt. Themiſtius 1. de anima. cap. 20.

Plato opinatus eſt ꝙ corruptio mūdi poſſibilis eſt ex parte materiæ. ſed impoſſibilis eſt ex parte agētis, aut quia agens aliquod non eſt in natū corrūpere illū, aut quia agēs ſapiens nō eſt innatum corrūpere ſuum factum, aut quia corrūpens eſt contrariū gñato, aut quia non corrūpetur omnino 1. cęli. c. 124.

Plato opinatus eſt ꝙ corpora cōponuntur ex ſuperficiebus & diſſoluuntur in eas. 3. cęli. tex. cō. 3.

Platonis opīo eſt magis remota à veritate q̄ poſuit corpora cōponi ex ſuperficiebus, quam opīo Democriti ponētis corpora indiuiſibilia. & ideo Ariſt. magis laudat ponentes partes indiuiſibiles, licet in veritate vterq; nihil dicat. 3. cęli. c. 17.

Plato nihil ſciuit de prima materia. 3. cęli. com. 17. & 25.

Plato poſuit motum innaturalem eſſe priorē naturali, & in hoc cōuenit cū Leucippo & Democrito, ſed differt ab eis, qa ſ̄ʒ Platonē motus innaturalis fuit in p̄tō, ſed modo nō eſt: ſed ſm iſtos eſt modo, ſicut fuit in p̄terito. 3. cęli. t. c. 20.

Plato tenuit in thimeo ante factum mundū ꝙ elementa mouebantur motu inordinato. 3. cæli. t. c. 21.

Plato exiſtimauit ꝙ primus motor mouet ſe eſſentialiter. 3. cæli. com. 28. idem 8. phyſico. com. 40. & 7. phyſi. com. 2.

Plato peccauit opinando principia rerum ſenſibilium eſſe ſuperficies & res mathematicas pp̄ amorē magiſtri, & propter amorē geometrię nam geometria tempore ſuo magnificabatur. 3. cæli. com: 61.

Plato ſolum diffiniuit graue & leue quod dicitur ſm cōparationem, 4. cæli. com. 1. & tex. com. 8.

Plato exiſtimauit ꝙ cauſa grauitatis & leuitatis eſt multitudo & paucitas triangulorum. 4. cæli. tex. cō. 8. & cōmen. 11.

Plato opinabatur ꝙ quędam entiā mouent ſe. 4. cęli. com. 22. idem 7. phyſi. com. 2. & 8. phy. com, 28.

Plato opinat⁹ eſt corpora ſimplicia eſſe eiuſdem naturæ & ꝙ non diuerſantur niſi ſm magis & min⁹. Commentator in paraphraſi 4. de cælo, ſumma, 3. cap. 4.

Plato ſolus de generatione ſcrutat⁹ eſt & corruptione quō exiſtit in rebus, ſed de generatione non omni, ſed de ea quę elementorū. 1. de generatione & corrup. tex. com. 5.

Plato poſuit materiā priorē elemētis, ſed nō dixit manifeſte an eſſet actu aut non. 2. de generatione & corruptione. tex. com. 4

Plato ī tribus diſſenſit a Leucippo, quorum primū eſt, ꝙ indiuiſibilia apud Platonē ſunt ſuperficies, indiuiſibilia vero apud Leucippū ſunt corpora. 2. eſt ꝙ figuræ apud Plat. ſunt finitę, apud Leucippū vero infinitæ. 3. eſt ꝙ Plato non poſuit vacuum, Leucippus vero poſuit. 1. de gñone & corrup. tex. com. 63.

Scientia naturalis plus fere apparet in materia viliori q̄ in aliqua alia viliori, difficilius enim introducitur generatio in materia imperfecta, & hoc etiā in artificialibus apparet, cum nobilitas artificis eiuſq; perſpicacitas plus polleat ī materia impaſſibiliori, q̄ in ea quę facilius & amplius recipit. Cōmen. in fine primi de partibus aīalium, & nota ꝙ iſta fuit ſnīa Them. ex ſentētia Cōmen. 12. meta. cōm. 18. vbi loquitur de genitis ex materia putri. colligitur tamen ex ſententia magiſtri in 1. de partibus, cap. vltimo vbi dicit. Quamobrem viliorum animalium diſputationem perfectionemq; faſtidio puerili quodam ſpræuiſſe, tuliſſeque mole dignum nequaquam eſt, cum nulla res ſit naturæ, in qua non mirandū aliquid iudicium habeatur.

Scientia diuina non largitur de cauſis niſi formam & finem, & aliquo modo agens. videlicet non eo modo quo dicitur agens in rebus tranſmutabilibus, quia conditio agentis in hoc loco, non eſt quòd pręcedat paſſum præceſſione temporali, ſicut fit in rebus naturalibus. Auerrois in paraphraſi

metaphyſi. tractatu primo. cap. 1. vbi patet ꝙ genus agentis negauit Auerr. in rebus ęternis, idem hr̃ in 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Scientia naturalis ſicut in ea reducũtur oẽs cauſę cuiuſcũq; rei ratione naturæ & rerum naturaliũ, ſic in ſcĩa diuina reducũtur entium cauſæ inquantum entia ratione diuinitatis & rerum diuinaꝶ quę ſunt entia non exiſtentia in materia. Auerr. in epithomate metaphyſi. tract. 1. cap. 1. idem 6. primę philoſophiæ. com. 2. inde collige quæ ſit ratio formalis ſubiecti naturalis philoſophiæ, & quę ſcĩę diuinę.

Scientia naturalis conſiderat duas cauſas vltimas tñ. ſ. materiã & mouens, ſed ſcĩa diuina cauſam formalem & finalem & agentẽ, quia differentia eſt inter agens & mouens, quia mouens dat mobili motum tantum, ſed agens dat formã propter quam fit motus. Auerr. in epithomate meta. tract. 1. cap. 1. hinc intelligere poteris quõ intelligiť dictum eius in 1. phyſico. com. 1. vbi habet ꝙ diuina ſcientia conſiderat tria genera cauſarũ. Vbi aduerte ꝙ intelligentia vt dat motum cęlo, & dicitur anima eius, conſideraťa naturali, vt patet 2. cęli. com. 3. ſed vt dat ſibi formã. i. eſſentiam, quia eſſentia orbis quam formam, Cõmen. appellat in hoc epithomate, eſt cauſata ab æterno in genere cauſæ efficientis nõ tempore, ſed natura ſolum orbem pręcedens, & ſic dicitur cauſa agens ipſius, & iſto modo conſideratur a diuino, & iſta eſt ſẽtẽtia eius hic, & etiam infra in tracta. 4. vbi oſtẽdit quõ intelligentia habet triplex genus cauſalitatis. Dicit enim Cõ. in 2. cap. de ſubſtantia orbis, ꝙ licet orbis in ſe contrarium non habeat per quod corrumpi poteſt, habet tñ finitatem a ſuperficie continente ipſum, & omne tale indiget virtute largiente in ſua ſubſtantia permanẽtiam ſempiternam, ſicut indiget virtute largiente ſibi motum ſempiternum vt cęlum, igitur cauſatur ab intelligentia quo ad motum dependet ab ipſa vt a mouente, ſed vt eſt cauſatum quo ad ſui ſubſtantiam depẽdet vt ab agẽte, primo modo a naturali, ſecundo modo a diuino, & iſta eſt via eius ſine dubio.

Sciẽtia & ſenſus menſuranť magis ꝙ menſurent. 10. meta. tex. cõ. 5.

Scientia eſt in qualitate & ſcitum in ſubſtantia. 10 meta. cõmẽ. 22. vbi Cõm. in com. dicit, ꝙ ſtat ꝙ vnũ relatiuum ſit in vno genere & ſuũ correlatiuum erit in alio. Et nota vt ibi dr̃, hoc habet veritatẽ de relatiuis quæ ſunt per aliud, fallit autem in relatiuis quæ ſunt per ſe relatiua.

Scire quidditates entium quæ multipliciter dicuntur eſt multum difficile, quia propinquant ei quod non habet vnã, naturã, & huiuſmodi diffinitiones difficile inueſtigantur per regulas dantes diffinitiones quæ ſunt diuiſio, & compoſitio, & demõſtratio. 4. phy. cõ 2.

Scientiæ omnes duobus modis principium ſumunt, aut a rebus per ſe motis, aut ab alia ſcientia. 7. Colliget. vltimo cap.

Sciſſibilia ſunt illa quæ diuiduntur ſm longitudinem, 4. metheororũ, & cauſa in hoc eſt vt ibi bem dicitur cauſa poſitionis filorum, ſeu villorum, & eſt in tex. cõ. 47.

Scro-

Scropha cū peperit primā māmam porco, qui primus in lucem ꝓdiit præbet. 6. de nã ani nal. cap. 18.

Scrophis ꝓpriū eſt primas mãmas primis porcis genitis tribuere. Ari. 4. de partib. animal. cap. 9. & Auer. ibidem. in cap. de pectore.

Scrotū appellat̃ teſtium conceptaculum. 3. de natura aĩalium cap. 1.

Secundū differt ab eo, ꝙ eſt per accidens, quia ſm eſt terminatum quo quo modo, ſed illud quod eſt per accidens eſt infinitum. primo phyſic. com. 44.

Secundū quod & cauſa pariter exiſtunt. 5. meta. tex. com. 23. vbi colligitur, ꝙ nota reduplicationis poteſt reduplicare quodlibet genus cauſæ contra vulgares aſſerētes, ꝙ nō reduplicat niſi genus cauſę formalis tantum.

Seculum cœli eſt termināſ eſſe vniuſcuiuſq; rei quã continet cęlum, ſicut ſeculum vniuſcuiuſq; rei eſt ſuū eſſe terminans oẽs partes ei⁹, ſeculū vero primæ cauſę eſt ſuum eſſe terminans eſſe oĩum entium, quãuis non ſit in tempore, primo cœli. com. 100. Ex quo patet dari triplex ſeculum, idem etiam notauit Simplicius in eodem loco.

Semen in vegetabilibus, ſperma aũt in vniuerſalibus eſt. 1 phyſi. cō. 62.

Sēper eſt aliquid qđ ſubiicit̃ ex quo fit quod fit, primo phy. tex. cō. 62. & in primo cap. de ſubſtan. orbis.

Semp exiſtimabitur aliqua ſpēs mouens. 3. phy. tex. com. 17.

Sempiterna ſunt priora ſm ſubſtantiã corruptibilib⁹. 9. met. tex. c. 17.

Sēpiternum nullū eſt in pōa. ibidē.

Sēpiterna carent labore, qa cã laboris eſt materia q̃ eſt ſubſtantia in pōa, & nō in actu. 9. met. tex. c. 17.

Ex quo patet, ꝙ nulla ſoſa à materia eſt fatigabilis, & per oppoſitū quęlibet forma exiſtens in materia fatigatur.

Sempiterna nō habent malum, neque peccatum, neq; eſt in eis corruptio, etenim corruptio malorū eſt. 9. metaphy. tex. com. 19.

Sempiterna carent violentia, & diſpoſitione præter naturali. 5. metaph. tex. com. 6.

Senſus accidit dormiētibus animalibus non modo quæ ſomnia vocantur, ſed etiã ꝑter ſomnia vt his qui dormientes reſurgunt, & quidem pleraque agunt ſine ſomnio, ſunt. n. qui dormientes reſurgant & ambulent, ex. 5. de generatione animalium. cap. 1.

Senſibile recedente à ſenſibus nřis ſtatim certitudo ſui omnis mutatur in exiſtimationē abſq; eo, ꝙ in nobis accidit error. 9. metaph. cō. 22. idem. 7. metaph. tex. com. 53.

Senſibilibus recedētibus à ſenſu nō eſt de eis certitudo, ſed opinio. 7. meta. tex. com. 53. vbi Cōm. dicit, ꝙ dum recedunt à ſenſu poſſunt corrumpi, & tunc non remanebit cognitio eorum apud ſentiētes, ſed tantum remanebit exiſtimatio, & ideo ſingularia non habent diffinitionem, neq; demōſtrationem, quia poſtq̃ recedunt à ſenſu non habent niſi exiſtimationem.

Senſibiliū principia ſi acciderint, vt in metaphyſica quærãtur, hoc erit inquantum entia, nō inquantum ſenſibilia. 4. metaphy. com. primo. idem. 6. metaph. tex. com. primi, & in. 12. metaph. com. 1. 5 & 6. & 7. metaph. com 5 & 9.

Senſus non eſt ſuimet, ſed eſt alterū præter ſenſum quod natura prius eſt

eſt ſenſu, mouens enim eſt natura prius moto. 4. meta. tex. com. 25.

Senſibile eſt relatiuum, quia nullam habet naturam niſi relatiuam. Nota tamen, ꝙ hoc eſt ad hominem, loquitur enim ex intentione antiquorum, ibi vt patet.

Senſus eſt in capitulo relationis, & ideo ſi eſſent ſenſus æterni eſſent animalia ęterna. 3. metaph. com. 7. vide 5. meta. com. 20.

Senſibilia dicta ad ſenſum iudicamus. 4. metheor. tex cō. 3.

Senſus pręter vtilitatem propter ſeipſos diliguntur, ex prohemio metaphyſicæ.

Senſus viſus præ omnibus maxime, vt ita dicam, diligitur, quia multas rerum differentias demonſtrat, & maxime hic ſenſuum nos cognoſcere facit. ibidem.

Senſibilia quæ non tranſmutabilia eſſentialiter, ſed permanētia. ſ. forma, & quędam ſemper ſunt tranſmutabilia. ſ. materia, primo meta. com. 6. vide cōſimile primo de generatione & corruptione. tex. cō. 35. & 36. & com. 38.

Senſoriorum oīum meatus tēdit ad cor. Ariſt. in. 5. de generatione animalium. cap. 2. in lib. de ſenſu, & ſenſato.

Senſibilia habēt duos modos comprehenſionis, modum, qui non eſt ſciētia eorū, ſed imaginatio, & modum, qui eſt ſcientia eorū, & ſunt intellecta vniuerſalia. primo metaph. cō. 27. iuxta illud Boetij, ſingulare eſt dum ſentitur, & vniuerſale eſt dum intelligitur.

Senſibilia ſunt in triplici dr̄ia, q̄dam .n. ſunt quę pciſe iudicant̄ eſſe vera, & q̄dā ſunt, quę pciſe iudicant̄ eſſe falſa, licet ſenuant̄, vt apparēt in deceptionibus viſus, & quędam ſunt ignota, donec ſurgat demonſtratio, ſicut apparet de paruitate ſolis. 8. phy. com. 26.

Senſu quotiēs agit in ſenſile. i. quotiens ſenſus in actu eſt, & immanebit in ſenſile, totiens quoq; in idē ſenſile imaginationē moueri, neq; enim digredictibus, aut ſublatis rebus imaginationē tueri, & cuſtodire veſtigia earū poſſet, niſi cognoſceret, & pciperet ea quorū ſibi cuſtodia eſſet cōcedita. Them. in 3. de aīa, ſm eius deciſionem & diuiſionē gręcorū, cap. 15. & ſm Latinos eſt in. 2. de aīa. in expōne tex. 159. Ibi duo collige, vnū ꝙ ſi ſenſus aduertat, & cognoſcit obiectū, & ſenſus interior nō percipit actū illius ſenſus, vt q tenet oculos apertos videt, ſed nō percipit ſe videre, qa eſt diſtractus. Dicendū eſt, ꝙ ſi videt etiā ſenſus percipit illū videre, quia ſi nullo mō perciperet, nec ſenſus exterior percepit vllo mō. ſecundum eſt cōtra Arabes, qui volunt aliam eſſe virtutem reſeruatiuam, & alia cognitiuam.

Senſibile quandoq; ſumit̄ pro tangibili, vt primo cœli. tex. com. 68. ſm expoſitionem Auer. & 2. de generatione & corruptione. tex. cō. 7. quandoq, pro naturali, ſeu mobili, vt in ꝓlogo primi phy. Cōm. inq̄t. ꝙ res ſenſibiles ſunt ſubiecta iſtius artis, quandoq; pro obiecto ſenſus, ſicut intelligibile pro obiecto intellectus, vt. 3. de aīa plerūq;.

Senſibile nullum eſt nō ens in loco, primo cęli. tex. com. 69.

Senſus fortes ſunt illi, qui cōprehendunt minimū eorū, quæ ſunt poſſibilia, vt cōprehendant̄ ex ſpatiis ex q̄bus ſperat̄ viſio. 1. cęli. cō. 117. de tali

de tali ſenſuum fortitudine, vide Ariſt.in 5. de gñone aĩal.cap.2.

Senſu exiſtẽte erit phãtaſia & appetitus,quia vbi eſt ſenſus, erit lętitia & triſtitia.vbi aũt hæc ex neceſſitate deſideriũ erit.2.de aĩa.tex.com. 20.& tex.com.27.

Senſus ẽ de virtutibus paſſiuis.2.de anima.tex.cõ.51.& 52. 59. & 60. idem.3,de anima.com.18. authoritate Alex & 7.phyſi.com.12. Vide in concordantijs.

Senſus cõis cuius eſſe demonſtratũ eſt in libro de anima, eſt primo & principaliter in corde ſm Ariſt. & Galenus dixit,ꝙ eſt in cerebro. 2. Colliget.cap.11.

Senſus eſt duobus modis, in potentia.v3.& in actu.2.de anima. tex. com.53.& 138.& 139.

Senſus prima perfectio fit ab intelligentia agẽte,vt declaratur in libro de aĩalibus.2.de anima.com.59. idem.7.meta. com.31.& 12. met. com.18. vbi per intelligentiam agentem intelligit virtutem informatiuam,quę vt rememoratur ab intelligẽtia non errante producit aĩatum.vide in. 2. de generatione animalium.cap.3.

Senſibile dicitur tripliciter.2.de anima.tex.com.63.

Senſibile proprium eſt quod nõ cõtingit,altero ſenſu ſentiri, & circa quod non cõtingit errare.2.de aĩa tex.com.63.vbi Cõmentator gloſat, hoc habere veritatẽ in maiori parte.Them.aũt apponit tres conditiones quas ẽt vř innuere. Cõm. in.4.met.in cõ.26.in calce cõmẽti.

Senſus nõ ſentiũt ſenes organa ſua, & vide cauſam.2.de aĩa. tex.com. 52.& Alexã in paraphraſi de aĩa. cap.de intellectu ĩ actu dicit,ꝙ ſenſus in actu non ſentit ſeipſum.

Senſoria quedã ſimplicibus elementis conſtat,vt viſus auditus,& olfatus.quędam vero ex oĩbus,vt tact⁹ & guſtus.2.de anima.tex.cõ.130. vide Themiſt. ibi, & Simplicium quomodo ſit intelligendum hoc.

Senſus nõ decipiť circa ſenſibile ꝓprium.4.meta.tex.com.24.

Sẽſus ſinguli cognoſcunt ſuorũ ſenſilium priuationes,vt ocu'us tenebras.Them.2.de aĩa. & habetur in tex.ibidem.71.ſed pręſentium ſenſibilis per ſe,abſentiam vero,& priuationem per accidẽs percipiunt, vt teſtatur idem Themiſtius. 2. de anima.cap.23.

Senſus non comprehendunt eſſentias rerum,ſicut quidam exiſtimauerunt,ſed hoc eſt alterius potentiæ quæ diciť intellectus.2.de anima.com.63.

Senſus hominis comprehendũt intentiones indiuiduales decem prędicamentorum.ibidẽ.& 3. de anima.6.20.& 33.commentis.

Senſibilia cõia ſunt motus,quies,numerus,figura magnitudo. 2.de anima.tex.com.64.

Senſus non decipitur circa ſenſibile propriũ tribus conditionibus concurrẽtibus,ꝙ organũ nõ ſit lęſum, quod nõ ſit perturbatum mẽbrũ, & ꝙ ſit debita diſtantia. Them.in 2. de aĩa. cap.21. & eſt in expõne tex.63.vide tñ Alex. in ſua abbreuiatione de aĩa.cap.12.vbi arguit, ꝗ ſint ſenſibilia per ſe,& quæ ꝑ accidẽs,vbi ſic ſcribit.in propriis aũt ſenſibilibus ſenſus potiſſime veri ſunt,vbi ſenſibus ea ſeruantur illeſa quibus cum ſenſibilia ſenſu innata ſunt,vbi ponit quinque conditiones,& tu vide.

Senſus quilibet ſuſceptiuus ē ſpecierū ſine mā,vt cera anuli ſine ferro,& auro recipit figurā. 2.de aīa. tex.com.121.& tex.com.138.

Sēſus recipit ſpecies ſine materia, ſicut cera nō aurū ab anulo recipit, ſed imaginē, licet differētia ſit, qa ſenſus quum ſpecies recipit nō fit materia earū, neq; corporea adactione ſignatur,vt cera,neq; ſculpitur ſuperficietenus, ſed effigies illas foris illapſa intra ſe totum admittit alte condendas.Them.2. de anima.cap.20.in fine. vide etiam Alexan. in paraphraſi de aīa. cap. de ſenſu cōi.vbi probatur liquido patere ſenſum recipere ſine materia,quia viſus nō albeſcit,neq; nigreſcit. Vide clarius de hoc Them. in lib.1.de memoria & reminiſcētia.cap.11 & Alex.in.2.de anima. in cap.de phantaſia ,à quo verbotenus aſſumpſit,vide etiā Themiſ. 2.de anima.cap.22.in tex. 68. vbi dicit,quemadmodum in cœlatura anuli,& ſigillum in ceram,nam cera non in profundo,ſed in ſuperficie fingitur,aer vero, & oculus intra ſe totum recipit.

Senſitiuę virtutes ordinatę fuerunt ab Ariſt.ſm nobilitatē,& non ſm nām,& ideo prius pertractauit de viſu. deinde de auditu, deinde de odoratu.2.de aīa.com.77.Auicen. autem in.6.naturalium ordinauit iſtas virtutes ſm naturam, vnde prius egit de tactu ,deinde de guſtu,deinde de olfatu,deinde de auditu, & poſtremo de viſu, vbi collige,ꝙ ordo doctrinæ quandoque ſequitur ordinē naturæ, & qnq; ordinē nobilitatis & perfectionis.

Sēſibile poſitū ſupra ſēſoriū nō cāt ſenſationē.2.de aīa. t.c.98.& 75.

Senſuum oīa inſtrumēta,vt eſt declaratum in naturali philoſophia ſunt vacua à ſenſibilitate ſuarum apprehēſionum,quia in rebus naturalibus recipiens non recipit ſuū ſimile.3.colliget.cap.35.

Sēſus quilibet vnius cōtrarietatis eē vr,vt viſus albi & nigri, audit⁹ grauis & acuti,guſtus amari & dulcis, 2.de anima.tex.com.107.

Senſus idem habet inſtrm.2.de anima.com.112.& 107.& 3. de anima.com.50.

Sentire eſt quoddam pati. 2.de aīa. tex.com.118.

Sēſus aliter patitur,quàm inanimata,vide in.2 de anima Themiſtius pulchre.cap.42.& 44.

Senſibilium ſpecies remanet in abſentia ſenſibilis in ſenſu aliquā morā.Them.2.de aīa, cap.44. idē habet præfatus expoſitor ibidem. ſuper tex.com.138.& eſt in 3. de anima. in Themiſtio, cap. 4. vide etiam Themi. in com. libri de inſomnijs.cap.8.& 9.

Sēſibilia in aīa ſunt intētiones & cōprehēſiones,ſed extra animam nō ſunt comprehenſiones, neq; intentiones,ſed res materiales nō comprehenſę omnino,ſecundo de anima.com.12 t.idem. 12.metaphy. com.14.23.& 36.conſimile de intellectu.3.de anima.com.38.

Senſibilium excellētiæ corrumpunt ſenſitiua.2.de anima.tex.cō.123.

Senſuum ſm opinionem Ariſt. quidam ſunt in capit. relationis, quidam vero in capitulo actionis, & paſſionis per ſe , & accidit illis relatio.2.de anima.cō.125.& 126. & 140.& 143.

Si ſenſus aliquis nobis deficeret oporteret aliquod organum nobis de

de eſſe. 2. de anima. tex. com. 28.

Senſus alius pręter quinq; nõ eſt. 2. de aĩa. tex. com. 128. vſq, ad. 136.

Et aduerte φ Ari. adducit tres demõſtrationes, quarũ prima ẽ à medijs, ſecunda eſt ab inſtrumentis & cauſa data in iſtis demõſtrationibus eſt quaſi materialis, tertia vero eſt à ſenſibilibus, & iſta demõſtratio eſt magis firma illis duabus, cũ cauſa accepta in ea ſit finalis, vt notat Cõm. in 2. de aĩa. com 129. vbi collige demonſtrationes datas per cauſas finales eẽ certiores demonſtrationibus datis per materiã, vide etiam in. 3. meta. com. 3.

Senſibile p accidens non mouet ſenſum, neq; formã ſuam imprimit. 2. de anima. tex. com. 134.

Senſibile per accidẽs eſt duobus modis. ibidem.

Senſibilia & appetibilia nõ ſunt loci, aut conceptacula factionũ, ſed potius irritamenta, & incitamenta ſenſuũ. Themiſ. primo de aĩa. cap. 18. & eſt ſup tex. 43. & habetur in lib. de ſenſu & ſen. vbi dr̃, φ ſenſibile ſenſum agere facit.

Senſus oẽs habentur à non imperfectis, & non orbatis. 2. de anima. tex. com. 131.

Senſibilis actus & ſenſus idem eſt & vnus. 2. de anima. tex. com. 138. & tex. com. 141.

Senſibilibus abeuntibus inſunt ſenſus & phantaſiæ quibus ſentiunt. 2. de anima. tex. com. 138.

Senſuum operatio nõ fit cum quali bet menſura caloris, nam fortis calor prohibet eos apprehendere ſenſata extrinſeca, & implet eos, vt videmus in ęgritudinibus acutis aliquos, qui credunt videre, & audire res quæ non ſunt. 2. coll. cap. 11.

Senſibilis actus, & ſenſitiui in ſenſitiuo eſt, ſicut actio & paſſio in patiente, & non in agẽte eſt. 2. de anima, tex. com. 140.

Senſus eſt ratio quędã, & ideo excellens ſenſibile corrũpit ſenſum. 2. de anima. tex. com. 143.

Senſus numerãtur in relatione vno modo; & in qualitate alio modo. 2. de anima. 143.

Sẽſus eſt ꝓportio agens ibidem.

Senſus quilibet eſt ſubiecti ſenſibilis, qui eſt in ſenſitiuo inquantum ſenſitiuũ, & diſcernit ſubiecti ſenſibilis differentias 2. de anima. tex. commen. 144.

Senſus oẽs quos quinque eſſe nouimus ſunt in homine, & in omnib⁹ animalibus terreſtribus, quæ animal generant, necnon & in omnibus aĩalibus habentibus ſanguinẽ quę animal pariunt, niſi quid obleſum cõtigerit, vt in talpa. Ariſ. in 4. de natura aĩalium. cap. 8.

Sentientis primi virtus. i. virtus ſenſus cõmunis melius eſt, vt dicatur eſſe vna forma, & multa inſtrumẽtis copulatis cum ea. 2. de anima, commen. 149.

Senſibilia cõmunia conſimilitudinem ſuam imprimunt in ſenſu, vt magnitudo, figura, & motu. Themiſt. in. 2. de aĩa, in tex. com. 134. & ſm diuiſionẽ gręcorum eſt in 3. de anima. cap. 2. in Them.

Senſus cõis in iudicio tribus ex cauſis errare põt, prima ſi quod iudicauit ſemel fungens officio duorũ ſenſuum, alias vno tantum iudicaret. ſecunda, ſi vno tñ iudicet colore electionis filiũ. tertio circa communia hallucinat̃ ſi vni ſenſui inſtiterit quę ſunt pluribus cõcredita, vt dũ de figura φ viſui, & tactui commu-

cõmunis eſt ſolo viſu iudicet. Themiſt.in.2.de anima.tex.com.134. ſenſilium ſuſceptio non per ſchemata, aut figuras fit, quale.n.ſchema alibi erit, aut in vniuerſum coloris, aut odoris. Alexander in particulari.cap, de phantaſia.

Senſus propriorũ ſemper eſt verus, 2.de anima.tex.com.152.

Senſus exiſtit in omnibus aĩalibus, intellectus vero in paucis. ibidem.

Sentire nõ eſt pati, ſed iudicare, neq; diſcernere. Alex. in paraphraſi de anima.in cap.de intellectu practico & ſpeculatiuo.

Senſus ſemper dicit verum in propriis, & falſum ĩ vniuerſalibus. Intellectus veró econtrario, verum in vniuerſalibus, & falſum in ꝓpriis 2.de anima. cõ.152. vide pro hoc 2.de anima.cõ.63.& 134. & 161.

Sẽtire & intelligere, nec motus ſunt, nec animæ motus, primo de anima.tex com.42.& 43. & vide ibi Themiſtium.

Sẽſibile facit ſentiens in actu poſtq̃ erat in potentia.3. de anima, tex. commẽ.28.idem.2.de anima.tex. commen.60.

Senſus eſt ſpecies ſenſibilium, & intellectus eſt ſpecies ſpecierum. 3. de anima.tex.com.38.

Senſus communis non patitur contrarias qualitates, ſed ante ſe poſitas, & ad pedes genuaq; aduolutas iacentesq; contemplatur. Themiſtius.2.de anima. tex. commenti. 147. vide in contradictionibus nuper ęditis,

Senſu communi ſentimus, ꝙ videmus, & audimus non viſu, aut auditu. Ariſt. in libro de ſomno & vigilia, & Themiſt.in.2.de anima ſuper expoſitione. tex.148. contra Thomam de Garbo, & Pet. Pomponatium, idẽ expreſſe notat Alex. in paraphraſi de anima, cap. de ſenſu cõmuni. inquit enim. hoc autem cõmuni ſenſu, & videntes nos & audiẽtes, & ſingulis ſenſibus ſentiẽtes ſentimus, qui enim videt audiente audire ſe, & videre iam ſentit, nanq; non alia poteſtate, q̃ ſenſu nos ipſos ſentire percipimus, neque tamẽ nos videre videmus, neque nos audire audimus, quũ nec videre ipſum, ſiue viſio viſilis ſit, neque audire, ſiue auditio audibilium ſit, ſed hoc primũ & ꝓpriũ ſenſus qui communis dicitur opus, & functio eſt.

Senſibilia ſeparata in ſpeciebus ſenſibilibus intelligibilia ſunt. 3. de anima tex.com.59

Senſus in maiori parte nõ eſt cauſa longitudinis vitæ & durationis, & ideo ſenſibilia ſunt minoris vitæ, quàm multæ plantæ. 3. de anima.commen.61.

Senſibilis quęlibet ſuperfluitas corrumpit ſenſum. 3. de anima, tex. com.vltimi.

Senſus certiſſimi eſt diſcernere minima quæq, circa vnumquodque genus. ibidem,

Senſus exquiſitiores per partes quæ ſinceriorem ſanguinem habẽt abſolui neceſſe eſt, ex. 2. de partibus animalium. cap.10.

Sentiendi principium ſemper in medio quærendum eſt in ipſis animalibus, ex quarto de partibus animalium.cap.5.

Senſus communis cuius eſſe demõſtratum eſt in libro de anima eſt primo, & principaliter in corde ſecundum Ariſ.& Gal.dixit, ꝙ eſt in cerebro.2.colliget.cap.11.

Senſatorum motus quamuis ſit declaratum ꝙ veniat ad ſenſum ab extra, non eſt impoſſibile, vt fiat etiam ſimile per contrarium. 3. Colliget. cap. 38.

Senſibilia non mouẽt ſenſus, neque impellunt niſi remotiuſcula ſint, proindeq́, extrinſecus habeantur. Adiunctis innexisq́; nulli ictus eueniunt, quia aliquando iam ſe ſentirent ſenſus. Themiſtius. 2. de anima. cap. 19. in expoſitione tex. 52. Inde pãtet error Thomæ de Garbo, & Petri Pomponatij aſſerentiũ ſenſum cognoſcere ſuum actum; hoc enim eſt cõtra Philoſophum, & contra experimẽtum, nam forma exiſtẽs in ſubiecto non alterat ſubiectum, medici enim fatentur calorem in ethico febriente intenſiorem eẽ calore febris effimere, & putride, & tamen nõ ſentitur, quia eſt fixus in membris.

Senſus ſm Ariſt. minus patibilis eſt, q̃ ſenſorium, ſi enim ſenex oculo probo valenteque vteretur, videret ęque, ac iuuenis, non tamen prorſus impatibilis eſt, quia paſſionem ſenſorij obceſionemq́; ad quendã modũ agnoſcit, ſed intellectus potentię ſeparatus & omnino expers huius diſpendij eſt. Vnde impatibilitatem ſenſus diuerſam eſſe ab impaſſibilitate intellectus ſenſoria & internuntia declarãut, quia ſenſus à forti ſenſibili translatus ad imbecillia non poteſt ſentire, ſicut intellectus ab excellenti intelligibili ad inferiora, & humiliora poteſt ea exquiſite intelligere. Themiſt. 3. de anima. cap. 34. vbi concludit ſenſus eſſe minus paſſibiles, quàm inſtrumentum, intellectum vero prorſus impaſſibilem eſſe.

Sẽſus extremis mundi partibus eſt denegatus, extremas aũt mũdi partes cœlum, & plantas accipimus quanq̃ alia ratione cęlo, alia plantis eſt denegatus, plantis, quia præ ignobilitate naturæ, & craſſamento partem hanc, nec ꝓmereri, nec capere potuerunt Cęlo, quia eminẽtiore ordine dignationeq́. habebatur, q̃ vt ad hunc vſum deſcẽderet. Themiſt. 3. de anima. cap. 71. & eſt ex mẽte Ariſ. in 3. de anima. tex. cõ. 71. & 72. Collige aliquid negari in aliquibus propter perfectionẽ, in aliquibus aũt ꝓpter imperfectionẽ, ſicut aliq̄d attribui ꝑt alicui ꝓpter imperfectionẽ, aliquibus vero ꝑꝑ ſummã perfectionem & cõſequi finẽ ſuum ſine actione oĩ cõpetit primo principio, & cõpetit terrę, ſed p̃ĩo princ. ꝑꝑ ſummã ꝑfectionẽ, terræ vero ꝑꝑ oppoſitam cãm, ſicut hr̃ in. 2. cęli. in com. 66.

In ſenſu tria ſunt, ſenſibile, vis ſenſibilis, & actus, qui ex initu admiſſuraq́; illorum tãq̃ fętus excluditur, ita etiam in intellectu tria ſpectantur, intelligibile, vis intelligendi, & actus, qui de ambobus parit̃. Themiſt. in primo libro de memoria. cap. 11. ita etiam diuus Auguſt. in primo de trinitate, ex potentia, & obiecto paritur notitia.

Sẽſus, imaginatio, aſſẽſus, impulſio, actio, in animalibus ordine quodã diſpoſita ſunt, non. n. vbicunq; ſenſum repereris imaginationẽ ſubſequi neceſſe eſt, quandoquidẽ non oĩa aĩantia vim imaginãdi hr̃e cõcedimus, neq; itẽ oẽ3 imaginationẽ aſſenſus cõſequitur, nõ. n. globum ſolis pedali mẽſura ꝯſtare aſſentimur, tametſi id in nobis imaginatio percipit, poſt hæc non oĩs

aſſenſio

aſſenſio impulſum trahit, nã qui cuipiam quod albũ ſit aſſentit nõ continuo in id impulſũ defertur, aſſenſus. n. quo rebus adiicimur non eſt impulſus ille quo in res quę coram ad ſunt velut iam ſelectas agimur, id autẽ appetitus eſt. Accidit etiam, vt impulſione atq; appetitu plerunq; pciti nihil agamus, quoties appetitui, neq; conſilium, neq; deliberatio ſuffragatur. Alex. ſuïa in paraphraſi de anima. in cap. de phantaſia, quod nota propter qõnem illam difficilem de praxi quã noſtri Theologi diſcutiunt in prologo ſententiarum primi.

Senſus quinque ſunt qcunq; ſunt tanquã nuntij, & exploratores ſunt. Themiſt. 2. de aïa. tex. com. 147.

Senſus dati ſunt aïalibus ad ſalutẽ. 12. meta. cõm. 36. & 3. de anima. tex. cõm. 60. & 61.

Sentiẽdi vis in habẽtibus ſanguinẽ nulli parti exangui data eſt, nulla .n. pars exanguis ſentire põt, licet ſanguis nullo ſenſu pditus ſit, quippe q̧ nulla pars aïalis ſanguis eſt, ex. 2. de partib. aïal. ca. 10. Vide in contradictionibus nuper editis.

Senſorij ſinceritas cauſa eſt, vt drię ſenſibilium bene iudicenẽ. Ariſ. in 5. de generat. aïalium cap. 2. idem dicit de oculo ĩ fine primi capitis, vbi inquit, ꝙ quẽadmodum in veſte mũdiſſima, vel minima macula pſpicua eſt, ſic in puro ſinceroq; oculo, vel parua motio patet ſenſumq; efficit. At quod ꝓcul cernaẽ motuſq; à longinquis viſilibus deueniat, cauſa eſt ſitus oculorum. Vbi colligitur, ꝙ iudicium ſenſibilium venatur perfecte ex organi tẽperie, ſed diſtãtia ſentiendi ex ſitu organi.

Semẽ in vegetabilibus, ſperma ãt in aïalibus eſt. 1. phyſi. com. 62.

Semen eſt albũ ꝓpter ſpumã, & iõ errant, qui aſſerunt ſemen ethiopũ nigrũ eſſe. Auer in. 2. de gñone animaliũ. cap. 1. in fi. & vide ibi Ariſt. cap. 2. vbi dicit. Herodotum non vera ſcribere cũ nigram geniturã ethiopũ dicat, quaſi neceſſe ſit omnia nigra eſſe eorum quibus nigra eſt cutis, & qui dentes eorum albos eſſe cernere potuit.

Seminis natura ſpumoſa eſt, hocq; antiquos nõ latuit, quippe qui deã quę rei venereę pręeſt, ab ea ipſa facultate noïauerunt. Ariſt. in 2. de generatione aïal. cap. 2.

Semen ſm Ariſt. non eſt pars fętus, ſeu conceptus, & Gal. contradixit ei in hoc, & Auic. etiam dicit, ꝙ eſt pars fętus virtutum eſt pars formę & non materię. Auer. in. 2. de generatione animalium, cap. vtrum ſemen ſit animatum.

Seminis corpulentia diſſoluitur, & verſum in ſpiritum euaneſcit, cum naturam humidam, & aquoſam habeat. 2. de generat. aïal. cap. 3.

Semen dicitur agere in virtute ipſi⁹ ſeminantis, quod quidem iam eſt ſeparatũ, deſinitq; eẽ, & hoc eſt ſimile rebus admirabilibus i quib⁹ datur mouẽs quod mouet aliqd, & mox quieſcit, & remanet ſm ꝙ de ſe mouetur, & mouet hmõi motu quẽ acquiſiuit à primo motore ſic, & in natura, nã qñ id à quo ſemen efficiẽ pſtauerit virtutẽ nãlẽ ſemẽ q; mouet mãm ad pfectionẽ, & ꝓcreationẽ quo qeſcẽte remanet ſemẽ mouẽs ea virtute, ob quã rẽ nõ ẽ neceſſe, vt primũ mouẽs tãgat id qđ moueẽ ab ipſo vſq; ad finẽ gñatiõis, ſed tñ in principio rei. Auer. ſententia

ſententia in 2. de gener. anim. cap. 1. & eſt ſnia formaliter accepta ab Ariſt. ibidē. 1. capite verſus finem ibi. hæc igr̄ ſoluere conandū̄ eſt.

Ex hoc ſoluitur Achilles Scoti in 2. ſententiarum, diſt. 18. qui nō potuit imaginari quō ſemē agere poſſit in virtute patris.

Semen vt inſtrumentum habet tres proprietates ſm Ariſt. duę ſunt cōmunes rebus naturalibus, & artificialibus, ſed tertia eſt propria rebus naturalibus tantum. Prima eſt, ꝙ inſtrm non eſt pars rei factę. Secunda, ꝙ inſtrm ſeparatur poſt conſtituti perfectionem. Tertia q̄ eſt propria rebus naturalib⁹ eſt, ꝙ tangit omnes partes rei cōfectę intus & extra eodem mō, arte aūt tm̄ exteriora tanguntur. Auer. in 2. de gener. anim. cap. 1. vtrum ſemen ſit animatum.

Semen eſt inſtrumentū virtutis informatiuę p partem aereā ipſius. Auer. in 2. de genera. anim. cap. 2. vbi quærit, vtrum ſemen ſit animatum, & vide ibi pulchram digreſſionem contra Gale. & Auic.

Seminis profuſio nō intus fit vt quidam volunt, os. n. vteri anguſtum, ſed ante quo fęmina vaporem mittit & aut ibidē manet ſemen emiſſum, aut intus ab vtero trahitur ſi caliduseſt & modicæ temperatus, cuius rei indicium eſt ꝙ locus qui mō madebat reſiccatus mox ſentiatur, Ariſt. in 2. de gene. anim. ca. 4.

Semen a mulieribus emitti aſſerentibus accidit dicere ꝙ vbi foras emiſerint retrahāt intus, ſiquidē quod emiſſum eſt miſceri debet cū maris genitura, quod ita fieri ſuperuacaneum eſt, at natura nullam rem ſuperuacaneam facit. Ariſt. in 2. de gener. anim. cap. 4.

Semen tardius ex auibus emittitur q̄ ex piſcibus, vide cauſam in 1. de gener. anim. cap. 4.

Semen genitale piſcium lac appellari conſueuit, 8 de nā anim. ca. 15.

Seminis natura humida eſt. iō meatus ſeminis idem cōis cum excremento humidi alimenti habetur in aliquibus animalibus, 1. de gen. anim. cap. 13.

Semē verū ex vnaquaq; parte corporis proueniat, vide opinionem antiquorum, 1. de generatione animalium & quatuor eorum rationes ſuper hoc cap. 17. & vide improbationē iſtius opinionis in capitulo ſequenti, videlicet. 18.

Semen in emiſſione ſui cauſat vehementem voluptatem, propter pruriginem multam quæ accidit, quapropter ſiquis frequenter ea re vtitur minus afficitur voluptate, 1. de gener. anim. cap. 18.

Semen vtrum concurrat vt forma, & agēs an vt materia, vide 1. de generatione anim. cap. 18. & 20.

Semen & genitura differūt. ibidem.

Semen & fructus differunt. ibidem.

Semen nec in pueris, aut ſenibus, neque in egris eſt, vide cauſam ibidē, vide etiam Auicen. in 3. canone, tract. 1. in 21. Fen, in capitulo de Sterilitate & Difficultate imprægnationis.

Semen eſt excrementum alimenti vtilis atque vltimi. ibi. in fine capi.

Semen ſi proueniret ex membris organicis proueniret ex ſimplicibus, quibus ſunt ſimplicia mēbra. Ariſtotel. ratio contra antiquos, 1. de generatione animalium cap. 18. vbi patet elementa eſſe formaliter in mixto.

Semen ſanguinis excremētū eſſe ſignum efficax eſt, ꝙ qui re venerea immodice vtuntur, ſanguinē emittunt. Auer. 1. de generatione animalium, in 1. cap. vbi ponitur improbatio antiquorum de ſemine, & habetur ab Ariſt. ibidē cap. 19.

Semen in vita præditis in quibus ſexus maris & feminæ diſtinctus nō eſt, conceptus eſt, conceptum autē appello primam ex mare & femina mixturam. Ariſt. in 1. de gener. anim. cap. 20.

Semen confert ad generationē ſui qualitate ſm Ariſt. & non quantitate vt opinatus eſt Galenus 1. de generatione anim. Cōmen. in fine.

Semen apud Ariſt. eſt ſicut inſtrumentum, & mas eſt ſicut faber, & ſanguis menſtruus eſt veluti materia. Auer. ſententia in fine primi de generatione animalium, & habetur ab Ariſt. ibid. cap. vltimo.

Semen ſiue genitura ſe habet ad mēſtruum, ſicut coagulū ad lac, 2. de generatione animalium. Et nota ꝙ Auic. deceptus fuit ex hoc exemplo, vt refert Auer. in 2. de generatione animaliū in 1. ca. vbi quęrit: vtrum ſemen ſit animatum, deuenit n. Auic. ad hoc, vt aſſerat ſemē eſſe partem conceptus, non tamen ꝙ ſit pars materiæ, ſed eſt pars formæ, imaginatur. n. ipſum eſſe proprium calorem naturalem, aut ꝙ tranſmutatur ad calorem naturalē modica tranſmutatione.

Semen viri eſſe fecundū experimento in aqua, probatur certa ratione, quod enim tenue & frigidum eſt, cito diffuſum per ſumma innatat, quod fecundū eſt in imum deſcendit. Ariſt. in 2. de generatione animalium. cap. 5. in fine, idem in 3. de natura animalium. cap. vltimo.

Vbi aduerte ꝙ eadem in ratione, dicunt aliqui dum periculum facere volunt, an mulier grauida marē conceperit ꝙ̄ lacte extracto a mamilla & in aqua proiecto, ſi in imū deſcenderit marem concepiſſe, ſi ſupernatauerit feminam.

Semina fecunda ſunt quæ grandinis ſpeciem referunt eademq; potius marem fetificant, tenuia autē nec globulenta feminam gignunt, 7. de natura anim. cap. 1.

Semen in potentia continet omnes ſimilitudines, & patris & aui, & pro aui, & ataui, vſq; ad ſpeciem, ex. 4. de gener. anim. cap. 3.

Seminum virtutes aſſimilantur arti & intellectui, & differunt a virtutibus naturalibus, 7. meta. cō. 31. vide etiam. 12. meta. cō. 13. & 18.

Senes acutæ videre non poſſunt, nā cutis quæ pupillæ vocate obtendit vt cæterarum partium cutes obrugat & craſſior redditur. Ariſt. in 5. de gener. anim. cap. 1.

Senectus eſt naturalis morbus, morbus aūt eſt aduentitia ſenectus. Ariſtote. in 5. de gener. anima. cap. 4. ideo recte dixerūt medici, ſenes debere regi regimine cōualeſcentiū.

Septimus metaphyſicæ eſt tractatus primus eorum in quibus agitur de ſubſtantia. Cōmen. in prologo ſeptimi meta. Et aduerte ꝙ dicitur primus reſpectu octaui meta. quia iſti duo libri appellantur tractatus de ſubſtātia. Et nota ꝙ in iſtis duobus libris agitur de ſubſtantiis inſeparabilibus a materia, in quantum ſubſtantiæ ſunt & in quantum entia, ſed de ſubſtantiis ſeparabilibus agitur in 11. primę philoſophiæ, vt notat in eodem loco. Cōmen. qui eſt

eſt duodecimus ſecundum diuiſionem Latinorum.

Septimus phyſicorũ habet quatuor quæſtiones, quarũ prima eſt, vtrũ omne motũ habeat motorem. 2. ꝙ omnia mota in loco reducũtur ad vnum motum, ex ſe primũ qđ mouetur a motore in ipſo. tertia eſt, ꝙ omnis motor in loco eſt ſimul cum eo quod mouetur ab eo in loco!. quarta eſt, vtrum omnis motus habet proportionem cũ oĩ motu, 7. phy. cõ. 21.

Septenarius maximam vim habet in generatione inſectorum & ouiparorum, vt in morbis dies decretorius, 5. de gener. anim. cap. 20.

Separabilia ſermone .i. diffinitione exiſtimantur ſeparari ſm eſſe, ſed illud quod nõ ſeparatur ſermone, quanto magis non ſeparatur in eſſe, 7. primæ philoſophiæ. tex. cõm. 39. contra Plato. vide etiam Auer. in. 2. phyſicæ auſcultationis, in cõ. 19. ꝙ quicquid ſeparatur in eſſe, ſeparatur ratione, ſed non conuertitur, & 12. primæ phyloſophiæ. cõmen. 39. dicit, quòd intellectus innatus eſt. diuidere adunata in eſſe, ſicut diuidit materiam a forma, & formam a cõgregato ex materia & forma, vnde intellect⁹ multa poteſt diuidere, quæ natura non poteſt, & multa ſimiliter componit intellectus, quæ natura nõ põt.

Separatio & congregatio ſunt motus locales, 8. phy. tex. cõ. 77.

Separatis iudicare ſeparata non poſſibile eſt, neq; in ſeparato tẽpore, 2 de anima. tex. cõ. 146.

Serpentes longum ſibilum edũt. 4. de natura anim. cap. 9.

Serpentes qui ſunt multæ humiditatis & caloris, ſunt lõgioris vitę q̃ ſerpẽtes qui ſunt in locis calidis & ſiccis, aut frigidis & ſiccis, aut frigidis & humidis, ex commento ſuper libro de longitudine & breuitate vitæ.

Serpentis ſenectus vna fere die & nocte exuitur, 8. de natura ani. c. 17.

Serpentes vino incontinentes ſunt, proinde viperas aliqui vino cũ fictilibus ad ſepes diſpoſito venantur, ebriæ. n. capiuntur, 8. de natura animalium. cap. 4.

Serpentes & phalangia viuere poſſunt ſine cibo, qđ ex his quę pharmacoporę, id eſt pigmentarij alunt perpendi poteſt. ibidem.

Serpentibus proprium eſt inter animalia eiuſdem generis, vt reliquo quieſcente corpore caput vertere in auerſum poſſit, & vide cauſam in 4. de parti. anim. cap. 10.

Serpentes, ſtelliones, lacerti, crocodili fluuiales, menſibus quatuor frigidiſſimis latent hæc, nec per id tẽpus quicq̃ comedunt, lib. 8. de natura animalium. cap. 5.

Serpentes carent pene & teſtibus, & vide cauſam 1. de generatione animalium. cap. 6.

Sepia eſt oĩum molliũ aſtutiſſima, ſola. n. hęc ſuo vtitur atramẽto nõ modo cũ metuit, verum ẽt abſcondendi cã, 9. de natura aĩa. cap. 37.

Sepia plus ſeu copioſius atramentũ habet q̃ polipus & loligo, vide cauſam in 4. de partibus anim. cap. 5.

Sermo iſtæ põt exiſtimari magis ꝙ formæ quarum actiones apparent, in materiis ſunt ſeparatę q̃ ſermo Plat. de ideis, 7. meta cõ. 51.

Sermones compoſiti ex accidentib⁹, compoſitione ligata, quidam ſunt coniuncti per accidens, & quidam ſunt per ſe. ſ. per ſm modum prędi-

cabilium eſſentialium quę enume rata ſunt in poſterioribus in quib⁹ ſubiectum accipitur iu ſuba prędi cati,7.meta.cō.11.
Sermo qui eſt genus veri & falſi eſt ex compoſitione,& cum compoſitio non fuerit nō erit, neq; verum, neq; falſum,5.meta.co. 34.
Sermo vanus eſt qui eſt ex falſis pro poſitionibus & mala forma,1.phy. cō.10.& 22.
Sermones ſophiſtici facilius contra dicūtur q̄ diſputatiui,1. ph.cō.22.
Sermo per ſe dr̄ concludere in omni materia,1.phy cō.25.
Sermo demonſtratiuus inuatus eſt ſoluere oēs qōnes accn̄tes in re, 1. phy.cō.71.conſiſe 4.phy.cō. 31.
Sermo irrationabilis eſt vt ſit cauſa naturaliter ignota, 2. phy. cō. 47. conſimile 1.de gener.& corru. cō. 19.& 3.de anima.cō.4.
Sermones diſputatiui ſunt falſi ſm partem, & non ſm totum 3. phyſi. cō.56.idem 1.phy.cō.52.
Sermones dialectici apud Ariſt.ſunt ſermones veri, qui componuntur ex accidentibus vniuerſalibus non propriis,8.phy cō.& tex.70. idem 1.cœli & mundi.cōmen. 70. &. 4. phyſi. 87.
Sermo de principiis eſt ſermo de oībus in potentia,1.cęli.cō.33.
Sermo poſteriorū debet eſſe rectior q̄ ſermo priorū,4.cęli cō.11.
Sermo quidditatiuus debet ſoluere quæſtiones circa res ſenſibiliter contingentes, 1. de anima. cō. 21. idem.4.phyſic.cō.31. & 8 phy.cō. 22.idem 1.cœli.cō.22.1.de anima cō.11.& textū.
Sermo de nutrimento & augumen to non perficitur niſi in pluribus li bris,2.de aīa.cō.50.vñ in li. de aīa non eſt declaratus niſi primus mo tor & inſtrumentum talium motuum,vt dicit Cōm in cō.
Sermo maximus authoritate Platonis debet eſſe in principio , quia paruus error in principio eſt cauſa maximi erroris in fine, ſicut dixit Ariſt. 3.de aīa cō.4.
Sermo dicens ꝙ omnia ſunt neceſſaria, nullus eſt,& in meta. contradicitur,2.phy.cō.48.
Sermo de motu in. lib phy. non eſt ſm ꝙ eſt motus alicuius corporis, 5.phy. cō.45.
Sermo de anima eſt multum profundus,ſed deus appropriauit eum ſapientibus profundis ſcientia, & ideo dixit Iob.Simplex homo ſum ego,& ignoro animam meam. Ex phyſicis diſputationibus, diſpu. in ſolone.7.dubij.
Seſea differunt a contiguis, qm̄ ſeſe & contiguum,& ſequens. 5.ph.26.
Seſea poſſunt eſſe corpora & nō corpora,ſed contigua neceſſario ſunt magnitudines. 5.phy. 22.
Seuum eſt excrementum terreſtrioris ſanguinis, q̄ ſit adeps, ex 2. de partibus animalium.cap.5.
Seuum īmoderatum non confert ſanitati, & inducit ſenium & mortem. ibidem.
Sex differentiæ poſitionis ſunt manifeſtę in homine per ſe, ſed in mundo indigent demōſtratione.Cōm. 8.phy. cō. 64.
Sextus phyſicorū appellatur de motu,aut quia finis eius eſt perſcrutari de motu,aut quia plura quæ cōtinētur in eo ſunt de motu, aut qa finis eius ſūnt iſta duo,1.cę.cō.37.
Si ſenex accipiat oculum iuuenis videbit vtiq; ſicut iuuenis, primo de anima.tex.cō.65.

Si eſt, & quod quid eſt eiuſdem rationis eſt manifeſtum facere, 6. metaphy tex. cõ. 1. intelligitur quãdo ſi eſt inueſtigatur a priori, vt dicič etiam in 2. poſteriorum.

Si non eſſet aliqua ſubſtantia præter natura cõſiſtentes, phyſica vtiq; eſſet prima ſcia, ſed ſi eſt aliqua ſubſtã Imobilis hæc prior, & philoſophia, prĩa 6. met. te. cõ. 3. vide q̃ ſcripſi in proprio Theoremate de hoc, & cõſidera q̃ ſciẽ de ſubſtãtia conſiderantes ſunt naturalis & ſcia diuina, nã nulla mathematicarum de ſubſtantia conſiderat excepta aſtrologia, quæ quodãmodo etiam naturali ſubalternatur, & ideo ſi non eſſent ſubſtãtiæ aliæ niſi naturales, ſequitur primã philoſophiam eſſe naturalem, quia prima philoſophia eſt primi entis ſimpliciter, tale autem eſt ſubſtantia non accidẽs, & ita ex parte obiecti ſimpliciter nãlis philoſophia eſſet prima philoſophia.

Si ſimile a ſimili pateretur, tunc idẽ a ſeipſo pati poſſet, 1. de genera. & corru. tex. cõ. 48.

Si aliquod eſſet ſeparatum calidũ, hoc nihil pateretur, primo de generatione & corru. tex. cõ. 55.

Siccitas difficilior eſt ad humectandum q̃ humiditas ad exiccandum, ſicut frigiditas difficilius eſt ad calefaciendũ q̃ caliditas ad infrigidandum, 7. Colľ cap. 25. & eſt ſnia. Gal. in 9. de ingenio ſanitatis.

Siccitatis proprietas eſt quod difficulter retinetur ab alio, & retinetur ex ſe, 4. metheorotum. tex. cõ. 1. & 2. de generatione & corruptione. tex. cõmen. 9.

Siccitas etiam fit a frigiditate quę eſt in materia ſicca, nã frigiditas quæ eſt in materia humida, vt eſt frigiditas aquea operatur humiditatẽ, 4. metheororum. cõ. 1.

Siccitas producitur a calore, 1. & per ſe. ibidem.

Siccitas innata eſt retinere formã lõgo tpe, licet ſit difficilis receptiõis. Ex lib. de Memo & Remini.

Siccitas longe a vita remota eſt, humor vero viuificus eſt. Ex 2. de generatione anim. cap. 1.

Siccum eſt bene terminabile termino proprio, difficile vero terminabile alieno, 2. de gener. & corrupt. tex. cõmen. 9.

Sicco opponitur humidum & vdũ, 2. de gener. tex cõmen. 14.

Siccum & humidum dicuntur multifariam. ibidem.

Signa demonſtratiua ſunt illa quæ conuertuntur cum ſuis cauſis, ſ. cũ ponatur cauſa ſequitur ſignum & econuerſo, 6. phyſi. cõ. 15.

Signa confici poſſunt ex propoſitionibus poſſibilib' & neceſſarijs, ſed neceſſe eſt ut maiores ſint neceſſariæ, ſi cõcluſio debet eſſe neceſſaria 7. phy. cõ. 2.

Signa membrorum intrinſecorum vniuerſaliter dare difficile eſt, & iõ medici iſtam partem dimiſerunt, 4. Colľ. cap. 2.

Signa vera ſunt poſteriora, & cum fuerint poſita conſequuntur præcedentia, & cum præcedentia fuerint poſita conſequuntur poſteriora. 3. cœli. cõ. 69. *(vid an pri ma ps ꝓpõnis con tradicatdi ctis in 26.)*

Simitas eſt in naſo de accñtibus eſſẽtialibus, ſed albedo in homine eſt de accñtibus non eſſentialibus, 7. meta, cõ. 17. ſed obuiabã, quia cũ propoſitio per ſe ſit de omni, ſi iſta eſt per ſe, naſus eſt ſymus, ſequitur omnem naſum eſſe ſymum, quod eſt falſum, vide ſolutionem huius

a Themiſt 1.poſterio.cap.10.

Simia quia eſt forma ambigua inter bipedia & quadrupedia animalia, vt bipes cauda caret, & quadrupes caret natibus, ex 4. de partibus anim.cap.9.

Simia inter quadrupedes ſola cilia habet in inferiori palpebra Ariſto. in 2.de natura animalium.ca.8.

Simul & ſeorſum diffiniuntur. 11. primæ philoſophiæ. cap. 11. & in 5.phy.tex.cõ.22.generalius aũt diffinitur ſimul in prædicamentis.

Simul ſunt ſm locum, q̃cũq; in vno loco ſunt primo. 5.ph.tex.cõ. 22.

Simul eſſe opponitur ad eſſe ſolum, & tangere opponitur ad eſſe ſeparatum, 5.phy.cõ.30.

Simul in ſua diffinitione recipit locum. ibidem.

Simul quandoq; importat priuationem prioritatis & poſterioritatis, & in tempore, & quandoq; priuationem prioritatis & poſterioritatis in cauſa, 2. de anima. cõm. 115.

Nota etiam ꝙ quandoq; importat priuationem diuerſitatis ex parte locorum, vt 5.phyſi.tex. cõ. 21. ſimul quidem igitur dicuntur eſſe ſecundum locum, quæcunque vno loco ſunt primo.

Simbolum habentia facile tranſmutantur, 2.de gener. & corruptione. tex.cõmen.25.

Similia dicuntur multifariam, vide. 10.meta.tex.cõ.10.

Similitudo parentum poſt plura genera redditur. Ariſt.in 1.de gener. anim.cap. 18. vbi dat exemplũ de elide, quæ cum ęthiope concubuerat, & non filiam forma æthiopis peperit, ſed erat ex filia ęthiopis.

Similia ſunt quorum qualitas vna eſt, 5.meta. iu ꝑap. de eodem & diuerſo, & in tex.cõmen.20.

Simile fieri a ſimili, iſta propoſitio verificatur tribus ꝯditionibus, vt ſit in agente & non inſtrumẽto, vt ſit in propinquo & nõ remoto, & vt ſit eſſentialiter & non accidentalr, 12.meta.cõ.24.authoritate Alexã.

Similiter calidũ & frigidũ, aut durũ & molle non ſentimus, ſed excellẽtius tãq̃ ſenſu, velut medietate exiſtente eius, quæ inſenſibilibus contrarietatis, 2.de aĩa.tex.cõ.118.

Similitudo adeo incrementum procedit, vt ſolum cõe relinquatur, 4. de gener.anim.cap.3.

Similes fiunt filij parentibus non ſolum in mẽbris naturalibus, verum ẽt in nõ naturalibus, tandẽ in maiori parte reꝝ accñtaliũ, vt narrauit Ariſt. de cicatrice, quã habuit quidam pr̃ in vno mẽbro, quam filius reportauit in eodem mẽbro. Ego quoq; vidi in filio meo maiori qui habebat veſtigium in mãmis ſuis, quod ſignum habuit auus ſuus ex matre in mãma, verum in eo erat paruum, ſed neſcio vtrũ efficietur maius vel ne. Auer.in primo de generatione anim.cap. de improbatione antiquorum.

Simplicia ita ſe habent ꝙ veritas & falſitas in eis non eſt, ſicut in compoſitis, quia verum in talibus eſt attingere, non attingere autem eſt ignorare, tale aũt nõ eſt falli. 9. metaphyſi.tex.cõ.22. & inde ſumitur ꝙ ſimpliciter ſimplicia, aut ſimpl̃r ſciuntur, aut ſimpl̃r ignorantur, & intelligitur de ſimplicibus quæ sũt abſtracta a materia, ſicut eſt Deus & intelligentiæ.

Simplicium ſubarũ ignorãtia non eſt, ſicut cęcitas. cæcitas.n.ẽ vt vtiq; ſi intellectum oĩno non habeat aliquis,

quis,9.meta. text.cō.vltimi. Inde elicitur ex mente Ariſtotel. intellectum noſtrum poſſe intelligere intuitiue ſubſtantias abſtractas pro ſtatu iſto,& Beatus Thomas in præſenti loco ab ipſa tandem veritate coactus,hoc idem fatetur, inquit enim ex hoc patere ꝙ ſm ſententiā Ariſt. humanus intellectus poteſt pertingere ad intelligendum ſubſtātias ſimplices; quod videtur ſub dubio reliquiſſe in 3. de anima,& tamen in principio ſecundi ipſe & Scotus grauiter inſurrexerunt cōtra mentem Cōmenta.hoc aſſerētes dum dicebat illud exemplū de veſpertilione,non oſtēdere impoſſibilitatem,ſed difficultatem, & iā tu videre poteris ꝙ illa Cōmenta. expoſitio eſt ſumpta,ex præſenti loco,quia Philoſophus dicit expreſſe ignorantiam talium in nobis non eſſe,qualis eſt cæcitas in oculo.

Simplicia carent potentia omnino, & illud in quo eſt potentia eſt compoſitum,9.meta.cō.2.

Simplicium non eſt quæſtio nec doctrina,ſed alter modus quæſtionis talium,7.meta.tex.cō. 60. vbi dicit Cōmenta.ꝙ eſt manifeſtum ꝙ in rebus ſimplicibus non compoſitis nō quæritur,neq; ꝑ quare,neq; ꝑ quid,ſed q̄ſtio in iſtis ē alio mō.

Simpliciter quandoq; dicit cōmunitatem & vniuerſalitatem, 2.phyſi. cōmen.61.

Simpliciter poteſt ſumi pro communi ad id quod eſt eſſentialiter & accidentaliter,& illo modo dicit Ariſt. in 8. phy. tex. cōmen.46. ꝙ primus motor non mouetur ſimpliciter,quia neq; per ſe,neque per accidens. Poteſt etiam ſumi ſimpliciter ut diſtinguitur contra ſm quid, & iſto mō dr̄ id quod ſubſtāntialiter transmutatur ꝙ trāſmutatᵉ ſimpl̄r, quia tranſmutatio in ſubſtantia eſt vera tranſmutatio,trāſmutatio vero in accidentibus eſt tranſmutatio ſm quid, vt patet 1. phy.tex.cō.62.& 1. de generatione & corruptione tex. cōmen. 17. Diſtinctio iſta colligitur ex cōmē. 46. octaui phyſi.placuit etiam nobis hic adducere alias ſignificationes. Quandoq; ſummitur ſimpliciter, idеſt ruditer & inconſiderate,vt tertio de generatione animalium.cap.6.vbi dicit, hæc enim & Anaxagoras & alij quidam naturales ſimpliciter valde & inconſiderate,qui in auium ratiocinatione ita falluntur. Vnde ſimpliciter etiam apud philoſophos diſtinguitur cōtra multipliciter,& ſic ſumpſit Philoſophus ſecundo de anima. text. cōmen. 61. vt exponit ibi Commenta. & Porphyrius dum dixit, videtur autem neque genus, neq; ſpecies ſimpliciter dici.i. vno modo, ſed multipliciter, vt patet. Quandoque ſumitur ſimpliciter. idеſt quo ad naturam, vt primo phyſic. non eadem ſunt nobis nota,& ſimpliciter. Quandoq; ſumitur ſimpliciter pro vniuerſaliter,& in hoc ſenſu plerunque ſumitur apud Ariſtotel. Commen. ſecundo phyſic.commen.61. ſimpliciter quandoque dicit communitatem & vniuerſalitatem. Quandoque ſumitur pro proprie vt dicimus hominis generationem eſſe ſimpliciter.i. proprie. Quandoque ſummitur vt diſtinguitur contra per accidens,& ita ſummitur primo phyſico. text commen. 75. vbi dicit Philoſophus, nos au-

tem & ipſi dicimus nihil fieri ſim-
pliciter ex eo ꝙ non eſt, ſed ſm ac-
cidens, & in 2. phyſi. tex cõ. 54. vbi
dicitur. eſt autem ſicut accidẽs for-
tuna cauſa, ſimpl'r autem nullius.
Quandoque ſumitur pro manife-
ſte vt 1. de aĩa. t. c. 23. vbi. d. ꝙ De-
mocri. ſimpl'r dicit aĩam & intelle-
ctũ idẽ eſſe. i. manifeſte, quia ponit
ibi drĩam inter opinionem eius, &
Anaxa. de quo. ĩ t. c. 24. d. Anaxa.
aũt minus certificat de ipſis, vbi lr̃a
Arabica dicit; latentius aũt Anaxa.
loquebat' de illis. Sũmit' qñq; ſim-
pliciter ꝓ principaliter, & ſic ſum-
pſit Philoſophus in 2. de aĩa. te. cõ.
40 & 41. contra antiquos qui aſſe-
rebant nutritionem & augmenta
tionẽ ſimpl'r eſſe ab igne. i. princi-
paliter. Ariſto. autem vult ꝙ ignis
concurrit vt concauſa ſeu inſtr̃m.
ſed aĩa, ſicut cauſa principalis. Quã
doq; ſũmitur ſimpl't. i. neceſſario,
& ſic Ariſt. ſumpſit in 2. phyſi. tex.
cõm. 57. vbi ponit conuenientiam
inter caſum, & fortunam dicens,
ꝙ non ſunt in his quæ ſimpl'r, neq;
frequenter fiunt. vbi expoſitores &
Cõmen. per ly ſimpl'r, exponunt ea
quæ fiunt neceſſaria, quandoque
ſumitur ſimpliciter. i. ſine diſtin-
ctione, & ſic ſummitur 2. de ani-
ma. tex. cõ. 55. vbi dicitur, diuiden
dum autem eſt de potentia & actu,
nunc enim vtimur ipſis ſim plici-
ter. i. vſi ſumus hactenus iſtis ſine
diſtinctione & determinatione.

Simplex quodlibet caret potentia,
& quod caret potentia eſt ſimplex,
8. phyſico. cõmen. 78. Vide in con-
cordantiis.

Simplex & vnum non idem ſunt.
12. metaph. tex. cõ. 37. vbi Cõmen.
dicit, ꝙ vnumquodq; dicitur duo-
bus modis, vel abſolute, vel in com
paratione. Abſolutum, vtriuſq; eſt
illud quod caret materia, & omni-
no non eſt indiuiſibile, ſimplicitas
famoſior ſignificatio eſt ſimplex
abſolutum, per ſimplex autẽ abſo-
lutum intelligas id, quod caret ma
teria, & eſt omnino indiuiſibile,
in hoc enim etiam eſt differentia
inter ſimplex & vnum, quia famo
ſior ſignificatio vnius eſt illud qđ
dicitur de continuo, & tale differt
a ſimplici, quia ſimplex non eſt di
uiſibile potentia nec actu, ſed vnũ
dictum de continuo eſt diuiſibile
potentia nec actu, in potentia, li-
cet ſit vnum in actu.

Simplex non permutatur, neq; ad
aliam ſubſtantiam conuertitur. Ex
libro deſtru. diſput. 2. in ſolutione
vlti. dubij, vbi adducitur authori-
tas Hippocratis. in libr. de natura
humana ſatis pulchra & ad pro-
poſitum.

Simplex pluribus modis dicitur, vel
quia non componitur ex pluribus
partibus, & tamen componitur ex
materia & forma, & ſic appellãtur
corpora ſimplicia, Vel quia non cõ
ponitur ex materia & forma, vt cor
pora cœleſtia, Vel tertio, quia diffi
nitio totius & partis eſt vna, licet ta
lia ſint compoſita, ex quatuor ele-
mentis. Ex lib. deſtru. diſp. 3. in ſo-
lutione. 23. dubij.

Simplices res non habent cauſam a-
ctuum procedentium ab eiſdẽ niſi
naturas & formas earum. verbi g.
terra non habet cauſam deſcenſus
niſi ſuam ſimplicem naturam ter-
reſtreitatem, & ſic de aliis ſimplici-
bus, ſed compoſitæ res habent agẽ
tes cauſas præter ſuas formas, &
illæ ſunt cauſæ illarum ſecundum
compoſi-

compoſitiones & cõpaginationes illarum & earum partium adinuicem. Ex diſp. 14. in ſolõne vlti. du.

Simplicia corpora ſunt quęcunque motus principium hñt ſm naturã 1. cęli tex. com. 7. Et intelligitur de motu ſm locum, vt exponit Com. in com. & in paraphraſi. in ſumma quarta, idem dicit, vnde illa eſt diſfinitio ſimplicis corporis, ex qua vt aſſerit Commẽ. intelligitur diſfinitio corporis compoſiti, & eſt illud quod in ſe habet principia plura vno.

Simplicis cognitio dabit tibi cognitionem cõpoſiti, quinto colliget. capitulo 58.

Simpliciũ corporũ ſimplices ſunt motus, & mixti ſunt compoſitorũ, 1. cœli. tex. com. 7.

Simplicia cum compoſitis & compoſita adinuicem non ſunt eiuſdẽ naturę, 3. cęli. c 8. vbi collig. ꝙ grauitas & leuitas in elemẽtis nõ ſunt eiuſdem rõnis inter ſe, nec cũ compoſitis cõparata, quia grauitas terræ nõ ẽ eiuſdem naturæ cũ grauitate aquæ, quia pars parua terræ ẽ grauior aliqua pte maiori aquæ. nec grauitas ſimplicium eſt eiuſdem naturæ cum grauitate cõpoſitorum, quia pars parua plumbi ẽ grauior parte maiori terræ. Conſimilem ſẽtam tenet Alex. in 1. libro naturalium qõnũ. De alijs ẽt qualitatibus elementorum qõ eſt, vbi tenet ꝙ ſiccitas terræ & ignis, non ſunt eiuſdem ſpeciei, nec humiditas aquæ & aeris, & iſtam opinionem & ſequitur Simplicius in ſecundo cœli.

Singularibus recedentibus a ſenſib⁹ neſcimus vtrum ſint aut non ſint, 7. meta. t. cõ. 35. vbi Com. in com. dicit, ꝙ non habemus certitudinẽ, ſed exiſtimationem.

Singularium non eſt diffinitio, 7. meta. tex. com. 35. & primo poſteriorum analiticorum.

Singularia, aut intelligentia, aut ſenſu cognoſcuntur. ibidem.

Singularia ſunt notioria apud nos, quàm magis vl̃ia, 7. meta. cõ 10. & tex. & primo poſteriorũ. Vide in concordantijs ſuper primo phyſic. nuper æditis.

Singulum non videtur aliud eſſe a ſumer ſubſtantia, 7. meta. t. c. 20.

Singularium ſm actum ſenſus eſt, ſcientia vero eſt vl̃ium, 2. de ani. tex commen. 60.

Singularia pręcedunt vl̃ia in eſſe, ſꝫ vniuerſalia præcedunt ſingularia in intellectu, 12. primæ philoſophiæ c. 27. authoritate Alexãdri.

Singularium hominũ dr̃ia a materia proficiſcitur, formæ. n. p quas ſunt homines nullam inter ſe dr̃iã hſe cernuntur. Alex. in paraphraſi de ani. Ita. de intellectu in habitu, idem ſentit The. in 1. de ani c. 24. vbi habet, ꝙ omnia quæ eadẽ ſpecie ſunt participatione materiæ diſtinguuntur, idem tenet Cõ. in libro deſtruc. in diſputa.

Singularium ſubſtantiarum ſenſibilium, nec diffõ, nec demõſtatio ẽ, quia habent materiam, cuius natura talis eſt, vt cõtingat & eſſe, & nõ eſſe, 7. meta. tex. com. 53.

Situs qui eſt prædicamentum dicit ordinem partium in loco, ſ d ſit⁹ qui eſt dr̃ia quanti, dicit ordinem partium adinuicem, 5. metaphyſi. commen. 24.

Situs eſt ad aliquid, & ideo in prædicamento ſitus impoſſibile eſt motum eſſe, 6. phy. com. 85.

Sitis

Sitis eſt appetitus frigidi, & humidi
fames vero calidi & ſicci, 2. de ani
ma textu commen. 28.

Socratis iunioris parabola de aĩali
non bene ſe habet, abducit enim a
veritate & facit ſuſpicari quaſi con
tingens ſit hoĩem eſſe ſine partib',
ſicut ſine ære circulum, 7. meta. te.
com. 39. vbi p iuniorẽ Socratẽ ex-
ponit Com. Platonem qui fuit So
cratis diſcipulus, quia Socrates fuit
primus qui de ideis diſputare cepit
vt recitat Euſebius in libro 10. de
euangelica præparatione, & quia il
lam opin. Plato excoluit, licet mul
tum ſit Platonis opinio diuerſa ab
opinione Socratis, vt teſtatur Ariſ.
in 13. primæ philoſophiæ, nã So-
crates non poſuit vniuerſalia ſepa-
ta ſicut Plato, vnde Ariſt. in primo
de partibus aĩalium. cap. 1. dicit, ꝙ
Socrates temporibus vſus quidem
diffiniendi increuit, ſed indagatio
rerum nãlium deſijt, nam oẽ phi-
loſophandi ſtudium ad vtilem vir
tutem ciuilemq; vſum cõuerſum
eſt, idẽ primo primæ philoſophiæ
tex. com. 5. Socrates circa moralia
philoſophante, & de tota natura ni
hil. Plato aũt vbiq; locorũ dum de
ideis diſſerit introducit Socratem
diſputantem, quod notauit Philo-
ſophus ẽt in ſecundo de generatio.
& corruptione, in tex. com. 52. vbi
ſcribit, ſed hi ſufficientem exiſtima
uerunt ad generationem cauſam
ſpecierum naturam quemadmo-
dum in phedone Socrates.

Socrates circa moralia negociatus ẽ
& de tota natura nihil, primo me-
taph. tex. com. 5. idem Commen.
in prologo 1. phy.

Socratis temporibus homines perce
perunt cauſam finalem, & ideo in-
ceperunt regere ciuitates, 1. meta.
com. 50.

Socrates apud Athenienſes dubitans
ne a perfectione humana expolia-
retur, elegit mortem præ vita, nam
pp virtutem mortuus fuit Auerr.
in prologo phy. de hoc Diuus Pla-
to fecit elegantem apologiam.

Socrati non fuerunt declarate viæ
diſciplinæ cões, & propriè per vias
intellige ſcientias ſpeculatiuas, vt
declarat Commẽtator primo phy
ſi. commen. primo, idem Philoſo-
phus in primo metap. tex. com. 5.
Socrate circa moralia philoſophã
te, & de tota natura nihil, idem aſſe
rit de Socrate Galenus in libro de
hiſtoria Philoſophorum.

Socrates concionans apud Athenien
ſes dixit, o homines ego non dico
ꝙ veſtra ſcientia ſomnialis diuina
ſit falſa, ſed dico ꝙ ego ſum ſciens
ſciam humanam. ibidem Auerro.

Sol aut ſpiritus primordium gene-
rationis præſtat vermibus & omni
bus animalibus quæ ex vermibus
proueniunt.

Sol & aliæ ſtellæ ſunt principium cu
iuſlibet viui in natura. 12. meta. cõ
men. 18.

Solis calor & ſtellarum diffuſus in
aqua & terra gñat aĩalia ex putre-
factione generata, & vlt omnia q̃
non fiunt ex ſeminibus. 12. primæ
philoſophiæ. com. 18

Sol & aſtra ſemper agunt, & non eſt
timendum ne quandoque ſtent. 9.
met. tex. com. 17.

Sol & orbis decliuus ſunt principiũ
generationis eorum quæ fiũt a nõ
ſimili, ſed eorum quæ a ſiſi nõ tm̃
eſt in principium. ſimile in ſpecie,
ſed vnà cũ ſole & orbe decliui. 12.
meta. com. 40. & 13. & 18.

Sol,

Sol, & Luna, & aliȩ ſtellæ (vt dixit Themiſtius) aut ſunt formæ non ĩ materia i. corpora ſpiritualia, aut habent materiam æquiuocè cum iſtis, vltimo cap. de ſubſtantia orb. idē 8 primæ philoſophiæ. cō. 12

Sol & ſtellæ calefaciunt duobus modis, vnus eſt motus, alius eſt reflexio luminis. Commen. primo metheo. com. 1. & 2. cœli. com. 42. idē 2. capite de ſubſtan. orbis.

Sol cum calefacit terram aſcendunt duo genera exhalationum, vnum eſt exhalatio calida, & ſicca fumoſa, aliud vero eſt frigida & humida aut calida & humida vaporoſa. 1. metheo. commen. 1.

Sol & aliæ ſtellæ cum aſcendunt in aere groſſo videtur rubeȩ & ignis in fumo. primo metheor. cō. 1.

Solis maxima diſtātia & tarditas partium motus cœli vltima faciunt eſſe frigoris, econtrario de velocitate & propinquitate. 2 metheororū cap. 2. idem 2. cœli. cō. 94.

Sol per totum annum æſtatē & hiemem facit, at vero luna per menſem id agit non acceſſū diſceſſūq; lunæ, ſed alterum in creſcēte luce, alterum in decreſcente. Ariſtot. in 4. de genera anima. cap. 2.

Sol eſt maximus ſtellarū & denſior & magis luminoſus. 2. cœli. cō. 42.

Sol magis calefacit in æſtate quàm in hieme. vide cām 2. cȩli. cō. 42.

Sol vnus quum ſit non tñ lumē, ſuū æqualiter omnibus exhibet, aliter aerem, aliter aquam, aliter lapidē, aliter lignum, aliter argentum collustrat, item aliter color purpureus aliter viridis participant lumen. Themiſtius primo de ani. cap. 24.

Sol ſm Ariſto. eſt ſub mercurio, & venere, ſed Ptolome⁹ & oēs Aſtrologi in hoc aduerſantur Ariſto. 2. cœli. com. 58.

Solis motus non incōuenit vt ſit velocior motu mercurij & veneris, quãuis ſit ſupra propter abundantiam ſuæ potentiæ ſupra potentias earum 2. cœli. com. 58.

Solem nullus mathemathicorum aſſeruit eſſe pauciorum motuum, q̄ reliqua ſydera, ſicut nullus recuſat inferiorem eſſe alijs ſyderibus lunam 2 cœli. in paraphraſi ſumma tertia, quæſito 5.

Solem lunamque admittendo paucioribus motibus moueri & inferiora eſſe alijs ſyderibus pp duorū alterum euenit, aut quia nequeūt attingere eam dignitatum multitudinem quam corpora media inter hæc & ſupremum orbem poſſidere valent, qualis eſt diſpoſitio reliquorum animantium cū homine. aut quia nequeunt poſſidere niſi dignitates inferiores dignitatib⁹ quas poſſidēt corpora intermedia, qualis eſt diſpoſitio planetarū cū animalibus. Commē. in paraphraſi ſecundi de cœlo, ſumma tertia, quæſito 5. Et nota hoc, quia in cōmento magno hoc non aſſeruit, & eſt dictum ſubtile valde, propterea quia diſtantiæ entium ſunt valde diuerſæ.

Sol propinquis & remotus facit cōtraria 12. metaphy. tex. com. 33. & 34. & in 2. de ge. & cor. r. cō. 56.

Sol ab antiquis vocabatur dominus vitæ. 12. meta. com. 34 & ibi vide cām, & ēt in cō. 53. Vbi aduerte φ hoc eſt in cā cur Homerus ſolē magnū Iouē appellat. Iliados ſecūdo ἐννέα δὴ βεβάσι διὸς μεγάλου ἐνιαυτοὶ, ζεὺς enim apd græcos dī παρὰ τὸ ζῆν qa ē dator vitæ.

Solem & ſtellas dicere eſſe finitas & hr̃e potentias infinitas non eſt rectū. 12. me. c. 41. authoritate The.

Solis & ſtellarum potentia infinita in eis, non eſt naturalis in eis neq; ſm ꝙ ſunt corpora, ſed aut pendet ex prima cauſa, aut ex alia exiſtēte in eis ab illa potentia, q̃ non eſt corpus. 12. metaph. cō. 41. authoritate Themiſtij.

Soli antiqui dant vitam & Saturno res fixas. 12. me. com. 44.

Sol pp magnitudinem eius & actionis eius in entibus, & pp hoc ꝙ apparet ꝙ motus aliarum erraticarū ordinantur ſm motum ſolis, & cōſequuntur ipſum videntur hr̃e motorem priorem oībus erraticis ibi.

Sol & Luna (vt apparet) nō hn̄t retrogaditionem & ꝓgreſſionem, ſed velocitatem & tarditatem. 12. meta. com. 47.

Sola hæc ponenda ſunt rōnabiliter quæcunque in multis aut in oībus ſunt exiſtentia primo cœli. cōtra Platonem tex. c. 101. vbi Auerr. in cōmento ſcribit, non debemus credere aliquam diſpōnē eſſe in aliqua re, donec inueniamus illam diſpoſitionē in omnibus, aut in maiori parte illius rei.

Sollicitudo diuina cum non potuit facere iſta eſſe æterna ſm indiuiduum miſerta eſt, & dedit virtutē per quam poſſint perpetuari ſm ſpeciem. 2. de anī. c. 34. & tex. c. 35. idem primo cœli. com. 92. & 2. de gener. & corrup. com. 59.

Somniauit quidam ſe in balneo ſanguineo balneari, cui Galenus præcepit vt flobothomaret, & alij medici ſequentes viam Eraſiſtratis ꝓhibuerunt minutionem, & iniunxerunt abſtinentiam & exercitiū, & abſtinendo facta fuit diſſolutio humorum, & inde duplicatus fuit calor & extinctus fuit, ſicut extinguitur lampas ex multitudine olei, qn̄ ſuperabundat. ex 7 colľ. cap. 1. vnde pcipitur in repletione quo ad vaſa fieri flobothomiam, aut pharmaciam propinari, quia abſtinētia & exercitium in hoc caſu nō ſufficiunt.

Somni tempore, humiditates abundantes in cerebro mouentur, vt declarat Auer. authoritate Auēzoar. 4. colľ. c. 45. de illo cuiꝰ fluxꝰ multiplicabatur in ſomno, cui adhibita cura ad ſolū cerebrū ſanatꝰ fuit.

Somnus & quies in animalibus ſunt pp laborē, labor aūt in eis nō ē, niſi quia in eis eſt principium cōtrarium motui animæ. 2. cœli. cō. 3.

Somnolenti ſunt habentes venas cōditas & exiles. ex libr. de ſomno & vigi. & vide Themi. cap. 17.

Somnolenti ſunt nani & pueri. ibi.

Somnus accidit contēplantibus. vide cauſam in libro de ſomno & vigilia. & The. ibi. cap. 19.

Somno exiſtente ſuꝑiora & extrema corpora frigent, inferiora vero & intrinſeca membra calent. vide cauſam in libro de ſomno & vigilia. The. ibi cap. 20. & 21.

Somni operationes in corporibus ſunt digeſtio & humectatio. 6. colliget. cap. 4.

Somnus ſuperfluus extinguit calorem naturalem, & corpus inducit ad humidam diſpōnē. ibid.

Somnus eſt profundatio ſenſus cōis a cerebro ad cor. vigilia aūt eſt aſcenſus iſtius ſenſus a corde ad cerebrū. 3. colľ. cap. 41. de accidentibꝰ ſomni & vigiliæ.

Somnus non eſt omnis interceptio

aut

aut in potentia ſentiendi, ſed ſolū ea quam euaporatio alimenti cōmittit. ex libro de ſomno & vigil. vide etiam The. ibid. cap. 14.

Somnus eſt priuatio vigiliæ. ex lib. de ſomno & vig. in principio.

Somnus eſt ligamentum virtutum & confirmatio earū: & vigilia eſt diſſolutio virtutum & debilitas earum ibidem.

Somnus perfectus & gaudium non inueniuntur niſi in habētibus cōmunē ſenſum perfectum. ibid.

Somni deſcriptio, eſt priuatio mot⁹ & vigiliæ deſcriptio eſt continuatio iſtius motus, & pōt dici ꝙ hic motus huius ſenſus eſt formalis cā ſomni & vigiliæ & ſenſus cōis ē ſubiectum ſomni & vigiliæ, & cor eſt radix, & cerebrum eſt ipſius primum inſtr̃m cum quo operatur. 3 colliget. capitu. 41. de accidentibus ſomni & vigiliæ.

Somnia ſignificant ſup dominium humorum. 4 colli. cap. 13.

Somnia apud medicos ſignificant dñium humorū in corpore. v. g. videre ignem ſignificat dñium coleræ, & ſomniare aquam ſignificat dñium flegmatis, in commento libri de diuinatione in fine.

Somnus talis ſua natura eſſe videt̃ vt viuendi & non viuendi interliminium ſit, & neq; omnino ſit qui dormit neque non ſit. Ariſto. in 5. de gene. ani. cap. 1.

Somnium multis animalibus ineſſe præter hominem oſtenditur. 4. de natura ani. cap. 10.

Somnus quid ſit, & iuuamenta eius, & cui virtuti animæ attribuatur, & quæ ſunt cauſæ eius, requiratur in 2. colli. cap. 21. & in lib. de ſomno & vigilia ab Ariſto.

Sonus, vox, locutio differunt. vide quarto de natura anim. cap. 9.

Soni excellentes deſtruunt ēt inanimatorum corporum moles. 2. cœli. tex. com. 53.

Soni corporum cęleſtium authoritate The. nihil operantur in iſtis īferioribus pp eorum remotionē, ſed hoc nihil eſt, quia nulla ꝓportio eſt inter magnitudinem illorū corporum & remotionem illorū. 2. cœli. com. 53.

Soni ꝓueniunt ex ſpatijs longe maioribus, quàm ſint corpora facientia illos. 2. cęli. com. 53.

Sonum ex corpore cęleſti, ſi ibi ſonus eſſet, impoſſibile eſſet non peruenire ad nos, & calorē qui ex motu eorum cauſatur ꝑuenire. ibidē.

Sonus cauſari non poteſt ex corpore ligato cum alio vt partes nauis in naui 2. cœli. tex com. 54. & 56.

Sonus quodāmodo aſſimilatur materiæ, quia eſt propinquius materiæ literarum, & quodāmodo aſſimilatur formæ, quæ prædicatur de literis in quid. 7. me. c. 43. vbi Ariſto. dicit ꝙ genus nō eſt præter generis ſpecies: & ſiquidem eſt vt materia, eſt vt vox genus & materia literarum eſt.

Sonus duplex potentia & actu. 2. de ani. tex. com. 77.

Sonus multiplicatur ſm ſphericā figuram in aere, & ita eſt de colore, & odore 2. de ani. c. 78. & 97.

Sonus eſt motus factus a percutiente & percuſſo in aere. 2. de ani. tex. com. 78. & com, 87.

Sonus quaſi eſt in cap. de ad aliquid non in qualitate, ſed tangibilia, & ſapores magis ſunt in cap de agere & pati, ꝗ in relatione. 2. de ani. com. 126.

Sophiſtica ſola circa accidens verſatur propter quod Plato non male dixit dicens circa nõ ens verſari ſophiſticum. 11. meta. cap 7 & 6. primæ philoſophiæ. tex. com. 4.

Sortes nihil aliud eſt quàm animalitas & rationalitas quæ ſunt quidditates eius. 7. metaph. com. 20.

Sortes nõ in multis dicitur, quia nõ dicitur omnis ſortes muſicus, ſicut dicitur omnis homo. 5. meta. tex. com. vacantis, in cap. de eodem & diuerſo immediate poſt tex. c. 15. vide in concordan.

Speculatiuarum ſcīarum optimum genus. 11. primæ philoſophiæ. c. 6.

Speculatiuarum ſcīarum theologia eſt optima, circa honorabiliſſimũ enim eſt entium, melior aũt & deterior vnaqueq; dr̃ ſm̃ proprium ſcibile. 11. primę philoſophiæ. co. 6. idem in 6. primæ philoſophiæ. tex. com. 2. Ex quo patet iniuſte aliquos taxare Auer. in primo de anima. com. 1. aſſerentem artes nõ differre adinuicem niſi altero modo, uel aut certitudiue demonſtrationis, aut nobilitate ſubiecti. Dicunt enim non eſſe dr̃iam ſcientiarum penes nobilitatem ſubiecti: o pauperes in quanto errore perſeuerant, non animaduertentes ex ſtudio contradicendi ꝙ dum Auerroem auertere conantur, Ariſt. ipſum euertunt, nam quid aliud Auer. eſt niſi Ariſto. tranſpoſitus?

Speculatio de propriis poſterior ea quæ de cõibus eſt. 3. phyſi. com. & tex. primo. idem primo phy. textu com. 4. & 57.

Species ſenſibilis diſtinguitur realiter a ſenſatione, quod vide in litera R. vbi notaui ꝙ recipere eſt aliud a iudicio.

Species vna & eadem differens in æternitate & non æternitate inueniri impoſſibile eſt, nulla. n. nã magis diſtat a natura gñabili & corruptibili, quàm natura æterna, æterni. n a nouo diſtantia maior eſt q̃ diſtantia ſpecierum adinuicẽ ex diſpu. 10. in ſolutione primi dubij.

Species prędicatur de pluribus differentibus numero in quid 1. meta. com. 28. idem Porphirius in capit. de ſpecie.

Specie differunt quorũ idem eſt genus. 10. meta. tex. com. 12.

Species neque mouet neq; mouet. 5. phyſic. tex. com. 3.

Species & paſſiones ſunt immobiles 5. phy. tex. com. 5.

Species eadem non põt inueniri a nã & a caſu, quia illud quod fit caſu, eſt oppoſitum ei qđ fit a natura 8. phy. com. 45.

Species nulla a caſu eſt. 12. me. c. 13. & 18. & 7. meta. com. 31.

Species nulla inuenitur a caſu. 7. meta. com. 22. idem 6. metap. cõ. 4. & 6. idem 8. phy. com. 46.

Species eſt perfectio generis. 3. metaphyſ. tex. com. 11.

Species eadem non põt gñari ex ꝓpagatione & ex putredine. 1. de generatione anim. Auer cap. 1. & hr̃ in textu ab Ariſto quicquid latini ſenſerint in hoc. vide ẽt 8. ph. c. 46.

Sperma non eſt principium nec ꝑfectũ, ſed hõ. 12. meta. t. cõ. 40.

Sperma aſini eſt frigidũ, & ſperma equi eſt calidũ, vt dixit Ariſt. in libro. de aĩalibus, & tẽperantur apud mixtionem, & fit illi nã media inter equũ & aſinũ. 7. me. cõ. 28. vidẽ Ariſto. in 2. lib. de generatione animaliũ. ca. 6. contra Democritũ, & Empedoclẽ de ſterilitate muloꝝ.

Sperma facit ſicut quæ ab arte, hʒ enim ptãtem ſpẽm & a quo ſpma eſt aliqualiter vniuocum.7.meta. tex.c.31.vbi in 4.de gñatione animaliũ.ca.3.ſm trãslationẽ Theo .

Sperma viri attrahiť a vulua mulieris p quãdam virtutẽ,quã habet a forma ſpecifica,vel a tota ſpecie. 2.colľ.authoritate Auencladis ĩ libro de ſpermate.cap.10.

Sperma mulieris non habet effectũ in gñatione, & hoc probať p ſenſum,quia multæ impregnanť ſine ſpmatizatione,& ẽt p argumentũ quia tunc vir eſſet ſupfluus in gñatione.2.Colľ.cap.10.de iuuamẽtis mẽbrorũ miniſtrantiũ gñatiuę.

Sperma in maiori pte aĩaliũ emittitur p eandẽ ptẽ p quã emittiť humidum excrementũ.4.de ptibus aĩaliũ.capit.9.& Auerro. ibidẽ in cap.de pectore,& ibi vide cauſam.

Sperma mulieris eſt ſimile ſupfluitati aquoſæ,& non ſolũ hoc,ſed ẽt pro certo eſt ſuperfluitas,& impoſſibile ẽ vt ex eo poſſint nutriri mẽbra,eſt igiť ſupfluitas diſcurrẽs ,ꝑpter delectationẽ,ſicut diſcurrit ſaliua alicuius famelici,cũ viderit aliquem comedere.2.colľ.capi.10.

Sperma non eſt ex rebus, quæ ſunt pars membri, aut ſimplex, aut aliquod aliud.2.colľ.cap.1.

Sperma eſt prius naturaliter anima li.2.ph.com.81.

Sphera ænea fit,ſed non ſphera nec æs.7.meta.tex.cõ.32.Inde colligiť compoſitum per ſe gñari non formam neq; mãm, & hoc hʒ veritatem tam in ſubſtãtijs q̃ in alijs cathegorijs,vt dicitur in textu, non fit enim lignũ neq; quale,ſed quale lignum,neq; quantum,ſed quãtum lignum .

Sphera ſenſibilis non tangit ſuperficiem ſenſibilem niſi in ſuperficie, licet geometer dicat ꝙ tangit eam in puncto.3.me.tex.cõm.7.& 1.de ani.tex.com.13.

Sphera ſm ꝙ eſt ſphera non eſt in loco ſimplr̃,niſi accidat ei hoc ſm ꝙ accidit ſpheris celeſtibus , quas cõtinet alia ſphera.4.ph. com.43.

Sphera in eo ꝙ ſphera non eſt nata moueri in ſphera,& vr̃ in continẽte,ſicut mobilia motu recto.4. ph. commen.45.

Sphera non mutat locũ ſm ſubm , ſed ſm formam.4 phy.cõ.45.& 6. phy.tex.com.85.

Spheræ partes q̃ ſunt iuxta centrũ tardius mouẽtur partib⁹ quæ ſunt iuxta circunferentiam. 6.phy.tex. commen.86.

Sphera quodammodo eſt quieſcẽs, & quodammodo eſt mota.8.phy. tex.com.76.

Sphera ſm totum mutat locum ſm formam tñ,& non ſm ſubiectum ſed ſm partes mutat locũ & ſm formam,& ſm ſubiectum.6.phyſ. cõ. 85.idem 8.phy.com.76.

Sphera non moueť ſm partes,& q̃eſcit ſm totum.8.phy.cõ.76.idem 4.phy.contra Themi.cõ.43.idem 6.ph.com.85.

Sphera naturaliter diuiditur ĩ duas partes, in centrum,& circunferentiam.8.phy.com.76.

Sphera q̃ mouetur ſup vno centro, non eſt contraria ſpheræ quæ mouetur ſuper alio centro.primo cœli.com.32.

Spheræ quæ mouenrur ſuper idem centrum,& ſup polos diuerſos nõ ſunt contrariæ,quia non prohibẽt ſe.ibidem.

Sphera & ſupficies ſm geometricã conſi-

conſiderationem poſſunt tangere ſe ĩ puncto, ſed ĩ corpore naturali non poteſt eſſe contactus niſi in parte diuiſibili. Com. 1. cœli com. 32. idem Ariſto. 1. de ani. tex. com men. 13. & 5. ph. 30.
Spherica figura eſt ſubſtantia & natura prima. 2. cœli. tex. com. 22.
Sphera ſic ſe habet ĩ ſolidis, ſicut circulus in planis. 2. cœli. tex. cō. 23.
Sphera ſola vna ſupficie ꝯtineť ibi.
Spheræ locus naturaliter eſt connexum centri circa quod reuoluitur. 2. cęli. com. 27.
Spherici corpiſ circunferẽtia minor ẽ circũferẽtia corpis rectarũ dimẽſionũ æqualis ei ĩ magnitudine, vt eſt oſtenſum in geometria. 2. cœli cō. 29. idẽ in paraphraſi ibidẽ ſumma, 2. quæſito. 3.
Spherico contiguum aut circa ſphericum motum ſphericum eſſe neceſſe eſt. 2. cęli. tex. com. 30.
Spherici corporis duo motus ſunt, volutatio, & circungiratio. 2. cęli. t. com 48.
Sphera habet naturam talem, vt nō moueatur ſm totum, ſed ſm partes 2. cęli. com. 51.
Sphericũ corpus in rei veritate non eſt in loco. 2. cœli. cōm. 51. vide 4. phy. com. 43.
Sphericum corpus ferri poſitum in centro ſpheræ adamanteæ, neceſſario ſtaret in centro propter æqualitatem attractionis 2. cœli. com. 90
Spherarum numerus aut ſunt quinquagintaquinq;, aut quadraginta ſeptem. 12. meta. tex. com. 47.
Sphericum corpus eſt finitũ ex ſua natura ab vna ſuperficie terminante ipſum, ſecus eſt de corporibus rectarum dimenſionum, quæ non ſunt finita per ſe. ex lib. deſtruc. diſputa. prima in ſolutione 11. dub. idem 3, cęli. tex. com. 67, & 1. cœli. tex. com. 12.
Spherarum celeſtium quælibet vna eſt. & vide eãm ex libro deſtru. diſpu. 1. in ſol'one. 11. dub.
Sphera inquantum ſphera oportet, ꝙ habeat terminatos polos, & centrum terminatum. ex diſp. 3. in ſolutione. 23 dub. vbi dicit ꝙ ſphera cœleſtis eſt ſimplex pro quanto non componitur ex materia potẽtiali & forma, & quodãmodo eſt etherogenea prout partes polorũ non ſunt ab euentu, immo naturaliter ſunt terminatæ.
Spheræ artificiales poſſunt indifferenter habere quælibet duo pũcta pro polis, ſecus de naturalibus, & cœleſtibus. ibidem.
Spheræ ſitus inuenitur duobus modis. ſcđm ꝙ continetur ab alia ſi fuerit huiuſmodi, & ſm ſpheram quã ipſa continet 2. cœli. com. 57
Spheræ duæ dum ſe ſecant, ſectio earum eſt actualis 2. cęli. com 59.
Spherica figura non contingit niſi ĩ puncto. 3. cęli 69.
Spinalis medulla non eſt in cęteris membris ſeu oſſibus inuenta medulla. ex. 2. de partibus aĩa. cap. 6.
Spiritus & exhalatio differunt. require 4. metheo. t. cō. 48.
Spiritus in aĩalibus nō mouetur ſuperius, quia pars grauis magis dominatur in eo quàm leuis, & pars leuis ſimpliciter quę eſt in eo non fit grauis niſi pp mixtionem aeris. & ideo cum iſtæ duę partes ſegregabuntur, tunc moritur animal. 4. cęli. com. 39.
Spiritus nomen æquiuocè dr̃ de ſpiritu exiſtente in ſemine, & de ſpiritu exiſtente in corde. Auerr. 2. de genera-

generatione animalium.capi.2.in digreſſione contra Gal.& Auicēn.
Spiritu retento vires augent̃ ex.2. de gene.anim.cap 4
Spirituale magis læditur p leſionē minus ſpũalis,& non econtra.ex libro de memoria & remini.vbi Cō men.dicit ꝙ ex leſione ſenſus cōis, læditur imaginatiua & nō ecōtra.
Spiritus eſt principium aĩæ inſtr̃m intellectus,quod multi antiquorũ opinati ſunt ipſum eſſe aĩam. Cō. 2.de partibus aĩa.in ca.de cerebro, & eſt dcm̃ Philoſophi ibidē.cap.7.
Spiritus natura alia eſt, alia animæ, non.n ſpiritus animæ genus eē poteſt,quum habeat p ſe ſubſiſtentiā nullum aũt genus eſt tale vt poſſit per ſe ſubſiſtere. Alex. in paraphraſi de anima,c.4.vbi probat animā eſſe inſeparabilis a corpore.
Spiritus eſt vapor perceptus in corde & cerebro. Auerr. primo colliget, capitulo de anathomia mēbr.
Spiritus duo ſunt.ſ.apparens in corde,& apparens in cerebro,in epate aũt non apparet per viam ſenſus. 1.collig. cap.de ſpiritibus.
Spiritus viſibilis poſtquàm oculus recepit colores comprehendit eos. 2.colliget,cap.15.quod eſt de iuuamentis oculorum & partiũ eorum. Ex quo videtur ſm Auer. ſpiritum eſſe animatum. Auicēna etiam in tractatu de viribus cordis videtur idem tenere.
Spiritus eſt calidior res in corpore poſt quam eſt ſanguis poſtea caro.2.colliget,capitulo de complexionibus membro. conſimilium.
Spiritus eſt mundior ſanguine, qa attribuitur aeri, & aer eſt mũdior aqua, & eſt declaratum in naturali philoſophia ibidem. Et nota ꝙ etiam inter alias rationes iſta eſt vna,propter quam Auerroes tenet cordis complexionem declinare ad humiditatem ratione ſpiritus exiſtentis in eo.cōtra medicos qui ponunt declinare per ſiccitatem. Cōtra medicos.
Spiritus ſunt inſtrumenta propinqua regimini corporis.2. colliget, cap.8.in fine.
Splenis caro rarior & leuior eſt epate,& tñ cũ nutriatur ſanguine groſſo melancolico deberet eſſe oppoſitum.& vide cauſam in quarto de vtili.particu.capit.15.& ibi vide ſi ſplen eſt neceſſarium.contra Eraſiſtratum,& multa ibi de hoc. &c.
Splę quare habet multas & magnas arterias vide tres cauſas a Galeno 1 4.de vtili.partic.cap 15.
Splen in febribus melancholicis ardet ſicut ignis, & epar in febribus cholericis,& ſtomachus in flegmaticis,ideo in iſtis tribus generibus febrium conueniens eſt dicta mēbra confortare. 7.collig.cap.16.
Spongia an ſenſum habeat ambigit̃ 5.de natura ani. cap.16.
Spongiarum triplex genus eſt.ibid.
Spōgia marina ſimilis omnino plātis exiſtit.ex 4.de partibus animalium.cap.5.
Spongia oĩno plantis ſimilis eſt. 8. de natura animalium.cap.1.
Spongiam ſenſum aliquem hr̃e creditur argumento ꝙ multo difficilius abſtrahuntur,niſi clanculum agatur vt referunt auulſores. Ariſ. in lib.1.de hyſtorijs anima. cap.1.
Stellę ſm aſtronomos quędam ſunt fortunatæ,& quædam nō ſunt fortunatæ,& hoc non eſt verum : ſed tm̃ poſſibile eſt intelligere de eis, ꝙ quædam ſunt meliores quibuſdam, hoc enim inuenitur in abſo-

lutis a motu nedum in rebus mo‑bilibus.com.9.meta.com.19.& e‑licitur ex intentione Ariſto.in tex tu,vbi habet ꝙ in ſempiternis non eſt malum, neq; peccatum, neque corruptio.

Stellæ diſcurrētes fiunt duobus mo‑dis,primo metheororum. commē to primo.

Stella ex habentibus caudam tempo re hyemis aſcendit in terra roma‑norum,vt dicit Ariſto.& fuit terre motus magnus & tempeſtas maris propter fortitudinem vēti. primo metheororum com.1.

Stellæ in eo ꝙ ſtellæ de conſuetudi‑ne ſua naturali eſt accendere illud quod eſt ſub eis ex exhalatione fu‑moſa,& attrahere hoc ad ipſas, & cum ſtellę fuerint plures uel maio‑res,operatio earum erit maior, & eſt propoſitio vera per uitam meā, Commentator primo metheoro‑rum capit.3.in digreſſione de uia lactea.

Stellę cadentes non ſunt cęli, primo cęli,com.19 & 1.metheo.

Stellæ a conſiderantibus antiquo tē‑pore inuentæ ſunt nō eſſe diminu‑tæ in quantitate.1.cæli.text.cō.22.

Stellarum & cæli ſubſtantia eadem eſt,& in hoc conueniūt omnes an tiqui,ut dicit Ariſtot.in lib. cœli & mundi.2.cap.de ſubſtantia orbis, idem 2.cœli,tex.com.41.

Stellæ quæ dicuntur aſſub, ſignifi‑cant abundantiam ſiccitatis.2.cœ‑li,commen.42.

Stellæ ſi per ſe mouerentur, motu re cto mouerentur.2.cœli, commen. 43.quam conſequentiam hac ra‑tione valere autumo, nam cū ſtel‑la ſit pars rotundi non poteſt per‑fecto motu circulari moueri, & cū ibi non ſit niſi motus ſimplex, quia corporis ſimplicis mot' eſt ſimplex cū mot' ſimplicis ali' ſit circularis, alter uero rectus, ſequitur ergo ꝙ motu recto mouerentur cum cir‑culariter moueri non poſſint: & ea dem ratione ſequitur de epiciclo.

Stellæ apparent uiſui in circulatio‑ne moueri ſeu ſcintillare ſicut nau ſeam patientibus res quieſcentes vi dentur omnia circum giro ferri.2. cœli,in paraphraſi ſumma tertia quæſito.2.

Stellarū motus uidetur per ſenſum, ſed motus totius cœli videtur per exiſtimationem.2.cœli, com.43. conſimile com.41.

Stellæ fixæ vidētur ſcintillare, & pla netæ non,& ratio eſt propinquitas & diſtantia.vide.2.cęli.tex.cō.48.

Stellæ omnes ſunt eiuſdem ſpeciei in corporibus cæleſtibus.2.cœli. com.48.

Stellæ omnes ſunt eiuſdem ſpeciei. 2.cœli.tex.com.59.vide quomo‑do ſit intelligendum in 2.cœli. cō‑men.49.

Stellæ ſi non eſſent ligatæ cum orbe cauſarent ſonum,quia iſta conuer tuntur.v3.eſſe ligatum & non cau ſare ſonum, & non eſſe ligatum & cauſare ſonum.2.cęli.com.56.

Stellarum erraticarum motores ſe iuuantes ad motum ſtellæ errati‑cæ omnes reducuntur ad primum motorem illius ſtellæ, & intendūt motum illius primi motoris, ſicut diximus de motoribus omniū or‑bium cum primo motore totius. 12 meta.com.44.

Stellarum erraticarum motus,poſiti ab aſtrologis ſunt tribus modis.12 meta.com.44.

Stellæ inter diu ex foueis puteiſque conſpi‑

cōſpiciūtur qñdoq;. Ariſ. 5. de gñatione aīaliū. cap. 1. & ibi vide cām.
Stellarum natura ſempiterna eſt. 12 meta. tex. com. 43.
Sterilitas mulierum dignoſcitur & probatur ſuffitu ut odores ſubeuntes uterum efferantur ad locum ſpirandi & efficiant alitum, atq; ēt illitu, vt colores oculis impoſiti ſaliuam inficiant oris. Ariſto. 2. de generatione animaliū, cap. 5. in fine.
Steriles maxime perſeuerant, cū primo naturæ ortu tales cōſtiterunt, gignuntur enim & mulieres uiragines, & uiri feminares, alteris mēſtrua deſunt, aliis vero ſemē tenue & frigidū eſt. Ariſt. in 2. de generatione animalium, cap. 5.
Sterilitatem faciunt, aut femineum partum aquæ crudæ & frigidæ. Ariſto. 4. de generatione anim. cap. 2.
Sterilitatis multæ ſunt cauſæ tam in maribus quàm in mulieribus, vide in 2. de generatione animaliū. c. 5.
Stillare quid ſit, vide. 6. de natura aīalium, cap. 18.
Stomachi tunica quæ procedit ſecūdum latitudinem habet duas operationes contrarias, nam completa digeſtione expellit inferius vel ſuperius per vomitum. 2. colliget. c. 9. de iuuamento membrorum oſſicialium.
Stomachus nutritur ex chilo ex modica re, quæ potius attinet qualitati quam quantitati, & non eſt impoſſibile vt ſit aliqua pars ſubtilis ex chilo quæ nutriat propter aliq̄ humiditatem, quia tu vides multa animalia nutriri, licet non habeant ſanguinem. ibidem.
Stomachi attractio ꝑ modū ſenſus & appetitus ſeu motus eſt cōtrarius motui attractionis eius ꝑ modum nutrimēti ſolum. 3. collig. cap. 33.
Stomachus ſolus ſentit euacuationē nutrimēti & diſſolutionem, & nō alia mēbra niſi ꝑ ipm, & vide cauſas pulchras ab Auerroe ibidē, vbi inter alias cauſas dicit ꝙ hoc membrū eſt tāquā ſpēs oīum mēbrorū, quæ debēt ſentire hāc reſolutionē, ſicut nos videmus ꝙ mēbra ſentiūt per neruum etiam in locis quæ nō ſunt neruoſa, & ſicut diſcernit lingua cibos conuenientes ab incōuenientibus toti corpori.
Stomachus habet operationem toti corpori cōicantem, & ideo appellatur princeps cōicās. 7. collig. c. 26. vbi reddit cām quare in paſſionib⁹ calidis ſtomachi nō debet frigidiſſimis vti remedijs, & dicit experimētatores multū errare ī talicura.
Stomachus ſolus habet ſenſum ex indigētia nutrimēti, non aūt alia mēbra, vide cām in 4. de vtilit. particu. cap. 7. a Galeno.
Sternutamētū eſt ſignū augurale, vnū ex oīum ſpirituū gñibus ſāctū & ſacrū. Ariſt. 1. de nā aīaliū. c. 11.
Stercus ſignificat ſuper bonitatē virtutis nutritiuę. 4. colliget. cap. 42.
Strutio partim auē partim quadrupedē refert, ex fine quarti libri de partibus animalium.
Subſtātia nō āñcedit alia ꝑdicamenta niſi altero iſtorū modorum, aut ſicut ea q̄ ſunt in eodē gñe antecedūt ſe adinuicē, ſicut apud reputātes ꝙ hoc nomē ens dr̄ de decē ꝑdicamētis, ſicut nūerus de duobus & tribus, aut ſicut res antecedit res, q̄ attribuūtur ei; & nō ſūt ī eod. gñe, ut ſanitas antecedit ſanabilia. 12. meta. com 2.
Subſtātia dr̄ ens ſimpl̄r, & alia dñr entia ſm cōparationē, 12. me. t. cō. 3.

Subſtantia ſola eſt ſeparabilis & abſtracta, alia autem ſunt in ſubſtantia. 12. meta. tex. com. 3. & primo phy. tex. com. 14.

Subſtantiæ tres ſunt, ſenſibilis corruptibilis, ſenſibilis æterna, & tertia immobilis, 12. metaphyſi. tex. cõmen. 5.

Subſtantia immobilis ſm aliquos diuiditur, quidã enim poſuerunt ſpecies & mathematica in vna natura, quidã vero mathematica tm̃. ibi.

Subſtantia immobilis eſt principiũ & cauſa rerum naturalium, 12. metaph, com. 5.

Subſtantia æterna declarata eſt in fine 8. phyſicor. ſicut declarata ſunt principia ſubſtantiæ generabilis & corruptibilis in primo iſtius libri. Com 12. meta. com. 5. eandẽ ſententiam Commentator repetit in eodem commento aſſertiue iuxta dimidium ibi. Et nos dicem⁹ quidem ꝙ Philoſophus inquirit q̃ ſunt principia ſubſtãtiæ ſm ꝙ ſubſtantiæ. &c. vbi aperte dicit in primo phy. inueſtigata eſſe principia corporis compoſiti ex materia: & forma, ſed in octauo fuit declaratum ꝙ mouens æternam ſubſtantiam eſt abſtractum a materia.

Ex quo patet grauiter errare illos qui autumant in primo phy. inueſtigari principia omnium naturalium gñabilium & æternorum, cũ hoc aperte non ſolum ſit cõtra Auerroem hic, & in fine primi libri ſuæ parapraſis ſuper primo cęli, verum etiam eſt contra intentionem Philoſophi ibidem. nã primo phy. tex. com. 57. præmittit ſuam intẽtionem loqui de principiis cuiuslibet generationis in vniuerſali, & oſtendit illa eſſe contraria & ſunt forma & priuatio, & quod etiam eſt vltra illa eſt materia. in cęlo autem non eſt contrarium neq; ſubiectum. 1. cœli, te. com. 20. & eſt etiam contra lucidiſſimum Themiſtium expreſſe in expoſitione tex. 50. & contra Simplicium in 1. phyſico. in expoſitione textus eiuſdem, vbi expreſſe notat vniuerſaliter in omnibus natura conſtantibus inueniri iſtam oppoſitionem ſecundum priuationem & habitũ exceptis rebus ſempiternis. idẽ notauit Commentator in primo phyſic. tex. commen. 43. vbi dicit illas dignitates quas poſuit ibi Ariſtot. habere locum in omni generatione & tranſmutatione, quarũ actio & paſſio eſt quaſi genus, quia actio & paſſio ſunt merito contrarietatis, & proprie non ſunt niſi in generatione rerum, & tranſmutatione corruptibilium.

Subſtantia ĩmobilis eſt propria primę philoſophiæ. Commenta. 12. metaphy. commen. 6. authoritate Alexandri.

Subſtantia quælibet ſenſibilis tranſmutabilis eſt. 12. meta. tex. comm. 6. & ibi declaratur ab Auerro. in commento.

Subſtãtia cõpoſita eſt dignior ſub̃a & magis ſub̃a. Cõ. authoritate Alexandri. 12. meta. com. 15. iſtam ẽt ſententiam ſequitur Simplicius in primo phy. in expoſitione tex. 70. & in 2. phy. licet Auer. teneat formam eſſe magis dignam, vt notaui in cõtradictionibus nup æditis.

Subſtantiæ generabilis & corruptibilis principia non inquirunt prĩcipali intentione in prima philoſophia, ſed intentio eius principaliter verſatur circa principia ſubſtantiæ æternæ.

æternæ. Commentator, 12. primę
philoſophiæ, com. 1. & eſt ſenten-
tia Ariſto. in 7. primæ philoſophię
tex. com. 39. iuxta finem.

Subſtantiæ gñabilis & corruptibilis
principia pertractantur in tracta-
tu ſecundo & tertio primæ philo-
ſophiæ. i. in 7. & 8. & etiam in natu
ralibus. Cõ. 12. met. com. 1.

Subſtantiæ gñabilis & corruptibilis
alio modo inquiruntur in ſcientia
naturali, & alio modo in ſcientia
diuina. Com. 12 metaph. cõmen.
primo, 5. & 29. & in 7. primæ phi-
loſophiæ commen. 9. & 5. Dicit
ſubtilis doctor in primo ſuę meta
phy. qõne prima, & Antonius An-
dreas ꝙ quatuor cauſę inquantũ,
quælibet dat eſſe, circunſcribendo
rationem motus & mutationis p-
tinet ad metaphyſicum, materia &
forma inquantum ſunt partes eẽn
tiæ efficiens inquantum dant eſſe
circunſcribendo motum, licet. n.
non ageret niſi mouendo, tamen
ratio dantis eſſe, prior eſt ratione
mouentis. finis autem inquantu ȝ
res ſm ſui entitatem ad illum ordi
nantur, licet illum non poſſunt at-
tingere niſi per motũ & operatio-
nem: prior tamen eſt ratio ordi-
nis ſm eſſe q̃ ſm operationẽ. Dici
mus nos cum peripatheticis ꝙ illđ
de materia veritatem non habet,
quia materia non dat eſſe, licet. n.
peripathetici concedant materiam
eſſe partem eſſentiæ, non tamẽ cõ
cedunt ipſam eſſe partem quiddi-
tatis, differunt. n. in conceptis cum
materia eſſentia, & quidditas, quia
illud quod talem diuerſitatem cau
ſauit in compoſitis inter eſſentiam
& quidditatem fuit materia quæ ẽ
primo diuerſa a quidditate. ſola. n.

Contra Scotũ & ſequaces.

forma eſt rei quidditas. & Auicen.
in quinto ſuæ primæ philoſophiæ
hoc non vidit, quẽ ſecuti ſunt Tho
mas & Scotus. & dicunt Peripathe-
tici ꝙ eſſe eſt effectus formalis ip-
ſius formæ, ſicut teſtatur diuinus
Boetius in libro de vnitate & vno,
licet igitur materia ſit pars eſſentia
lis compoſiti, non tamen dat eſſe,
ſed eſſe eſt a forma. vnde materia
recipit eſſe a forma in compoſito
in quo exiſtit, dicit. n. Cõ. 3. ph cõ.
65. ꝙ materia inuenitur in alio ſi-
cut accidentia & formæ, ſed differt
ab illis, quia accidentia & formæ
ſunt in ſubiecto, aut dicũtur de ſu-
biecto, ſed materia eſt ipſum ſubie
ctum, & non inuenitur per ſe, ſed ĩ
aliquo. ſ. in compoſito, & cum ali-
quo. ſ. cum forma, ſed materia in-
uenitur per formam ſm ꝙ eſt per-
fectio eius, & forma inuenitur per
materiam ſm ꝙ eſt ſubiectum eiꝰ,
vbi patet ꝙ materia nullam aliam
cauſalitatem habet, niſi quia eſt ſu-
biectum, ex quo fit aliquid. & hoc
dixit lucidiſſimus Themiſtius in
principio ſecundi de anima ꝙ hoc
eſt diſcrimen inter materiã & for-
mam, quia res a materia habuerũt
vt fierẽt, ſed a forma vt eſſent, quã
ſnĩam imitatus eſt Commen. in ſe
primo primæ philoſophiæ. cõ. 35.
dicens ꝙ cum materia fuerit non
erit res, ſed cum forma fuerit ſta-
tim eſt res. Et ſic intelligas frater
mi ꝙ vulgata propoſitio non eſt
vniuerſaliter vera, ꝙ omnis cauſa
dat eſſe, immo quædam eſt cã reci
piẽs ipſum eſſe, ſicut materia. ideo
vt deducit Com. 2. ph. cõ. 12. matę
ria nõ poteſt exiſtere ſine forma,
alioquin quod non eſt in actu eẽt
in actu. qũo aũt de quatuor cauſis

agat diuin'; & qũo cõſideratio ſua differat a conſideratione naturalis philoſophi; alibi a nobis oñſum ẽ.

Subſtantiæ naturales ſi primę entiũ ſunt, & vtiq; ſciẽtia naturalis prima ſciẽtiarũ erit. 11. primę philoſophię. cap. 6. Inde colligitur ſcientiam primam eſſe primi generis.

Subſtantiæ generabiles hñt oĩa quatuor genera cauſarũ, & per oĩa cognoſcunt̃, vt ſi velim' ſcire hoĩem vere, oportet ſcire p oẽs cauſas eius 8. metaphy. tex. com. 12. aliter cogniti o eius eſſet diminuta.

Subſtantiæ æternæ quia non hñt potentiã ad corruptionẽ, carent materia, ſed materia earũ eſt aliquod demõſtratũ in actu. ſ. corpus. ideo dignius habent hoc nomen ſubiectũ q̃ hoc nomen materia. 8. meta. cõ. 12. & in. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Subſtantia & ſubiectum apud Ariſt. qñq; appellatione accidentis dñr. Themiſti'. 2. ð aĩa, ĩ expõne. te. 65.

Subſtantia eſt primum ens ad quod oĩa alia ꝓdicamẽta referunt̃: nã ſm ſubſtantię rõnẽ dñr alia entia quãtitas, qualitas & alia ſic dicta oĩa, nãq; habebũt rõnem ſubſtantiæ. 9. primæ philoſophiæ, tex. cõ. 9. vbi Cõ. exponit ꝙ multa dñr entia ſm ꝙ hñt diffinitionẽ ſubſtantiæ, pro quanto in diffinitione apparet ſubſtantia. vbi patet qualiter intelligẽda ſit allegata philoſophi propoſitio & ſatis vulgata in. 7. primæ philoſophiæ, tex. cõ. 2. vbi habet̃. Alia vero dñr entia eo ꝙ talr̃ entis, hæc quidem quãtitates, illa vero qualitates, alia vero paſsiones, quia Ari. dicit vt diximus in primis ſermonibus, vbi Com. exponit ſm antiquã diuiſionẽ. i. in. 6. & 7. i. in. 7. 8. libro ſm diuiſionẽ noſtram. Male igit̃ quidam intellexerunt locũ illũ, aſſerentes ens eſſentiali predicatione non prædicari formaliter de accidentibus, ſed de ſola ſubſtantia, immo de vtriſq; prędicatur ſed ſm prius & poſterius. ꝓ tãto. n. alia dicuntur entia pro quãto in diffinitione eorũ apparet ſubſtantia: iſta enim eſt magiſtri interpretatio. Patet aũt ꝙ ſubſtantia nõ cadit in diffinitione accidẽtiũ niſi pro quãto, quia ſubiectũ & cauſa eorũ ĩ generatione cauſæ materialis ſunt. ſcribit Cõ. in. 4. meta. cõ. 2. cadit. n. tanquã additũ. 7. meta. tex. cõ. 17. & infra. & ideo ſi accidentia dicũtur entia propter ſubſtantiam, hoc eſt quia ĩ diffinitione eorum ſumitur ſubſtãtia, quæ eſt ſubiectũ eorum, & materia, ſicut dicimus ꝙ homo eſt homo propter deum, tanquam propter cauſam efficiẽtẽ & finalẽ, tñ homo ſm ſe homo eſt, vt dicit̃ in. 5. primæ philoſophiæ. tex. c. 22. hominis multæ ſunt cauſæ: attamẽ homo ſm ſe homo eſt, vnde non quia deus eſt deus, ideo homo eſt homo, licet a deo ſit homo, vt bene notauerũt ſubtiles, vide in theorematib' in illo theoremate, Accidẽtia ſunt entia eo quia taliter entis.

Subſtantia dicitur quatuor modis. 7. meta. tex. cõ. 44. & 8. met. cõ. 2. vbi pondera ꝙ Commentator dicit ſubſtantiam famoſe diuidi in quatuor modos.

Subſtãtię ſenſibiles non diuerſantur in ſuis ſubſtantijs quãdo diffiniuntur & quando non diffiniuntur. ſ. qñ ſunt ſubſtantiæ, licet non diffiniantur etiam minus q̃ quando diffiniuntur, ſicut eſt diſpoſitio in viſibilibus, qñ ipſa non ſunt minus viſibilia, quando non videntur, q̃

qñ videntur.7.metaph.cõm.46.& eſt expreſſa authoritas Ari. & Cõ. etiã ibidẽ in tex.c.58. vbi dicit Philoſophus quãuis vtiq; ſi nõ videremus aſtra,nõ minus exiſtimatio forent ſubſtãtiæ ſempiternę poſt eas, quas nos videm^9. vbi Commenta. ſcribit ꝙ ſenſibilia ſunt entia,licet nõ intelligantur,ſicut ſunt entia licet non ſentiantur. Ex quibus locis manifeſte colligitur ꝙ,eſſe cognitum eſt aduentitium eſſentiæ rerum & ꝙ non eſt de ratione intrinſeca rei cognitæ.

Eſſe cognitũ eſt aduentitiũ quiditati.

Subſtantiæ ſeparatæ ſunt de genere rerũ per ſeexiſtẽtiũ.7. met cõ.48. &.57.ↄtra modernos aſſerẽtes ſubſtãtias ſeparatas eſſe formas inherẽtes orbibus per informationem.

Subſtantia vna actu impoſsibile eſt vt ſit ex duabus ſubſtãtijs in actu. 7.metaphy.tex.commen.49.

Subſtantiæ ſolum eſt diffinitio aut maxime.7.metaphy.tex.cõm.50.

Subſtantia vna numero impoſsibile eſt vt de pluribus prædicetur.7. metaphy.tex.cõmen.52.

Subſtantia quã ſignificat diffinitio non habet generationem,neq; corruptionem.7.meta.tex.cõ.53.

Subſtantiæ omnis perſcrutatio in ſcientia diuina de ſuis ſpeciebus, non eſt niſi per ſubſtãtiã, quæ dicitur forma.7.meta.com. 1.

Subſtantiarũ quædam ſunt cõceſſę ab omnibus,quædam vero a quibuſdam.8. metaphyſi. textu commen.primo.

Subſtantiæ naturales ſunt conceſſæ ab omnibus.ibidem .

Subſtantiæ ſenſibiles oẽs materiam hñt.8.met.tex.c.3. vbi dicit Cõ. in cõ.ꝙ hoc eſt declaratũ in ſciã nãli. vide.1. cœli. tex.cõ.92. vbi dicit ꝙ omne ſenſibile in materia exiſtit.

Subſtantiarum ſm rationem hæ quidem ſeparabiles,illę vero nõ.ibidẽ.

Subſtantia compoſita eſt cuius ſoli^9 eſt generatio & corruptio.8. met. tex.cõ.3.&.7.meta.26.&.27.

Subſtantia compoſita eſt ſeparabilis ſimplr.8.meta.tex.c.3. vbi Cõm. exponens hoc dicit,quia eſt ſeparabilis & ſm diffinitionẽ & ſm eſſe, ad differentiam formę materialis, quæ ſolum ſm diffinitionem eſt ſeparabilis a materia & non ſm eſſe, & etiam ad differentiam materiæ quę etiã ſm diffinitionem eſt ſeparabilis a forma.12.meta.cõ.39. intellectus innatus eſt diuidere adunata in eſſe,ſicut diuidit materiam a forma,& formã a congregato ex materia & forma, ſed non eſt ſeparabilis ſm eſſe materia a forma, quia tunc quod nõ eſt in actu,eſſet in actu.2.phyſi.cõm.12. Beatus Thomas aũt in pñti loco in.8.metaphy. ſuper expõne tex.3. dicit ꝙ materia non eſt ſeparabilis per intellectum ab ipſa forma, quia non intelligitur niſi vt eſt in potentia ad formã, ſed forma põt p intellm ſeparari a materia ſenſibili indiuiduante.Sed iſta opinio non eſt peripatetica ſi abſolute & oĩbus modis hoc aſſerat diuus Thomas. nã licet ĩ ſecũda ſui notione materia non poſſit intelligi niſi vt eſt in potẽtia ad formã,tñ in prima ſui notione bene põt ſine tali potentia intelligi,ſicut pulchre declarauit lucidiſsimus Themiſ.in.1.phy.in digreſsione de potentia & priuatione materiæ.& Commẽ.1.phy.cõ. 71.&in.1. capitulo de ſuba orbis.

Contra diuũ Thomam.

Subſtantiæ proprium eſt ꝑexiſtere aliquam ſubſtantiam in actu quæ

facit vt animal ſi animal naſcitur, quale vero aut quantum non neceſſarium niſi poteſtate ſolum .7. meta.tex.comm.32. vide pro hoc cõ.42.in 2.cœli, & mundi.

Subſtãtia ſimpliciter dicitur de materia ſubſtantiæ compoſitæ, & de forma,& de compoſito ex materia & forma.7 meta.tex.com.7.& 34 idem 2.de ani.tex.com.2.& 8. metaph.tex.com.7.

Subſtantia maxime & primũ & ſolum vt eſt dicere in ſcĩa diuina eſt conſideranda.7.meta.tex.com.5. conſimile hr̃ quarto primæ philoſophiæ,tex.comm.2.vbi ſcribitur. vbiq; vero primi proprie eſt ſcientia & ex quo alia pendent & pp qđ dicuntur,ergo ſi hoc eſt ſubſtantia ſubſtantiarum, oporret principia, & cauſas habere Philoſophum cõſimile habetur in principio.12.metaph.tex com.1.vbi dicitur de ſubſtantia theoria eſt,quia ſubſtantiarum principia & cauſæ quærũtur. Ex quibus locis clariſſime colligiť ꝙ tametſi ens inquantũ ens eſt ſubiectum adęquatum primæ philoſophiæ,ſubſtantia tamen eſt ſubiectum principale in quo ſaluať principaliter natura entis.

Subſtantia prima eſt quæ non prædicatur de aliquo & alia prædicantur de ipſa.7.meta.tex.com. 7. & ĩ prædicamentis idem habetur. vide in theorematibus meis in proprio theoremate de hoc.

Subſtantia compoſita eſt poſterior duabus ſubſtantijs.ex quibus componitur & ipſam eſſe ſubſtantiam eſt manifeſtum per ſe.7. meta.cõ. 9.& habetur ex textu.

Subſtantia alia eſt ſeparabilis,alia inſeparabilis.ibid.& 1.phy.cõ.vlt.

Subſtantiarum diffõnes ſignificant vnam intentionem, accidentium vero plures 5.metaph.com.34. vide.7.meta tex.com. 17.& infra.

Subſtantiam cuiuslibet quod ſemel vt ſex ſemel ſex, non autem eſt bis tria aut ter duo 5.meta.tex.cõ.19. & eſt in cap.de quali.

Subſtantiam q̃ maxime ſignificare vñr ſunt aqua, ignis, aer, & terra, ex quibus compoſita cõponuntur horum aũt calores & frigiditates, & ſiſes paſſiones non ſunt ſubſtantię.3.meta.t.c.17. Et ex illo loco p3 caliditatem & frigiditatem nõ eſſe formas ſubſtantiales in elemẽtis.contra Alex. ſed ꝓ Alex. ſunt rationes,quia Ariſto.inueſtigans prĩcipia corporis ſenſibilis. i.tãgibilis in ſecundo de gene.& corru.te.cõ. 7.& infra dicit, ꝙ eſt prima materia & primæ contrarietates, ex his enim conſtant vocata elemẽta, igitur qualitates primę cũ prima materia conſtituunt elemẽta. Ampli⁹. Ariſt.2.de gen.& corru.dicit ignẽ eſſe contrariũ aquæ,quod non eẽt niſi forma ignis eſſet caliditas, & forma aq̃ eſſet frigiditas. nam licet Ariſt.in ꝑdicamẽtis dixerit ſubſtantiam non eſſe ꝯtrari ã ſubſtantiæ illud h3 locũ de ſubſtãtia cõpoſita,& nõ de ſubſtãtia ſimplici, ſicut eſt forma. Amplius diffinitio ſubſtãtiæ nõ dať per accidentia 7. met.tex.cõ.17.ſed in diffõne ignis poniť caliditas & ſiccitas, vt p3 2. de gen.tex.c.16.& in pirncipio 4. metheo.igiť ſunt ſubſtãtiæ. Amplius illud ꝑ cuius ablationem auffertur ſubſtantia eſt ſubſtantia rei, quia ſicut qđ eo poſito poniť rei ſubſtãtia,ẽ ſubã.ita ẽt qđ ita ſe h3, ꝙ eo ablato auferť ſubã eſt ſubã, cadem

Digreſſio an qualitates primæ ſint ſubſtãtię ꝯ elemẽta.

eadem enim ſunt principia in quæ aliquid reſoluitur, & ex quibus cõponitur: ſed ad ablationem caliditatis aufertur ſubſtantia ignis. Inquit. n. Cõmen. in cõ. 67. ſuper 3. cœli, ignis non inuenitur in actu niſi in fine caliditatis & ſiccitatis. Ex aduerſo aũt contra Alexan. arguitur. nam in his quæ vniuoce dicuntur impoſſe eſt vnum & idem reſpectu vnius eſſe ſubſtantiam, & reſpectu alterius eſſe accidens. dixi notabiliter de vniuoce dictis, quia in his quæ dicuntur equiuoce, aut ſm prius & poſterius ſecus eſt, ſicut ſcientia in deo eſt ſubſtãtia: in nobis aũt eſt qualitas: equiuoce. n. dicitur ſcientia de ſcientia dei, & de ſcientia noſtra, vt dicit Cõmẽ. 12. metaphy. cõ. 51. ex libro deſtruct. diſp. 6. in ſoſone, 5. & 6. dubij. ſed caliditas in elementis & mixtis eſt eiuſdem rationis vniuoce, conueniunt enim in nomine & ratione, ſimiliter rectus iudex de ſenſibilibus ſenſus eſt & tactus nullam differentiam ponit inter caliditatem elementi & mixti. Igitur cum ſm Philoſophum quod vere eſt nulli accidit. 1. phyſi. tex. cõ. 27. & caliditas in elemento eſt ſubſtantia, in mixto non erit accidens. Dicimus igitur ꝙ ſubſtantia non componitur ex nõ ſubſtantiis. 2. de anima. tex. cõ. 2. & ideo elementa ſunt cõpoſita ex materia & forma ſubſtãtiali: caliditas aũt & id genus ſunt qualitates per quas elementa ſunt actiua, & paſſiua, quia actio eſt merito contrarietatis. 1. de generatione & corrup. Et quia ignis vt ignis eſt ſubſtã & ſubſtã nõ habet cõtrariũ ideo Ariſto. dicit ꝙ ignis non agit vt ignis, ſed vt calidus. & quia de ratione elementi videtur eſſe ꝙ ſit actiuum & paſſiuũ, vt videtur colligi de mente Philoſophi in. 2. de gener. & corrup. & in principio 4. metheoro℞. ſic Ariſt. ibi naturaliter conſiderans elemẽta dicit ea cõſtitui ex materia prima & ex primis contrarietatibus: quia ad naturalem non ſpectat ſquantum naturalis eſt cõſiderare ipſa vt ſunt ſubſtantiæ, quia ſubſtã & accidens ſunt de primis differentiis entis inquantum ens, ſicut dicit Cõmen. 2. phy. cõ. 4. vnde etiam Cõmẽ. 4. methe. cõ. 1. expreſſe dicit ꝙ virtutes per quas elementa ſunt elementa. ſunt hæ virtutes quatuor, videlicet, caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas. elementum enim dicitur relatiue ad elementatum, & quia elẽnta non ſunt partes mixti niſi alterentur. alteratio autẽ eſt merito qualitatum: mixtio. n. eſt miſcibilium alteratorum vnio. & forte hoc voluit Alex. nam ſi caliditas eſſet ſubſtantia, transmutatio in caliditate eſſet gñatio ſubſtantialis & non alteratio: nã vniuoce dr̃ in ſimplicibus & mixtis, per hoc patet ad primum. Ad ſecundum. Ariſt. 2. de generatione & corrup. tex. cõ. 49. dicit ignem eſſe contrarium aquę, & aerem terræ, vt contingit ſubſtãtiam ſubſtantiæ contrariam eſſe, quod ideo dixit, quia contrarietas in ſubſtantiis non eſt ſm eſſe ſubſtantiæ, ſed ſm qualitates & paſſiones inuentas in eis. Ad aliud dico ꝙ qñ drĩæ ſubſtantiales rerum latẽt, tunc poſſumus circũloqui per paſſiones & proprietates inſeparabiliter conſequentes tales formas, vt dicit Cõmen. 7. meta. cõ. 41. & 8. meta. cõ. 5. Ad vltimum reſpondeẽ ꝙ illud

Vnumquodque maxime aliorum dicitur ſecundum ꝙ alijs ineſt vniuocatio. 2. meta. tex. cõ. 4. idem. 1. poſteriorum, propter quod vnumquodque tale & illud magis.

Vnumquodque ſicut ſe habet vt ſit, ita & ad veritatem. ibidem.

Vnũ ſm formam ſunt illa, quæ ſunt vnum ſm diffinitionẽ: vnum ſm numerum ſunt illa, quæ ſunt numerata ſm locũ. 5. metaphy. cõ. 2.

Vnum numero ſynonimum eſt cũ particulari. 3. meta. cõ. 14.

Vnum eſt cauſa vnitatis eſſentialiter & primo. 3. meta cõ. 16.

Vnum & ens ſunt magis vniuerſalia alijs 3. meta. tex. cõ. 16.

Vnum apud antiquos non ſignificat

eat niſi vnam intentionem dictam vniuoce,& ideo tot quæſtiones eis contigerunt. 3.meta. cō. 16.& iſtę quæſtiones ſoluũtur per hoc, quia hęc nomina ens & vnum dicuntur multipliciter ſm ꝙ Ariſt. contradixit Parmenidi in 1.phyſic. vide. 1. phy.tex.cō.14.& infra. Contra ponentes vniuocationem entis apud Ariſtotelem.

Vnius quot ſunt ſpecies, tot & entis. 4. meta.tex.com.3.

Vnitas de perfectis rebus iuſtius q̃ de imperfectis habetur. Themiſti'. 5.phyſi.42.

Vnum ſignificat negationem & eſt priuatio diuiſibilitatis 4.meta.cō. 3.& decimo metaphy.cō.8.

Vnum & ens ſm Auicen.ſignificant diſpoſitiones additas eſſentiæ. ibi.

Vnius eſt oppoſita ſpeculari. 4. meta.tex.cōmen.4.

Vnum aut ſignificat negationem multitudinis, aut priuationem abſolutam.4.metaphy.cō.4.

Vnum opponitur multo,& idem diuerſo,& ſimile diſsimili, & ęquale inęquali.4.meta.tex.cō.4.

Vnius inquantum vnum,& entis inquantũ ens eædem ſunt ſm ſe paſſiones.4.meta.te.cō.5.

Principia contrariorum ſunt vnum & pluralitas.4.meta.tex.cōm.6.& ideo ibidem dicitur ꝙ omnia alia contraria videntur reduci ad vnũ, & pluralitatem.

Vniuoca habent multitudinem ratione materiæ, ex paraphraſi metaphyſi. tracta.4. vbi colligitur ex mente Auer. expreſſe in abſtractis a materia, nihil d. multis poſſe vniuoce dici. ſic enim ibi probat principium de ſeparatis intelligentijs non dici vniuoce, & ſic genus vniuocum appellat ipſum, quod eſt genus prædicamentale non comprehendit niſi materialia. vt patet. 1. cęli.cōm.49 & ſuper Porphirio in cap. de ſpecie.

Vnum non ſignificat vnam intentionem vniuoce in omnibus reb', neque eſt intentio diuerſa in omnibus rebus, iſti enim duo modi ſunt impoſsibiles, ſed dicitur ſm prius & poſterius.4.meta. te.cō.6.

Vnum non intelligentem nihil contingit intelligere.4.met.te. cō.10.

Vnum ſignificare non idem ſignificat, ꝙ de vno, alioquin muſicum, & album, & homo idem ſignificarent.4.meta.tex com.11.

Vnum dicũtur quorũ genus vnũ eſt, & prope hunc modũm quorũ materia vna eſt. 5.meta.te. cō.10.

Vnum vniuerſaliter eſſe dicuntur quæcũque non habẽt diuiſionem inquantum non habent. 5. meta. tex.cō.11. Ex illo loco patet vnum ſupra ens non addere niſi indiuiſionem, vt tenet Commentator.4. metaphy.com.3.contra Auicẽnã.

Vnam materiam habent quæ inuicẽ tranſmutantur. 5.met.tex.c.11. idem primo de generatione. tex. commento. 43.

Vnum ſm continuitatem, & vnum ſm perfectionem, ſeu formam differunt. 5.meta tex.com.11.

Vnum aut quantitate, aut ſpecie indiuiſibile. 5.meta.tex.com.12.

Vnitas & punctus nullatenus diuiſibilia ſunt.ibidem.

Vnum ſunt alia numero, alia ſpecie, alia genere, alia analogia, ſupra.

Vnum numero ſunt quorum materia vna.ibidem.

Vnum ſpecie quorum eadem ratio. ibidem.

Vnũ

Vnum ſpecie quorum eadem ratio.ibidem.

Vnum genere quorum eadem eſt figura prædicationis.ibidem.

Vnum proportione quæcunq; ſe habent vt aliud ad aliud ibidem.

Vnitas maior ſemper infert minorem.ibidem.

Vnum quod eſt metrum in omni genere non eſt vnum.ibidem.

Vnum quod eſt principium numeri,& vnũ numero differunt. ibidẽ.

Vnum ſm formam,aliud eſt ſm formam generalem, aliud ſm formã ſpecialem.5.metaphy.cõ.12.

Vnum opponitur multitudini, & quot modis dicitur vnum,tot modis dicitur multitudo. 5. metaphy. tex. commen.12.

Vnũ aliud per ſe,aliud per accidens. 5.meta.com.15.

Vnum numero non habet diffinitionem, ſed cognoſcitur ſenſu. 7. metaphyſi.tex.cõ.39.vide in concordantijs.

Vnitas hominis ſi eadem eſſet cum vnitate equi,forma hominis & forma equi eſſet eadẽ.7. met.te.c.38.

Vnitas in rebus non eſt quia omnia ſint in vno: ſi enim omnia eſſent vnum,quia continentur in vno,totus mundus eſſet vnum eſſentialiter,quia omnia ſunt in cęlo, quod eſt vnum.7.meta.com.42.& elicitur ex textu. vbi dicitur, ꝙ partes diffinitionis, quæ ſunt plures,non ſignificãt vnum,quia ſunt in vno.

Vnum ſm diffinitionem infert vnitatẽ materialem,quia omnia, quæ ſunt vnum ſm diffinitionem,ſunt vnum numero,quia diffinitio eſt ſermo vnus qui ſignificat vnã naturã,ſeu ſubſtãtiã.7.met.te.c.42.

Vna ſm diffinitionem ſunt vnum ſpecie.7. meta.cõ.45. vide in concordantijs.

Vnum quod eſt principium numeri ſignificat rẽ,quæ eſt extra eſſentiam & vniuerſaliter accidens qđ conſequitur rem in imaginatione. vide diligenter in paraphraſi. tractatu primo. cap.de vno,in metaphyſica contra Auic. vide etiam tract.2.ibidem.

Vnum numero non prędicatur de pluribus.7.meta.tex.cõ.55.

Vnum & ens non contingit ſubſtantias rerũ eſſe, ſicut neq; elemento, aut principio eſſe.7.met.tex.c.57.

Vnum apud multa ſimul non erit, quod autẽ commune ſimul apud multa exiſtit.7.meta.com.&.tex. 57.Vnde elicitur ratio ardua contra vnitatem intellectus perfidi Auerrois.Ariſto.enim arguit contra ydeas Platonis,& eſt valde difficile euadere ab huiuſmodi ratione:& qui tenent in via eius animã intellectiuam, & formam dantem eſſe formaliter homini,nullo pacto habe it aliquam apparentẽ reſponſionem ad hoc, ſicut patet intelligẽti.

Vnum numero in quantitate eſt illud,quod ſm intellectum eſt indiuiſibile quantitate, qualitate,& poſitione.trac.3.metaphy.

Vnum dicitur ſicut ens. .7. meta. tex.com.57.

Vnitas in compoſitis ex materia & forma eſt per ſuas formas, ſed res carentes materia non habent aliã cauſam a ſeipſis,in hoc ꝙ ſunt ens & vnum.8.meta.tex cõ. vltimi.

Vnum licet multis modis dicatur: capitales tamen modi ſunt quatuor. 10 meta.tex.com.1.

Vni eſſe indiuiſibili eſt eſſe. 10.met. tex.

tex.cõ.1.&.3.phy.tex.cõ.68. vnũ eſt indiuiſibile vere, cũ vere vnũ ſit, vt vnus homo.

Vno aut numero cognoſcitur quantitas in eo ꝙ quãtitas. 10. metaph. tex.com.2.

Vnum primum eſt metrum & menſura in vnoquoq; genere. ibidem.

Vnum non eſt numerus, ſed principium numeri 10. meta. tex.cõ.2.

Vnum eſt indiuiſibile, aut ſimpliciter, aut inquantum vnum. 10. metaphy.tex cõ.5.

Vnitatis eſſentia ſimpliciter & principaliter eſt i vno quod eſt in quãtitate, deinde in qualitate. 10. metaphy.tex cõ.5.

Vnitatis neglecta diſtinctio fuit cauſa erroris illorum, qui opinati ſunt ꝙ vnum, quod eſt in quantitate diſcreta, eſt ſubſtãtia, & qđ eſt principium entiũ, & quod propter hoc numeri ſunt ſubſtantię: & iſta etiã fuit cauſa, erroris Auicennæ, opinãtis ꝙ vnũ, quod eſt principiũ numerorum eſt genus decẽ prædicamentorum, ita ꝙ eſt accidens commune eis. 10.metaphy.cõ.5. &. 8. 4 metaphy.com.3.

Vnum ſm Pythagoricos & Plato, eſt ſubſtantia quædã. 10. met. tex. com 6. vt Commenta. dicit ꝙ poſuerunt vnum eſſe ſubſtantiã aliã ſeparatam a ſenſibili parte exiſtẽtẽ.

Vnus homo nõ ꝑdicat alteꝝ ab hoĩe aliquid 10.meta.tex.cõ.8.

Vni eſſe quod vnicuiq; eſſe. ibidẽ.

Vnũ & ens ſunt ſynonima Cõ. 10. meta.cõ.8 nã ꝑdicamẽta ęqualiter diuiduntᷣ ſm ea, & habetᷣ in textu.

Vnum & ens ſignificant accidens in rebus ſm Auic. cuius. impugnationẽ vide 10.met.c.8. & 4.met.c.3.

Vnum opponitur pluri, magis q̃ ſm vnum modũ oppoſitoꝝ quatuor. 10.primæ philoſophiæ.tex.cõ.9

Vnũ & multa ſunt oppoſita ſm priuationem & habitum. 10. meta. tex.com.9.

Vnius ſunt idem & ſimile & ęquale, multitudinis vero diuerſum diſsimile & inęquale. 10.meta. tex. cõ. 10. vbi Cõmẽ. dicit ꝙ ſunt ꝓpria.

Vnum per artificiũ eſt multa: quia vnum per artem eſt vnum per accidens, & vnũ per accidens eſt multa, 10.meta.cõ.11.

Vni non contingit plura eſſe contraria. 10.meta.tex.cõ.14.

Vnum & multa ſunt principia & genera contrariorum, alia nãque ad hæc reducũtur. 10.meta.te.cõ.17.

Vnum numero dupliciter, priuatiue, & poſitiue. 12. primæ philoſopiæ.cõ.14. vbi declarat qũo materia eſt vna numero per priuationẽ cuiuslibet formæ indiuidualis dantis vnitatem numeralem. idem. 1. phy.com.63.

Vnum & ſimplex non idem ſunt. 12.meta.tex.com.37.

Vnum quod dicitur de continuo differt a ſimplici, quia continuum eſt vnum in actu & plura in potentia: omne enim continuum eſt diuiſibile ĩ plura, ſed ſimplr̃ eſt diuiſibile actu & potẽtia. 12.met cõ.37.

Vnũ & ſimplex aut dñr ſimplr̃, aut in cõparatione. ibidẽ.cõ.37. vbi dicit Cõ. ꝙ abſolutum vtriuſq; eſt illud, cui non admiſcetur materia, neq; eſt omnino diuiſibile.

Vni⁹ famoſior ſignificatio eſt, dũ dẽ de continuo. ibidem.com.37.

Vnum ſm Ariſt. quodammodo eſt cauſa vnitatis: & alio modo eſt cauſa multitudinis ex diſpu. 3. in ſolutione. 12. dubij.

Vnitas

Vnitas entis nullam aliam ſignificationem habet niſi priuatiuã. ſ. priuationem diuiſionis.ex lib. deſtru. diſpu. 3. in ſolutio. 14. dubij.

Vnum ens eſt a quo vna ſimplex influitur virtus, a qua oĩa entia eſſe habent,& quia multa ſunt entia ꝓcedẽtia ab illo vno inquantũ vnũ, ſequitur multitudo neceſſario. Ex diſput. 3. in ſolutio. 12. prope finẽ. & adde dictum eius in hoc ex ſolutione. 18. dubij, in eadem diſputatione prope finem. Vbi dicit ꝙ nõ ſequitur ꝙ ex extenſione vnius virtutis in pluribus rebus,ꝙ ſit in ipſa virtute pluralitas, ſicut quidã opinati ſunt, ꝙ ab vno principio influitur vnum, & ab illo influitur pluralitas:iã.n. ab vno poteſt prouenirẽ pluralitas. vbi aĩaduerte mẽtem Auer. fuiſſe ſine dubio deum glorioſum eſſe illum,qui dat entitatem & vnitatem cuilibet enti, ſecundum capacitatem naturę cuiuslibet. & ad iſtarum vnitatũ productionem in latitudine tali reſultat multitudo,colligata per vnitatẽ virtutis diffuſę in omnib', per quã conſiſtit vniuerſum & ordo eius. & iſto modo intelligas quomodo eſſe ſit effectus dei creatoris

Vnum agẽs ſolum vnum effectum eſt propoſitio qua vtitur Auicen. Alpharabius, & Algazel,& eſt falſiſſima. nam ſequeretur ꝙ omne generabile debeat procedere a decem agentibus,quod eſt abſurdũ cogitare:quilibet enim effectus in rebus nobis pręſentibus ab vno efficiente fit, licet participent cũ eo decem pręedicamenta.ex lib. deſtr. diſpu. 3. in ſolutio 23. dubij.

Vnum eſſe quàm plura vbicunq; fieri poteſt melius eſt. 3. de partib' animalium cap. 4. & eſt capitulum de corde. vide etiam in paraphraſi metaphy. ex. Auer. tracta. 4.

Vnumquodq; eſt vnum per ſuam & vnicam formam, alioquin aliquid eſſet vnum per aliqnid poſterius ad ſuum eſſe. ex. 3. de partibus animalium. cap. de corde.

Vnum ex his fieri non poteſt, quorũ alterum agens, alterum vero patiens eſt, vt agens in eo ꝙ inſit, aut motor in eo quod mouetur. Ariſt. 1. de gener. animaliũ. ca. 20.

Vniuerſalia quodammodo ſunt in ipſa anima. 2. de anima. tex. c. 60. Auer. perſcrutans locum ipſum aſſeruit ponderando ipſum modum loquendi cũ illa clauſula. & dixit. ꝙ ideo hoc fuit dictũ, quia poſtea declarabitur in. 3. de anima in tex. c. 30. ꝙ. phantaſmata ita ſe habent ad virtutem intellectiuã,ſicut ſenſibilia ad ſenſum: etenim vt mouetur ſenſus a ſenſibilibus,ita intellectus a phantaſmatibus,& quia phãtaſmata ſunt intellecta in potentia non actu, & ſunt in phantaſia non in intellectu. ideo dixit ꝙ vniuerſalia iſta ſ. in potentia ſunt quodam modo in anima,quia intentio imaginata,quæ mouet intellectum eſt alia ab intentione vniuerſali, quæ mouet immediate. Simplicius autem aliter interpretatur locum iſtum. nam vniuerſalia non ſunt ſecundum prædicationem in anima,ſed in ſingularibus,ſed in anima ſolum ſunt ſm conſiderationẽ. Et ita etiam Amoni' interpretatur locum iſtũ ꝙ vniuerſalia ſm ſubſiſtentiam ſunt in ſingularibus,ſed ſm cogitationem merito ſuæ communitatis ſolũ in anima ſunt. Dat etiam Simplicius aliam expoſitionem,

nem, quo vn̄a quodammodo ſunt in anima: vult.n. vn̄a, hic ſumi eo modo quo in.6.primæ philoſophiæ ſumpſit Ariſt. ipſum vl'e. vbi aſſeruit ꝙ ſi fuerit aliqua ſubſtantia immobilis hæc prior & philoſophia prima,& vl'is,ſic nam, quæ ſunt ſeparata a materia & impartibilia:talia enim ſunt cauſæ ſenſibilium & diuiſibilium. Vnde tales ſpecies ſeipſis, & vndiq; indiuiſibiles ſunt ſubſtantiæ,quæ aūt in aīa ſubſtentantur ſolum ſm rōnalem redditionem,& non ſunt indiuiſibiliter vnita,& non ſunt principaliter cauſæ,ſed ſecūdario, propterea vl'r ea quę ſunt ol'um primę cauſę ſunt intelligibilia in quæ, per intell'm ſcientia colligitur: intell'u enim terminos cognoſcim': termini autem ſunt ſpecies,ſeu ydeæ ipſæ:hæ aūt non primo ſunt in anima, ſed ſecundario: & ſunt quodāmodo counite intelligibilibus:& ideo dicūtur quodāmodo eē in aīa, q̄m ſm colligantiā, vel coniunctionē ad intell'm: tenuit.n. Simplici' ſm Ariſt. ſpecies ydeales eſſe primitus in mente diuina,& ſcd'ario in anima rōnali. Aliter expoſuit Amoni' ꝙ vl'ia ſunt in aīa quodāmodo ſicut in loco, quia Ariſt. laudat antiquos.3.de aīa, dicentes aīam quodāmodo eſſe locū ſpērum,non totam,ſed ītellectiuā. Aut dic ꝙ ſunt in anima,quodāmodo qui ſunt ſicut cognitum in cognoſcente,& non ſunt ſicut forma in materia,& ideo non denominatur lapideus intellectus, licet,lapis in eſſe abſtractionis ſit ī eo: lapis enim non eſt in anima,ſed ſpecies lapidis.3.de anima.38.

Vniuerſalia ordine doctrinæ ſunt præponenda particularibus.i. minus vl'ibus exiſtentibus ſub eis ꝑ tres cauſas,tum quia ſunt notiora, tum vt tractatus, & demonſtratio ſit vl'is & ſm ꝙ ipſum, tum et vt nō fiat vt petitio in ſcīa, Auerr. ſnīa in prologo.1.phyſi.& in prologo ſu per commento magno ſuper.1.poſterio.&.1.phy.cō.57.

Vniuerſum quodāmodo ī loco nō eſſe dr̄,& quodāmodo dr̄ eſſe. Eudemii ſnīa in.3.vol. nāliū rerū. nā pro quanto non habet ambiēs extra ſe corpus ſic in loco eſſe non dr̄, pro quanto vero in extimo.ſ. cœlo aſtra & reliqua hn̄t, locabuntur proculdubio in illi' extremis, ea parte qua continet ipſam, ſed q̄ ita,& in aliquo ſunt in loco eſſe dicuntur.The.4 phy.43.

Vniuerſum & totum differunt, nā vniuerſum eſt aggregatum ex oībus ſuis partibus,ſed totum eſt ipſa rei abſolutio atq; perfectio,quæ partibus ſuperueniens ſpectat' rōibus,quæ cōparatio māæ formā dr̄.Them.2.phy.31.

Vniuerſum.i.totum aliud eſt ſpēs, quæ componitur ex ſuis cauſis, aliud quod eſt vl'e quod componitur ex ſuis ſpēbus: aliud vero eſt vniuerſum in rei veritatē,quod eſt indiuiduum demonſtratum, quod componitur ex ſuis partibus ſm qualitatem.i.ex partibus eſſentialibus.i.ex mā & forma.1 phyſi.cō.5.Vbi aduerte ꝙ iō indiuiduū dr̄ totum,ſeu vniuerſum in rei veritate,quia vera & maxima vnitas eſt vnitas nālis. vnde Cōmen.in.2.de gn̄one & corru.t.cō.59.& eſt melius,quàm non ens, & ens verum, quàm non verum,& verum ſm indiuiduum, quàm ſecundum ſpeciem

diem.idem.12.meta.com.27.verus reſpectus eſt particularis, cum vniuerſalia non habeant eſſe extra animam.

Vniuerſale notum eſt ſecundum rationem, ſingulare autem ſecundū ſenſum.1.phyſi.text.com.49.&.1.phy.tex.com.4.

Vniuerſalium cauſæ ſunt vniuerſales.2.phyſi.tex.comm.38.idem.5.meta.tex.com.3.

Vniuerſaliter omnia duo, quæ non communicāt in eadem natura nō habent comparationem, neq; proportionem; diuerſa enim ſecundū magis & minus neceſſario cōmunicant in eadem natura.4.phyſic.commen.71.

Vniuerſaliter manifeſtum eſt ꝙ cū diuerſitatis & ęqualitatis motuum, eſt diuerſitas & ęqualitas proportionis motoris ad rem motā.ibi.

Vniuerſaliter omne quod impoſſibile eſt trāſmutari, impoſſibile eſt ipſum incipere in tranſmutatione, 6.phy.com.92.idem.1.cęli.te.cō.58.&.3.cęli.tex.com.19.&.4.cęli.tex.com.53.

Vniuerſalis cognitio fit in nobis per conſiderationem particularium. 7.phyſi.tex.com.20. idem in fine 2.poſterior.&.12.meta.com 4.

Vniuerſale eſt ab intellectu. 1.de anima.com.8.&.12.meta.com.4.&.3.de ani.com.18.

Vniuerſale eſt magis notum apud nos quàm proprium.2.de anima.com.34.idem.1.phy.t.commen.4.&.57.

Vniuerſalitas & indiuidualitas cōprehenduntur ab intellectu.ſ.diffinitio vniuerſalis & diffinitio indiuidui.2.de ani.cō.65.

Vniuerſalia ſm Platonem non ſunt generabilia neq; corruptibilia, & ſunt exiſtentia extra mentem.3.de anima, in ſolutione quæſtionis ſecundæ.iuxta finem.&.3.de anima.commen.18.

Vniuerſalia non habent eſſe extra animam quod intendit Plato, nā ſi ita eſſet, non opus eſſet ponere intellectum agentem.3.de anima.commen.18.idem.12.meta com.4.&.14.27.28.1.de ani.com.8.2.de anima.commen.&.text.60.7.metaphyſi.57.

Vniuerſalia fere ſunt hominibus difficillima ad cognoſcendum, nam a ſenſibus ſunt remotiſſima, ex prohemio primæ philoſophiæ, vide in concordantiis.

Vniuerſale ſic deſcribitur, quod eſt prædicatum de pluribus.1.meta.commento.27. idem primo perihermenias.

Vniuerſale non habet eſſe, niſi ſecūdum quod eſt ſcientia.i.ſecūdum quod eſt in anima.& ſimiliter affirmatiuum & negatiuum.1.metaphyſi.com.27.

Vniuerſalia non ſunt generabilia, & corruptibilia niſi per accidens.1.meta.com.27.

Vniuerſale intellectum eſt prius ſecundum cauſam & ſecundum tempus, illo quod eſt ſub eo.1.meta.commen.28.

Vniuerſalis intentionis ſubſtantialis mixtio cum particularibus, eſt fortior mixtione accidentium cū ſuis ſubiectis.1.metaph.tex.com.31. Ex hoc ſequitur ꝙ inherentia accidentis ad ſubiectum, ſiue aptitudinalis, ſiue actualis, non eſt de intrinſeca ratione accidentis cōtra Ioan.de Gandauo.& cōtra modernos, vide quæ ſcripſi in theoremati-

matibus,& vltra rõnes quas ibi adduxi addo hic. Sicut non eſſe in ſubiecto non conſtituit ſubſtãtiam, ſed eſt ſubſtantiæ proprietas quædam, quod oſtẽditur ratione, & authoritate. ratione quidem, quia effectus poſitiuus debet habere cauſam poſitiuam, nõ exiſtere autem in ſubiecto non eſt aliquid poſitiuum formaliter loquendo. authoritate autem hoc patet ex prædicamentis, vbi Ariſt. inueſtigans proprietates ſubſtantiæ inter alias aſſignat iſtam. inquit. n. cõe eſt autem omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe, igitur pariformiter eſſe in ſubiecto erit proprietas accidentis, diuerſorum enim entiũ diuerſę ſunt proprietates & fuit etiam ſententia Auic. in. 2. ſuę primæ philoſophię. Amplius Alex. (de quo Cõm. in. 3. de ani. c. 14. aſſeruit ꝙ nullus olim Peripateticus reputabatur qui nõ eſſet Alexandreus) in principio libri priorum, vbi declarat quomodo modus abſtrahendi, mathematicus inquam, pluribus locis deſeruit naturali Philoſopho. d. ſicut eſt de forma q̃ eſt ſeparabilis a materia ſm rõnem, vt patet in. 2. phy. tex. com. 12. & ſicut eſt de accidentibus, quæ licet ſint in ſubiecto ſm eſſe, ſunt tamen ſeparabilia a ſubiecto ſm rõnem, quod non eſſet verum ſi inherentia eſſet de quidditate accidentis, quia abſtrahentium non eſt mendacium, ex 2. phyſico. tex. commen. 18 Amplius Commen in. 5. metaphy. in comm. 14. dicit, ꝙ hoc nomẽ ens quod ſignificat eſſentiam rei, eſt aliud ab ente quod ſignificat verum, & ideo expoſitores diuerſantur in. 2. topicorum, in quæſito ſimplici. ſ. dicere aliquid eſſe verum collocetur in quæſtionibus generis, aut collocetur in quæſtionibus accidentis. qui intelligit de ente id quod eſt commune decẽ generibus dicit, ꝙ collocatur in quæſtionibus generis. & qui intelligit de ente id, quod dicitur de vero, dicit ꝙ collocatur in quæſtionibus accidẽtis, & idem habet Commen. in lib. deſtru. deſtr. in diſpu. 8. in ſolu. 1. dub. vbi determinat quid quærit quæſtio, ſi eſt, quæ eſt quæſtio ſimplex. inquit. n. Vid nanque quod præcedit in nobis quidditatem rei eſt id quod ſignificat eſſe, verum, & ideo quando quærimus ſi res eſt ens, vel ſi habet eſſe, & illa res habet cauſam inferẽtem ſuũm eſſe, tantum valet quantum dicere, vtrum habet cauſam, vel non, vt patefecit Ariſto. in principio ſecundi poſteriorum. ſed ſi illa res non habet cauſam, tãtum valet quantum dicere, vtrum res habet conſequens ſuum eſſe, ſed qñ intelligitur de ente id quod intelligitur de re vel ſubſtantia, tunc ſumitur modo generis analogicę dicti, ecce quomodo ex mente propria vult ꝙ ens vt ſignificat ſubſtãtiam, vel eſſentiam rei eſt genus analogicè dictum de decem prædicamentis, & dicitur in primo modo dicendi per ſe, vnde accidentia ſunt entia formaliter in primo modo, Et confirmatur, quia Commen. 1. ph. com. 27. dicit. ꝙ dicere aliquid eſſe, id eſt quòd ſit ens non, eſt prædicatio per accidens, ſicut prædicatio albedinis. Amplius primo phyſico. comm. 25. vbi Ariſt. declarat rationem Parmenidis eſſe malam de materia dicit, quòd quãdo Parmenides aſſumit illã ꝑ

 poſ-

poſitionẽ,quicquid eſt præter ens eſt non ens dicit,ꝙ iſta eſt falſa,qa vtitur eo quod eſt multipliciter dictum,ac ſi eſſet ſimpliciter dictũ, ſi enim ens ſignificat ſubſtantiam tantum,aut quantitatem tantum, non ſequitur quód quicquid eſt ꝑter ensꝙ eſt ſubſtantia, aut qoantitas ſit non ens. vbi colligitur ꝙ ens formaliter dicitur de omnib⁹ prædicamentis,& non ſolũ de ſubſtantia vt iſti aſſerunt.

Vniuerſalia Platonica ſi darentur, daretur quarta ars,ſeu ſcientia ſpeculatiua. 1.meta.te.cõ.47.

Vniuerſalia non ſunt innata iterari, intellectum enim animalis non inuenitur magis vno. 1.metaphyſic. commen.40.

Vniuerſalia Platonica ſi darẽtur ad quæ intellectus aſpicit, ſicut ſenſus aſpicit ad ſenſibilia, & comprehenſio ſenſibilium eſt naturalis in nobis,cum non acquiritur ex præexiſtenti cognitione, neceſſe eſſet, vt intellecta eſſent naturalia in nobis & non vt quędam ſint naturalia,& quædam accepta per doctrinam. 1.meta.com. 49. Ex quo patet quantum deuiant à veritate illi, ꝗ tenent ex mente Ariſtote. & Commen. Auer. noſtrum ſcire eſſe reminiſci,ſicut poſuit Plato. Vide cõtra opinionem iſtorũ,etiam Auer. in paraphraſi ſuper. 1.poſteriorũ. in commen.2.in.7. metaphyſi.cõmen.58.&.6.phyſi.com.59. & eſt contra Ariſto.etiam. in fine ſecundi poſteriorum,in illo capitulo.de principiis autem,vbi habet pro inconueniẽti ꝙ habitus primorum principiorum,qui eſt adeo nobilis,& certior ſcientia, ſit nóbiſcum congenitus,& lateat nos, & idem habetur hic in tex. com.49. ſuper 1.metaphy.

Vniuerſalia Platonica ſi darẽtur ad quæ intellectus aſpicit, ſicut ſenſus ad ſenſibilia, ſequeretur quod cæcus a natiuitate haberet ſcientiam de coloribus,& ſurdus a natiuitate poſſet habere ſcientiam de ſonis. 1.Metaph commen.49. Ex quo patet contra illos qui dicunt oppoſitum ꝙ cæcus a natiuitate poteſt habere ſcientiam naturaliter de coloribus, vide etiam Philoſophum 1.poſteriorum.in illo capitu. Manifeſtum eſt quod diſtincte ſenſu, & in.2.phy.tex.com.6.

Vniuerſale comprehendit res infinitas in potentia non in actu.2. Metaphyſico.commen.13.idem 3.de anima.com.19.&.12.meta. commen.14.&.51.

Vniuerſale & indiuiduum ſunt duę naturæ,hoc enim eſt intellectum, illud vero ſenſibile. 3.metaphyſic. commẽ.10.idem Boetius. vniuerſale eſt dum intelligitur,& ſingulare eſt quod ſentitur.

Vniuerſale eſſe non eſt dubium,ſed dubium eſt quid ſit natura eius. 3. meta.tex.com.12.

Vniuerſalia ſeparata in rebus artificialibus,& accidentibus nullus poteſt ponere.3.metaphyſi.tex.commento.12.

Vniuerſalia ſunt communia, quia ſunt in pluribus.3. metaphyſicæ. commen.vlti.

Vniuerſalia ſunt priora ſecundum rationem,ſingularia autem ſecũdum ſenſum. quinto Metaphyſic. in tex.commen.16. in capitulo de priori. vniuerſale eſt ſimile toti, quia continet particularia, ſicut totum continet partes.5. Metaph. tex.

tex.commen.31.&.1.phyſic. tex. commen.4.

Vniuerſale commune eſt quod aptum natum eſt in pluribus ineſſe. 7.Meta 45.

Vniuerſalium diffinitiones habent aliquam diſpoſitionem ſubſtantiarum exiſtentium extra animam, & qualitatem accidentem eis. 7. Metaphy.commen.46.inde colligitur vniuerſale ſumi dupliciter, pro prima & p ſecunda intẽtione.

Vniuerſaliter exiſtentium nihil vtique ſubſtantia eſt. 7. Metaphyſic. tex.commen.48. vbi expreſſe colligitur, quòd vniuerſalia apud Ariſtotel.non ſunt ſubſtantiæ rerum, ſed ſunt notiones, ſeu conceptus declarantes ſubſtantias rerum, ſicut notauit Commentator etiam primo Metaphyſico.commen.45.vnde Ariſtote.iſtam quæſtionem late examinat contra Platonem in 7.Metaphy.a tex.com. 44. vſq; ad tex.comm.50.

Vniuerſale eſt in capitu. ad aliquid, & ſubſtantiæ Socraticæ ſunt de genere rerum per ſe exiſtentium, & ideo vniuerſale non eſt ſubſtantia ſeparata.com.48. Vide etiam ibidem.com.57.

Vniuerſale quod prędicatur in quid de re non ſignificat eam, vt eſt in diuidua, ſed vt eſt in ea natura ſimilis naturæ, quæ eſt in quolibet indiuiduorum.7.Metaphyſicorũ. commen.48. Vide etiam.12.metaphy.com.4.

Vniuerſaliter omnis natura congregata ex duabus naturis conuenientibus, neceſſe eſt, vt ſit de natura cõponentium.7. metaphyſic. commento.48.

Vniuerſale nullum eſt ſeparatum a ſingularibus.7.Metaphy.tex.commento.57.

Vniuerſalia impoſſibile eſt, vt ſint ſubſtantiæ rerum, quia vniuerſalia rerum ſunt communia, & nullum commune eſt ſubſtantia.7. Metaphyſico.tex. commen. 57.& tex.commen.58. & hoc eſt quod notauit pulchre Commentator in 1.Meta.com.45.idem.9.meta.tex. commen.6.

Vniuerſale & particulare ſunt ad aliquid.7.Meta.com.57.

Vniuerſale & ſubiectum ſeu materia differunt, quia vniuerſale prædicatur eſſentialiter de re, materia autem ſeu ſubiectum, non prædicatur niſi denominatiuè.9. metaph. tex.com.12.

Vniuerſale nullum ſubſtantiam eſſe poſſibile eſt.9. metaphyſico.tex. commen.6.& habetur in ſermonibus de ſubſtantia & ente, id eſt in ſeptimo Metaphyſi.tex. commen. 44.& infra.

Vniuerſalia apud Platonẽ ſunt ſubſtantiæ abſtractæ, & ſunt principia ſubſtantiæ ſenſibilis. 12. Metaph. commen.4.

Vniuerſalia apud Ariſtotelem ſunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea conſimilitudinem, & facit ea intentionem vnam. Plato autem ponebat vniuerſalia extra animam exiſtentia per ſe.12.Metaphy. commen.4 & 3.de anima. commen. 18. &.1.de anima.com.8.

Vniuerſalia ſunt priora in intellectu particularibus, quæ cum auferuntur, auferuntur particularia. 12.primæ philoſophiæ. authoritate Alexandri.commento. 27. vide in contradictionibus nuper editis.

Vniuerſum differens de omnibus dicat neceſſe eſt. Ariſtotel. in quinto de generatione animalium. capitulo vltimo.

Vniuerſalia cum ſint abſtrahibilia a ſingularibus, & ſint accidentia, quomodo poterũt notificare ſubſtantias rerum ſingularium, vide in ſolutionibus, in paraphraſi meta phyſi. tracta. 2. ibi, ſed hoc dubium facile ſoluitur.

Voluntas eſt appetitus rationi & deliberationi coniunctus. Alexander in paraphaſi de anima. capitulo vltimo.

Voluntas non eſt extra cognitionẽ conſimile. in. 12. primæ philoſophiæ. com. 39.

Voluntas non poſtponit facere, qđ intendit, niſi propter eſſentiam alicuius in te intenta, quæ ante non erat. 8 phy. commen. 15. & nullus hoc fundamentum negare poteſt per rationem ſuam intrinſecam, ſed extrinſecam. ibi.

Voluntatis nouæ, mouere quod ſequitur a volente eſt nouum neceſſario, ſed mouere quod ſequitur voluntatem antiquam, eſt æternũ neceſſario. octauo phyſicor. commento. 15.

Voluntas appetitus eſt. 3. de anima. tex. comm. 50.

Voluntaria operatio non fit niſi cogitatione & volũtate. ſecundo colliget. capitu. 19. de iuuamen. membrorum anhelitus.

Voluntas eſt propter intellectum. 12. primæ philoſophiæ. commento. 36.

Voluntas eſt quoddam deſiderium de duobus oppoſitis æqualiter dependens, & deſiderium illud ceſſat quando deſideratum, deductum eſt ad actum. Ex libro deſtructionum, diſputatione. 1. in ſolutione. 2. dub.

Voluntas infinita de natura neceſſarium reputari poteſt. ibi.

Voluntas ſi eſſet in antiquo, nouũ ab antiquo prouenire poſſet. Ex libro deſtru. diſputatio. 1. in ſolutione. 10. dub.

Voluntas quum fuerit ad inueniendum aliquid in aliqua hora, neceſſe eſt, vt in ea fiat in illa hora in agente concupiſcentia, quæ ante non erat octauo phyſicorum commento. 8.

Voluntarius motus non eſt impoſſibile, vt ſit ſine muſculo contra Gal. 2. colli. ca. 18.

Voluntas æquiuoce reperitur in corruptibili, & in Deo, & abſtractis. Ex diſputation. 3. in ſolutione primi dub.

Volũtas eſt paſſio & mutatio in corruptibili. ibid.

Voluptates non ſunt de diſpoſitionibus neceſſariis in eſſe hominũ, neque de perfectionibus eorum, ſed ſunt conſequentia ex neceſſitate materiæ. Auerroes in prologo phyſic. quod ideo dixit quia, ex ſecundo phyſicorum, quædam ſunt ex fine, & quædam ex materia, vt mors & corruptio, ſimiliter homo non eſt propter voluntatem tanquam finem. ſequitur igitur, vt ſint ex materiæ neceſſitate, vide Commentator, ſecundo phyſicorum. commento. 88. Illa enim inueniuntur in rebus naturalibus de neceſſitate, non propter aliquid, vt mors animalis, ſunt propter materiam, & illa quæ inueniuntur in eis propter aliquid ſunt propter formam, & diffõnem. cũ igitur

igitur voluptates corporis nō ſint hominis finis, neque perfectio, vt demonſtratum eſt in ſcientia morali, non ſunt igitur propter formam, relinquitur igitur, vt ſint propter materiam, & illum locum pauci intellexerunt, vt poteris videre.

Voluptas alia eſt reſpectu præteriti, alia reſpectu præſentis, alia reſpectu futuri. ſeptimo phyſicor. commento. 19.

Voluptas præteriti eſt per rememorationem futuri, per ſpeciem præſentis, per ſenſum in actu. ibid.

Voluptatis cauſa eſt comprehenſio. 12. metaphy. tex. commen. 39. vbi ponitur probatio a ſigno, quia ſenſus & vigilia, & intellectus ſunt nobis delectabiles & voluptatem afferentes.

Voluptas intellectus noſtri qui quādoque eſt in potētia, & quandoq; in actu, differt a voluptate aliarum intelligentiarum, quæ ſemper actu intelligunt, quia noſtra eſt ad tempus, & illarum eſt ſempiterna. 12. meta. tex. com. 39.

Voluptati quę eſt in deo nulla opponitur triſtitia. Commentator authoritate Alexandri, quia non conſequitur paſſionem, cum compræhenſioni eius non opponatur ignorantia. 12. metaphyſicorum. commento. 39.

Volentem ſi poneremus aliquem vnum oppoſitorum ab æterno retinentem, remoueremus voluntatis diſpoſitionem. ibid.

Volenti ſi duo ſimilia ęqualia proponantur, nō magis unum, quàm aliud eligeret, niſi aliquo modo diſſimilia ſint, & fuerit aliqua denominatio in vno, & non in alio, ſi enim omnimode ſimilia forent, & non eſſet ibi cauſa inclinans, tunc voluntas reſpiceret ambo æqualiter, ex libro deſtructionum. diſputatione prima. in ſolutione decimi dubij.

Volucrum alia penitus volant, vt aquila, alia membrana ſicca, vt apes & ſcarabei, alia cute, vt veſpertilio. 1. de hiſto. ca. 5.

Vox & locutio differunt, quælibet enim locutio data, eſt iis etiam & vox, ſed non quibus vox, illis etiā locutio ineſt. Ariſt in. 4. de natura animalium. capit. 9. locutio etiam nō perinde a natura eſt, ſicut vox, vt ibidem habetur.

Vox eſt ſonus animalis. 2. de anima. tex. com. 88.

Vox & ſonus ſi indirectum ſemper progrederetur nemo ſeipſum loquentem audiret, nec etiam qui eſſet a tergo loquentis. Themi. 2. de anima capitu. 27. & eſt ſuper text. commen. 80.

Vox elementorum, genus eſt & materia. 7. metaph. tex. com. 43.

Vox tum marium, tum fœminarū immutatur, cum ſemen ferre incipiunt. 7. de natura animalium. capitu. primo. Vide cauſam in quarto de generatione animalium. capi. 8. vbi de lacte diſſerit.

Vox eſt exercitium pulmonis. 6. colliget. cap. 2.

Vox non eſt neceſſaria in eſſe noſtro, ſed eſt ad bene eſſe. 2. Colliget. cap. 19.

Vox eſt materia orationis. Ariſtoteles in quinto de generatione animalium. cap. 7.

Vox alia acuta, alia grauis. ibid.

Vox fœminarum, ſenum, ægrorum, eſt acutior vtplurimum vo-

te marium, iuuenum, & ſanorum. ibidem. & vide ibi cauſam, vide etiam de voce fœminarum, quód ſit acutior, vt plurimum, quinto de natura animalium. capitulo quarto.

Vox ex ſectibus teſtibus immutatur in animalibus. vide cauſam. quinto de generatione animaliū. capitulo.7.

Voces propriç ſingulis animalibus ad initum, & venereum coitum accommodatę. Ariſt. in.4 de natura animalium.ca.9.

Vocalis arteria eſt organum reſpirationis. ex ſecundo de anima tex. commen.89.

Vocis eſſentia non eſt aliud niſi percuſſio aeris anhelati ad membrū quod canna dicitur ab expulſione animæ imaginatiuæ voluntariæ, quæ eſt in iſtis membris. ſecundo de anima. commento.90. & elicitur ex tex.

Voci figuram ineſſe putari poteſt propter aerem qui in voce elidenda percutitur. Themiſti.2. de anima in expoſitione. tex. com.108. & in cap.37.

Vocis inſtrumentum appropriatū eſſe epiglotum oſtenditur ſigno, quia cum inſufflamus epiglotum formatur vox ſimilis illius animalis.2.colliget.ca.19.

Vocis grauitas videtur eſſe naturæ generoſioris. Ariſt.in.5.de generatione animalium.capitulo ſeptimo Et nota quód hoc eſt ex opinione antiquorum, contra quos inuehit, vt notat ibi Ioannes Grāmaticus.

Vrinæ & ſeceſſiones & catarri, oma, ſeu cruda dicuntur, eo quód non ſunt obtenta a caliditate.4. methe. tex.comm.21.

Vrinæ diſpoſitio ſignificat principaliter ſuper epate & venis, ſecundario vero ſuper renibus & veſica.capitulo.21.

Vrſus animal omorum eſt, & cum tauro congreditur, & vide modū. octauo de natura animalium.capitulo quinto.

Vrſus hieme conditur, ſed vtrum propter frigus, an alia de cauſa, ambigitur. 8. de natura animalium. capitulo.17.

Vrſa fętu grauida, vel a nemine, vel a pauciſſimis capta eſt, & tempore ſui latibuli hoc animal nihil edere certum eſt. octauo de natura. capitulo.17.

Vrſum latebra egreſſum aiunt Arum herbam dictam deguſtare, vt inteſtinum laxetur, & hier. ibidē.

Vrticarum duo ſunt genera.4.de natura anima.ca.6.

Vrtica nulla excrementum habet: in hocq; eſt ſimilis ſtirpibus. ibid.

Vſus quo vtitur rhetorica & dialectica enthymemate & exemplo, alius eſt ab vſu, quo vtitur illis ars demonſtratiua. Auer. in prologo phyſi. vide quomodo hoc ſit intelligendum in ſecundo priorum. capit 23.& in 8.phyſico.commen. 33.& in. 2.phyſico. commen.80. Et animaduerte ꝙ conſimilis differentia contingit de locis topicis, quia aliter vſitantur apud rhetores & aliter apud dialecticos, ſicut bene notauit Seuerinus Boetius in fine quarti libri de drñtiis topicis.

Vſtibilia & inuſtibilia quæ ſint, require. quarto metheororum. text. commen.48.

Vſtibilium quædam ſunt inflammabilia, quædam vero non. ibid.

Vtentes

Vtentes hoc nomine ens pro principio, non perceperunt, niſi principium materiale tantum, & nõ formale. primo phy. com. 7. & ſecundo phyſic. commen. 9. Vide etiam 4. phyſ. com. primo, & tex. com. 7. in quarto meta. & ſeptimo meta. com. 8. & ſecundo de anima.

Vtrũ in corporibus ſimplicibus motor & res mota ſint idem, hoc indiget declaratione, non autem vtrũ ab intelligẽtia moueantur. 2. phy. commen. 3. & ſeptimo phyſ. com. 2. & quarto phyſi. com. 71. & octauo phyſ. 32. & tertio cœli. 28. & 4. cęli. 22, 24. & 25. & primo cęli. 81. & 89. & 17. & quinto phy. 18.

Vter inflatus plus trahit vacuo. 4. cęli. tex. com. 30.

Vtrum, particula, quando eſt interrogationis nota non quęritur, niſi de oppoſitis quæ ſimul eſſe nõ poſſunt. decimo metaphy. tex. cõ. 17. Dixi quando eſt interrogationis nota, quia aliquando eſt nota ſolutionis apud Ariſt. pręſertim, & iſta eſt ſententia Ariſt. in. 10. metaph. tex. cõmen. 18. vbi dicit. ſemper in oppoſitis eſt interrogatio ipſius vtrum &c.

Vteri, ſeu vuluæ mulieris ſitus ẽ inter inteſtina & veſicã. 1. de natura animalium. cap. vltimo.

Vuam albam cum ſoleat ferre vitis quam capnium vocant, ſi nigram tulit monſtrum id eſſe non putãt, quoniã ſæpiſſime id facere ſoleat, cauſa eſt ꝙ ſua natura inter albã, & nigram eſt. Ariſt. in. 4. de generatione animalium. cap. 4.

Vulpes quũ partum ediderit, lingua lambendo refouet, & concoquit. 6. de natura animalium. cap. 34.

Vuluę pars ĩterior loci, & vteras appellatur, vnde fratres vterinos dicimus, oſtium vero & ceruix matrix dr̃. 3. de natura aĩalium. cap. 1.

Vuluas aut vteros omnia aĩalia intus habent, teſtes vero quædam intus, quædam vero extra. vide cãm in 1. de gener. anim. cap. 12.

Vulua attrahit ſemẽ, vel pp̃ virtutẽ attractiuam exiſtẽtem in villo, vel pp̃ caliditatem, vel pp̃ vtranq; iſtarum ſimul. Auer. in 2. de generati. anim. cap. 2.

Vulua an habeat virtutem immutatiuam, hoc indiget ſpeculatione, tamen virtus informatiua nõ põt dici ꝙ ſit in vulua, quia non eſt ipſa, quæ creat membra embrionis, ſed verius forma quæ eſt in ſemine, in vulua aũt non eſt virtus immutatiua, niſi loco conſeruãtis cũ attingit aer ſperma, corrũpit eius complexionem. 2. Col. cap. 10.

Vultures nidificant in altiſſimis rupibus propterea, & ex ignoto orbe, aduenire Herodot⁹ Bryſſonis rhetoris pater opinatus eſt, & ꝙ multi exercitum ſequentes repente apparent. 6. de natura anim. capit. 5. idẽ in 9. de natura animalium.

Vultures habent fortem viſum, ita ꝙ dr̃ de eis ꝙ ipſis exiſtentibus in damaſco, videbant morticina babyloniæ. 3. Col. cap. 38.

Vulgus non intelligit de non eſſe, niſi illud quod non comprehenditur viſu, octauo phyſicorum commento. 4.

Vulgo non ſunt propalanda diuina. vnde laudanda eſt ſententia illius qui dixit, ꝙ communicans vulgo ſecreta ſcientiæ, eſt ſicut tradens venenum quibuſdam corporibus. ex diſputatione ſexta, in ſolutione, ſexta.

De litera. X.

Xiloptoros eſt vermiculus a corrodendis lignis dictus, quem (vt Theodorus gaza) ligniperdi appelles. vide de eius generatione 5. de natura anim. cap. 32.

De littera. Y.

Ydeę Platonis nuſquam ſunt 3. ph. tex. cō. 25. Ydeæ nō proſunt nec ad ſcientiam, nec ad gnonē. 7. met. t. c. 20. vſq; ad tex. cō. 22. probatur ꝙ non proſunt ad ſcientiam, ſed a tex. cō. 22. vſq; ad tex. cōm. 33. oſtenditur ꝙ nō proſunt ad gn̄ationē. vide ꝓ hoc Cō. in c. 20. 22, & in c. 33. alleg.

Ydeas aſſerentes numeros illas eſſe inquiunt. 12 meta. tex. cō. 42.

Ydeam non contingit diffinire, ſingularium enim eſt idea, vt dicunt & ſeparabilis eſt. 7. metaphyſi. text. cōmen. 53.

Ydeas eſſe rationes ſeparatas in intellectu creatoris opinatus eſt Plato, vt teſtatur Ammonius in 1. de anima. in expoſitione tex. 8. & Simplicius 1. cœli, & pro hoc vide primo cęli ipſum tex. cōmē. 19. & eſt opinio Ioannis grāmatici, & multi viri illuſtres, vt Beſſario Cardinalis, & Boetius. ex latinis, in ſecūda editione libri de interpretatione ait, non eſſe differētiam in hoc, nec in aliis inter Ariſt. & Platonem niſi in verbis ſolum, vnde quod Ariſto. viderit etiam tales rationes ideales eſſe in mente diuina. iſto modo aſtruunt, quia Ariſtote. 12. metaphyſi. tex. cōmen. 52. ꝙ duplex eſt ordo, vnus qui eſt in duce, alter qui eſt in exercitu, & ille qui eſt in exercitu eſt cauſatus ab illo qui eſt in duce. ſic duplex eſt bonū vniuerſi, vnum inuentum in ipſo, & ordo duplex, aliud eſt in conditore. vbi aūt eſt ordo ibi eſt iudiciū. Amplius 7. primæ philoſophiæ, te. commen. 23. dicit Ariſto. ꝙ forma domus in materia fit a forma domus, ſine materia, & ſanitas in corpore infirmi fit a ſanitate, quæ eſt in anima medici. Amplius Ariſto. 3 de anima. tex. cō. 6. laudat antiquos qui poſuerunt intellectum eſſe locum ſpecierum, multo magis intellectus diuinus. Et confirmatur, quia Ariſt. 3. metaph, habet ꝓ inconuenienti contra Empedoclē deum non cognoſcere omnia, ſed hoc non eſſet niſi haberet in ſe rationes ydeales omnium, & confirmatur authoritate Cōmen. in. 12. metaphy. cō. 37. vbi dicit. ꝙ opinio dicentium deum omnia intelligere, quodammodo eſt vera, & quodammodo non, nam ſub rationibus ſingularibus quæ infinitæ ſunt non eſt vera, ſed bene ſub rationibus ſpecialibus. ita ergo cōcluditur, ꝙ quælibet ſpecies habet propriam ydeam in diuino intellectu. Et confirmatur authoritate Commentatoris. 12. metaphyſic. cōmen. 36. ubi habet, ꝙ forma habet duplex eſſe, materiale & abſtractum. & hoc eſt ꝙ voluīt dicere ponentes ydeas. Amplius Ariſto. in 2. phyſi. de ſcribēs genus cauſæ formalis, aſſerit ipſam eſſe rationem & exemplar, ſed cauſa exemplaris non eſt, niſi cauſa ydealis. Propter has & conſimiles rationes voluerunt ſupradicti viri non eſſe diſcor

diam

diam inter magiſtrum. ſcilicet Platonem & diſcipulum Ariſtotelem, niſi in verbis tantum, quia Ariſtoteles voluit vt ydea hominis homo diceretur, quia homines ex nominibus facile cũ eorum phantaſia concurrunt ad id, quod per nomen importatur, & conſuetudo eſt vt homo ſignificet hominem qui eſt in materia ſenſibili, vnde Aug. in lib. 83. quæſtionum. q. 46. inquit. non eſt veriſimile, aut nullos ſapientes ante Platonem extitiſſe, aut formas quas Plato ideas nominauit non intellexiſſe, ſiquidem tanta vis in eis ſita eſt, vt eis non intellectis ſapiens quis eſſe non poſſit.

Dicimus nos eſſe hoc maxima admiratione dignum, ſi Ariſt. non diſcrepat niſi in verbis tantum, in poſitione ydearum, ſed in ſolis vocibus, cur igitur in ipſa logica eas inſectatur. dicit enim in lib. primo poſteriorum ualeant ydeæ Platonis. Monſtra enim ſunt. cur in philoſophia naturali, vt in 2. phyſico. tex. cõmen. 26. & primo cœli text. cõmen. 92. cur in ſcientia morali primo ethicorum. cap. 7. facit illam proteſtationem in illa queſtione de per ſe bono, quum dicit eſſe per difficilem ob amicos qui ydeas introduxerunt, & dicit ꝙ duobus amicis exiſtentibus magis piũ eſt veritatem in honore præferre, cur in primo & in 7. primæ Philoſophiæ oſtendit ydeas, neque propter ſcientiam, neque propter generationem eſſe neceſſarias? nunquid illa eſt diſpoſitio de vocibus & non de rebus? o per uitã meam quomodo præclara ingenia allucinãtur in re clariſſima, eſt enim pro ceſſus illę de vocibus, an de rebus diſcurrant quæſo. & parumper conſideret ſi diſpoſitio illa de vocibus vel de rebus, luciduiſſimus Themiſtius in primo de anima. capit. 20. ſcribit in altiſſimis præſertim philoſophiæ quæſtionibus, non ęquum eſt aliud dicere, aliud ſentire. Manifeſtum autem eſt inter altiſſimas philoſophiæ quæſtiones eſſe illam de ydeis. altiſſimum enim inquit Porphyrius eſt huiuſmodi negocium, & maioris indigens inquiſitionis. Quapropter teneo Ariſto. nedum vocibus, verumetiã intellectu diſſentire. alioquin oportuiſſet ipſum ſoluere rationes, quæ de rebus ipſis procedunt. Et ideo pro ſolutione omnium authoritatum quas ipſi adducunt, ſcias formam habere duplex eſſe, materiale & abſtractum, vt forma coloris in corpore materiali habet eſſe materiale, ſed in ſenſu ſpirituale, quia in ſenſu eſt comprehenſio, & in hoc eſt latitudo, quia nobilius eſſe habet in virtute imaginatiua, ꝗ in ſenſu communi, & in cogitatiua ꝗ in imaginatiua & in memoratiua ꝗ in cogitatiua, tertio de anima commen. 6. & in intellectu noſtro adhuc eſt in altiori gradu, & in intelligentia lunæ adhuc altius, & ita gradatim aſcendunt formarum perfectiones vſque ad formam formarum quæ eſt prima, & eſt diuina eſſẽtia ĩ qua omnia vnitiue continentur & eminenter. 12. metaphyſi. comm. 37. Eſt enim in ſupremo gradu vnitatis ſimplicitatis & nobilitatis, vnde deus eſt omnia entia nobiliori & diuiniori modo qui eſſe poteſt, & iſto modo Philoſophi dixerunt in diuina eſſentia vniri & contineri

Cap. 2.

ri modo q̃ ſint in propria forma, vnde ens per participationem continetur eminenter.i.nobiliori modo ſimpliciter quã ſit in ſeipſo, & quia licuit ſemper Philoſophis in rebus arduis exemplis vti, vt teſtatur Cõmentator in fine primi phyſico. commen 81. & in 3. de anima.in cõmento.14.propterea imaginati ꝙ ſicut habens aureum dicitur habere marcellum & ſoldũ, & ereum bolum,& nobiliori modo præcium & valor talium poſſideturin forma aurei q̃ ſi poſſiderétur in forma propria. ſic diuinus intellectus ſolam diuinam eſſentiã intuitiue intelligendo, dicitur omnia entia intelligere diuiniori modo, q̃ ſi eadem in formalibus & propriis earum rationibus attingeret,& eſt modus qui non poteſt attingi ab aliquo alio intellectu, vt bene dicit Cõmen. in libro deſtructionum, & iſta eſt Ariſtotel. ſententia, & hoc eſt quod dicit Commentator quód omnes formæ ſunt in potentia in prima materia, & ſunt in actu in primo motore, quia ſunt in virtute actiua eius in qua continetur in ſupræmo gradu vnitatis, ſimplicitatis, & nobilitatis, & iſtæ ſunt ideæ quas cominiſcebatur Plato & 12. metaph. commento 36. Forma habet duplex eſſe, materiale & abſtractum. & hoc eſt ꝙ volunt dicere ponentes ydeas, ſed non perueniunt ad hoc. Vide igitur magnam eſſe differentiam inter Ariſtot. & Platonem, dato ꝙ Plato poſuiſſet iſtas ydeas ĩ intellectu diuino,quia Plato poſuit ydeas ſub formalibus & diſtinctis rationibus in diuino intellectu, & Theologi noſtri hoc aſ ſeuerant, vnde Diuus Auguſtinus dicit alia ratione conditus eſt equus, & alia ratione conditus eſt homo, in libro. 83. quæſtionum, quæſtione, 46. Sed hoc non vidit Ariſtot. nec eius ſequaces, ſed voluerunt nullum aliud eſſe intellectum a diuino intellectu, niſi ſuam eſſentiam modo prædicto, quia ibi non eſt aliqua multitudo, nec ſecũdum rem, nec ſecũdum rationem, & ꝙ iſta fuerit opinio Ariſtotel. ex intentione Auerro. oſtenditur manifeſte ex verbis eius in paraphraſi metaphyſicę tractat. 2. vbi dicit, ꝙ licet in artificialibus eſt magis manifeſtum, omne quod generatur, generatur a ſibi ſimili, quia forma ſanitatis in corpore fit a forma ſanitatis in anima medici, & domus forma in materia fit a forma domus ſine materia, quæ eſt in anima ædificatoris, vt dicitur in 7. primæ philoſophiæ. ſubdit ꝙ in naturalibus etiam rebus, res, ita ſe videtur habere, ꝙ earum principia vltima ſit conceptio per intellectum. Aliter enim vnde euenit eis ꝙ ſunt ex ſui natura aptę vt intelligantur a nobis, nam hoc eſt ſibi quid eſſentiale & inherens naturæ earum, id autem ꝙ eſt eſſentiale alicui, peruenit quidem ipſi enti a cauſa efficiente de neceſſitate, nihil autem datur quo ſenſibile euadat intelligibile in potentia & quod de ſui natura eſt vt intelligatur niſi eius generatio fiat ex intellectuali apprehenſione, licet ſuum eſſe ſenſibile ſit conceptum a ſuis principiis ſenſibilibus, quemadmodum in artificialibus contingit, nam accidit rebus per artem confectis ꝙ intelligantur ab illo, qui non operatur

eas, propterea quia ſunt ordinatę ab intellectu qui eſt ipſa forma exiſtens in anima artificis. aliter.n. eſſent intellectæ per accidens, & ſimiliter res ſe habet in natura & in rebus naturalibus. Hinc apparet generatim ꝙ dantur formæ ſeparatę, quæ ſunt cauſa ob quam ipſa ſubſtantia ſenſibilis eſt intelligibilis, præſtant autem ipſi ſenſibili formam ſubſtantialem qua fit intelligibile potentia per ipſam naturam, & per corpora cœleſtia, & tales formæ ſunt formæ corporum cœleſtium, & hoc eſt ꝙ quærebāt ponentes ydeas, ſed non peruenerunt ad illud & conſimilem ſententiam vt dixi habetur.12. metaphyſicæ.commen.18. prope finem.

